





AVLI GELII
NOCTIVM
ATTICARVM
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
RACCOLTA NENCINI
ALDINI
II
5
30












Ex Libris Joannis Nencini
1874



AVLI GELLII VIRI DISERTIS-
SIMI NOCTIVM ATTICA-
RVM LIBRI XX. SVMMA
ACCVRATIONE IOAN
NIS CONNELLI CAR
NOTENSIS AD RE-
COGNITIONEM BE
ROALDINAM RE
POSITI; CVM
ALPHABE
TICO IN
DICE



Quia p̄clarissimus hic noster gellius utriusq̄ ligūæ adeptus peritiā p̄nti operi græcarū auctoritatū necnon uocabulorū copiam inseruit ne uolētibus huiusmodi legēdarū facultas greææ scripturæ ignorātia tolleretur ideo i huius op̄is frōte græca ipsa elementa cū latinorum conformitate et cuiuslibet ipsorum nomine tam latine q̄ græce conscripto premittitur.

a	b	g	d	e	z
alpha	uita	gama	delta	epsilon	zita
α	β	γ Γ	Δ δ	ε	ζ
αλφα	βητα	γαμα	δελτα	εψιλον	ζητα
h	th	i	c K q	l	
ita	thita	iota	cappa	lapda	
η	θ	ι	κ	λ	
ητα	τητα	ιωτα	καϖϖα	λαϖδα	
m	n	x	o		p
Mi	Ni	xi	omicron		pi
μ	ν μ	ξ	ο		π ϖ
μυ	νυ	ξι	ομικρον		πι
r	s	t	y		ph
ro	sigma	taf	ypsilon		phi
ρ	σ ϛ ς	τ Τ	υ		φ
ρω	σιγμα	ταυ	υψιλον		φι
ch	ps	o longum			
chi	psi				
χ	ψ	ω			
χι	ψι	ωμεγα			

Sequuntur diphtongi græcæ

e	af	i	ef	u
αι	αυ	ει	ευ	ου

Ad clarissimum Sigismundũ hoeuloum scholasticum ger
manum compatrem suum: Philippi Beroaldi bononien
sis. Epistola.



Elegi nuper emendauiq; luculẽti scriptoris noctes haud dubie luculẽtas: quarum lux defœcata ẽ: doctrĩa multifaria: elegãtia impromiscua: lectio iucũda: citra lassitudinẽ atq; fastidium. Quas clarissime sigismũde sub tuo noĩe hac epistola tibi nominatim dedicata excudendas formis atq; inuulgandas dedi Benedicto impressori politissimo. Idq; iustis de causis. Nã inter cõplusculos scholasticos trãsmontanos claritudine natalium mõstrabiles: q auditorium nostrũ frequẽtes pcolunt: tu cũ primis enitescis. qui nobilitati familiæ nobilitatẽ morum (q̃ uera nobilitas ẽ) nodo pulcerrimo copulasti. Siquidẽ apud germanos celeberrima ẽ familia hoeuloa. Quã & de alta flaminia nominitãt. Et ex amylia nostra oriũdã pdicãt: multis illustrata pceribus affinitate regũ maxiorũ famigerata. et ne atauos oĩs in p̃sentia pcẽseã: Auus tuus Craphthus cõsilio potẽs: opibus pollẽs: rei bellicæ cõsultus: mauortius plane heros et bellicosus haud quaq̃ ueritus ẽ bello discernere apud Bauariæ duces in terra Germania auctoritate atq; opibus lõge potẽtissimos. vñ neq; iglorioũ neq; edomitũ rediisse abũde decorũ ẽ. Pater uero tuus Cui et ipsi Craphtho nomẽ ẽ tãq̃ illud pbaret: Quo dicit: fuisse hierosolymis laudabile cẽ: sanctã ciuitatẽ: religiosa pegrinatiõe suscepta uenerabundus accessit una cũ illustrissimo principe sueuorũ cui tãtopere carus iucũdusq; fuit. ut eum sibi generũ ex procis sexcẽtis unum peculiariter elegerit: filia in matrimoniũ data ex qua progenerauit sobolem generosam nec minus uirtutibus q̃ numero præcellentem. In qua primo

genitus Albertus ecclesiarum metropalitanarum canonicus
multiiugus.cū sciret sine cultu latiali multos homines incul-
tos existimari:concessit in Italiā multisq; annis Gymnasia li
teratoria frequens cultor attriuit.Deinceps tu quoq; Sigismū
de ut ires per fraterna uestigia haud ita pridē uenisti cū duo-
bus minutulis fratribus bononiam:ad capiendum cultum lin
guamq; cōmēdā:ubi summa ꝓbitate:nec minore modestia de
gis.Tu uirginali quadam uerecūdia præditus et genuina bo
nitate ꝑcellēs comissimus humanissimus amabilissimus cōspi
ceris.Nullorū dehonestamētis infectus:nulla uiciorū labecula
aspersus.Nullo sordiū neuo deuenustatus.& profecto nō ē
satis mirari adulescētulū opulentū:nobilē:speciosum:ī hoc lu
brico adulescētiæ itinere inoffensius gradientē in quo qui nō
cadit saltem titubat.Domus tua clausa est nequitiæ & corru-
ptelis:exposita & patens munificētiæ & literis.Habes in cō
tubernio uirū probum & officiosum Thomam Tristenium be
ne literatum:et iuris pontificij insignibus decoratum quo mo
rum formatore & literarum præceptore domestico uteris.Ha
bes sebastianum de Rubro Gallo iuuenem studiosissimum:et
doctrinæ omnigenæ candidatū meiq; ī primis nominis obser
uantissimum.Iamq; domicilium tuum effectum est alterū ora
toriæ disciplinæ gymnasium & elegātioris doctrinæ cōcilia
bulū.Vbi nos quotidie detonamus enarrantes quispiam aut
Tullianum:aut Plautinum:aut Liuianum.Aliaq; id genus ī
ter prete indigentia que tu undiq; tecum frater ludouicus sitiē
tes hauritis.Adsunt & frequentes scholastici transmontani:
maximeq; germani.quam ego nationē ꝑpe peculiariter dea-
mo & foueo:quæq; me uicissim sēp coluit:atq; suspexit:q̄ me
duce liguas a barbarismorū soloecismorumq; fœditate repur
gat.Meæ(quantulacūq; est)eruditiōis laudatrix admiratrix

assectatrix. Denique (ut semel finiã) Tu paternæ tu auitæ gloriæ tu maiorum tuorum splendori egregie respondes. qui cũ proxime ductus essem filiolo pristinã amicitiã religiosa quasi quadã necessitudine cumulasti factus mihi (ut uulgo dicit) compater: una cum ornatissimo episcopo Bononiensi Michaele Cheferio meo contubernali. necnon una cũ clarissimo adolescentulo uuolphango Hebenensi condiscipulo tuo. qui canonicatu Treuerensi præditus: ex genere Baronum honoratissimo agit elegantissimũ omni ex parte scholasticum. Tu uero (quæ tua est liberalis benignaque natura) egisti cum cõmatre oppido quam liberaliter Quas ob res clarissime charissimeque mi cõpater Sigismunde Gellianas noctes nuper emaculatas sub tuo nomine in uulgus edidimus. ut in liminari pagina nomẽ tuum spectaretur lectitareturque ut ita quadam tenus meo in te amori atque necessitudini satisfacerẽ: obturbabunt fortasse non nunquam legẽtis intentionem: minuti quidam errores: satis tamẽ cognoscibiles & ignoscibiles: qui uix unquam caueri possunt. cũ litera una modo desit: modo supersit: modo prepostera sit. Quas tamen mendas omnis quotidianis enarrationibus repurgamus. Tu uero uolumina hæc habeto continẽter in manibus: sit tuum hoc manuale: sit enchiridion. Siquidem lectio Gelliana expoliet linguam: ornabit animum: uegetabit ingenium: Cuius non infrequens lector: tam institueris ad doctrinam quam delectaberis ad oblectationem. Epistola autem hæc mea uelu ti præcursoria: quoties Gellium in manus sumes: toties tibi beroaldi tui suggeret memoriam. Cuius nomen in Germania: si modo mihi uera nunciantur: latissime celebratur. Tu quicquid id est: hilari quæso fronte suscipito & compatrem tuum eundemque doctorem mutuo diligito. Vale.

TABVLA

Rerũ & uocabulorũ illuſtriũ que in noctibus atticis explicãtur ſecundũ marginales quottationes ſeries alphabetica.

TABVLA





Finis tabule.

AVLI GELII NOCTIVM AT TICARVM COMMENTA RII LIBER PRIMVS.

Quali proportione quibusq; collectionibus Plu tarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophũ dixerit: de cõpræhendenda corporis proceritate qua fuit Hercules: quum uita inter homines uiueret.

Caput primum



PLutarchus in libro quẽ ὁπόση ψυχῶμ καὶ σωμάτων αμθρώποισ περι ευφυ-ιαμ καὶ αρετὴν διαφο-ρα. i d est quãtum inter homines animi corporisq; ingenio atq; uirtutibus intersit cõ scripsit: scite subtiliterq; ratiocinatum Pythagora; philosophum dicit in reperiẽda: modulandaq; sta tus longitudinis eius præstantia. Nam quum fere constaret curriculum stadiũ: quod est pisis apud Io-uem Olympium: Herculem pedibus suis metatũ: idq; fecisse longum pedes ducentos: cætera quo-q; stadia in terris græciæ ab aliis postea instituta: pe dum quidem esse numero ducentorum: sed tamen esse aliquantulum breuiora: facile intellexit modũ: spatiumq; plantæ Herculis ratione ꝓportionis ha-bita: tanto fuisse q̃ aliorũ ꝓcerius: quanto olympi-cũ stadium longius esset q̃ cætera. Compræhensa aũt mẽsura Herculãi pedis sc̃dm naturalẽ mẽbrorũ oĩum inter se competentiã modificatus ẽ. Atq; ita id collegit quod erat cõsequens: tanto fuisse Herculem corpore excelsiorẽ: quã alios. quanto olympicum sta

dium cæteris pari numero factis anteiret.

Ab Herode Attico consulari uiro tempestiue deprompta in quendam iactatum & gloriosum adolescētem: specie tm̄ philosophiæ sectatorem uerba Epicteti stoici: quibus festiuiter a uero stoico seiunxit uulgus locatium nebulonum: qui se stoicos nuncuparēt.

Caput. II.



Erodes Atticus uir et Græca facundia et consulari honore præditus: accersebat sæpe nos: quum apud magistros Athenis essemus: i uillas eius urbi proximas me & clarissimum uirum Seruilianum: complurisq; alios nostrates: qui Roma in græciam ad capiendum ingenij cultum concesserant. Atq; ibi tunc quum essemus apud eum in uilla cui nomen est Cephisia: & æstu anni: & sydere autumni flagrantissimo propulsabamus caloris incommoda lucorū umbra ingentium longis ambulacris: & mollibus ædium posticum refrigerantibus lauacris nitidis: et abūdis: & collucentibus: totiusq; uillæ uenustate aquis undiq; canoris: atq; auibus personante. Erat ibidem nobiscum simul adolescens: philosophiæ sectator: disciplinæ (ut ipse dicebat) stoicæ: sed loquacior impendio & promptior. Is plærumq; in conuiuio sermonibus: qui post epulas haberi solent multa: atq; immodica de philosophiæ doctrinis intempestiue atq; insolite disserebat. Præq; se uno cæteros omnis linguæ atticæ principes: gentemq; omnem togatā quodcum q; nomen latinum: rudes esse atq; agrestes prædicabat. Atq; interea uocabulis haud facile cognitis: syllogis

morum captionumq; dialecticarum laqueis ſtrepe-
bat: κυρτων τασ στοχαζουσασ θεωρ
ιας: id eſt laqueorū adhuc ſpeculationes claudicā
tes: Alioſq; id genus griphos: neminem poſſe dicens:
niſi ſe diſſoluere. Rem uero æthicam: naturamq; hu-
mani ingenij: uirtutumq; origenes officiaq; earum
confinia: aut contra morborum uitiorūq; fraudes: ani
morūq; labes: ac peſtilētias aſſeuerabat: nulli eſſe ul-
li magis ea oīa explorata: comperta: meditataq;. Cru
ciatibus autē doloribuſq; corporis & periculis mortē
minitātibus: habitū ſtatumq; uitæ beatæ quā ſe adep
tum eſſe putabat: neq; lædi neq; imminui exiſtima-
bat. Ac ne oris quoq; & uultus ſerenitatem ſtoici ho-
minis: unq̃ ulla poſſe ægritudine obnubilari. Has il
le inanes quum flaret glorias: iamq; omnes finē cu
perent: uerbiſq; eius defatigati pertæduiſſent: tū He
rodes græca (cuius plurimus ei mos fuit) oratione
utens, Permitte (inquit) philoſophorum ampliſſime:
quoniam reſpondere nos tibi (quos idiotas uocas) nō
quimus: recitari ex libro: quid de huiuſcemodi magni
loquentia ueſtra ſenſerit: dixeritq; Epictetus ſtoico-
rum maximus iuſſitq; proferri diſſertationum. Epi
cteti digeſtarum ab Arriano primum librū: in quo
ille uenerandus ſenex iuuenes: qui ſe ſtoicos ap-
pellabant: neq; frugi: neq; operæ probæ: ſed theo
rematibus tantum nugalibus: & puerilibus iſa-
gogarum commentationibus dilatrātes: obiurga-
tione iuſta inceſſuit. Lecta igitur ſunt ex libro
qui prolatus eſt: ea quæ addidit. Quibus uer-
bis Epictetus ſeuere ſimul ac feſtiuiter ſeiunxit:

atq; diuisit a uero: atq; sincero stoico: q esset pculdu
bio: ακολυτοσ: ανεκβιασοσ· αϖα-
ρεμϖοδισοσ: ελευθεροσ ευϖοροσ
ευδαιμον: id est non prohibitus: inuiolatus: mi
nime implicitus: liber: diues: fœlix: uulgus aliud ne
bulonũ hominum: qui se Stoicos nũcuparent. Vltro
qꝫ uerborum & argutiarũ fuligine ob oculos audiẽ
tiũ iacto: sanctissime disciplinæ nomine mẽtirent.
ειϖεμοι περι αγαθωμ· και κακον ακ
ουεισ· ιλιοθεν μεφερων ανεμοσ κι-
κονεσ θι ϖέλασσεν· τῶν οντων τα-
μενεσιναγατα· ταδεκακα· ταδε αδ
ιαφορα αγαθα μενον· αρεται κακα τα
μέτεχοντα και κιασ· αδιαφορα δε τ
αμεταξυ τουτον: ϖλουτοσ συζυγια
ζωη σαματοσ· ηδονη: πονοσ: ποθεν
οιδασ ουτωσ ελληνικοσ λεγειεν
τοισ αιγυϖτιακοισ τι γαρ διαφερει
τουτο ειπειμ ηότι διογενησ: εμ τηηθ
ικηη Χρισιϖϖοσ η κλεαμτησ: βεβα-
σανικασ ουν αυτό: και δογμασ αυ-
του ϖεποιησαι δεικνυε πωσ ειωθα-
σεν ϖλώιο χειμαζεσθαι μέμνισαι
ταυτησ τησ διαιρεσεωσ οταμ ψο-
φηση τοισιομ: και ανακραυγαση· ε-
ανσοι τησ ουτωπωσ παρασαθεισ ε-
ιπη λεγε μοι σ υα προσμε λεγεσ: μηκ
ακιαεσι το μαμαγησαι: μητησ και-
ασ μετεχομ ουκ αραξυλον ενσεισει
σ αυτοτιη μιν· καισ οι αντρωπε· α-

ϖόλυμεθα καισυελθῶν παίζεισ.ε αμΔεσε οκαισαρμετα ϖεμψηται κατηγορουμεμων. id est de bonis cedo & malis audis ne illud? Ad ciconas troia referens me uentus adegit. Rerum quædam bona: quædam mala: quædã indifferentia sunt: Bona sane uirtutes: quæ uitij participant mala. Indifferentia uero illa quæ inter hæc media sunt opes: coniugiũ: uita mors: uoluptas: labor: unde nosti inquit? Sic Hellanicus in ægyptiacis tradit. Quid enim refert ita an Diogenem in moralibus. Chrisippũ ue: aut Cleanthem hoc itaq; exquisiuisti: decretũq; fecisti tuum. Expone quonam modo tempestatẽ in naui feras: nunquid eius distinctionis memineris: ubi instrepit ac stridet uelu;? siquis te ita alloquatur: repete age tu ea: quæ modo aiebas: num sit uitiu; naufragium facere? nũ particeps uitij sit: an non contra istum baculum moueas: heus homo: qd mecu; tibi nos perimus: & ipse ludis. cæsar quoq; si te delatũ accersiuerit: qd agas.

Quod Chilo lacedæmonius consilium anceps ꝓ salute amici cepit. Quodq; est circũspecte & anxie cõsiderandũ an pro utilitatibus amicorũ delinquendum aliquando sit? Notataq; mihi: & relata quæ Theophrastus: & .M. Cice, super ea re scripserunt.

Caput. iij.



Hilo præstabilis homo sapientiæ: quonam usq; debuerit contra legem: contra q; ius pro amico progredi dubitauit. Ea q; res in fine quoq; uitæ ipso: animum eius anxit. Et alij deinceps multi philosophiæ secta

tores: ut in libris eorũ scriptũ est satis inq̃t scite: satisq; solicite quesiuerũt ut uerbis (quæ scripta sunt) ipsis utar: ει Δει βοηθει μ τω φιλω παρα το Δικαιομ. και μεχρι πωσου και ποια: id est nunquid oporteat contra iusticiã amico subuenire? & qua fini? & in cuiusmodi? ea uerba significant: quæsisse eos: an nonnunq̃ cõtra ius: contraue morẽ faciẽdũ ꝓ amico sit: & in qualibus & in quibus causis: & quẽnã adusq; modũ? Sup hac q̃stiõe quõ ab aliis (sicuti dixi) multis: tũ diligẽtissime a theophrasto disputatũ: uiro ĩ philosophia ꝑipatetica modestissimo doctissimoq;. Eaq; disputatio scripta est (si recte meminimus) in libro eius de amicitia primo. Eũ librum. M. Cicero uidetur legisse: quum ipse quoq; librum de amicitia cõponeret: & cætera quidẽ quæ sumẽda a Theophrasto existimauit ut ingeniũ: facũdiaq; eius fuit: sumpsit: & transposuit cõmodissime aptissimeq;. Hunc autẽ locũ de quo satis quæsitũ esse dixi: oĩm rerũ aliarũ difficillimũ: strictim: atq; cursim trãsgressus est. Neq; ea q̃ a Theophrasto pensiculate atq; enucleate scripta sũt executus ẽ. Sed anxietate illa & quasi morositate disputationis prætermissa: genus ipsum rei tm̃ paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis: si recensere quis uellet: apposui. Hic igitur finibus utendum esse arbitror: ut cum emendari mores amicorum sunt: tum sit inter eos omnium rerum: consiliorum: uoluntatũ sine ulla exceptiõe cõmunitas: ut ẽt si qua fortuna acciderit: ut minus iustæ uoluntates amicorum adiuuandæ sint: in quibus eorũ aut caput agatur: aut fama

declinādū sit de uia:mō ne summa turpitudo sequatur. Est eñi quatenus amicitiæ uenia dari possit. quū agetur(inquit)aut caput amici:aut fama declinādū est de uia:ut etiam nōnunq̄ uoluntatē illius adiuuenus. Sed cuiusmodi declinatio ista eē debeat: qualisq; ad adiuuandū digressio:& in quanta uoluntatis amici iniquitate non dicit. Quid aūt refert scire in huiusmodi periculis amicorum: si non magna me turpitudo insecutura est:de uia recta esse declinādū nisi id quoq; me docuerit:quam putet magnā turpitudinē?& cum decessero de uia:quousq; digredi debeam? Est enim īquit quatenus dari amicitiæ uenia possit. Hoc immo ipsum est:quod maxime dicendū est quodq; ab ijs:qui doceant:minime dicitur: quatenus quaq; fini dari amicitiæ uenia debeat. Chilo ille sapiens de quo pauloante dixit conseruādi amici cā; de uia declinauit. Sed uideo quousq; progressus ē: falsum enim pro amici salute cōsilium dedit. Ipsum tamen in fine quoq; uitæ:an iure possit reprehendi: culpariq; dubitauit. Cōtra patriā(inquit Cicero)arma pro amico sumēda non sunt. hoc profecto nemo ignorauit. & priusq̄ Theognis(ut Lucilius ait)nasceretur. Sed id quæro:id desidero:quum pro amico contra ius & contra q̄ licet: salua tamen libertate atq; pace:faciendum est:& quum de uia(sicut ipse ait)declinandum est: quid:& quantum:& in quali causa: & quonam usq; id fieri debeat? Pericles ille atheniensis egregius uir ingenio: bonisq; omnibus disciplinis ornatus; in una quidem specie: sed planius tamen: quid existimaret. Professus

est. Nam quum amicus eum rogaret. Vt pro re cau-
saq; eius falsum deieraret: his ad eũ uerbis usus est:
δει μεσυμπαττειν τοισ φιλοϊσ
αλλαμεχρι θεων. id est opus est me amicis
commodare: sed Vsq; ad aras. Theophrastus in eo
quẽ dixi: libro: inquisitius quidẽ super hac reipsa et
exactius: pressiusq; q̃ Cicero dixerit. Sedis' quoq;
in docendo: non de Vno quoq; facto singulatim exi
stimat: neq; certis exemplorum documentis: sed ge-
neribus rerũ summatĩ: Vniuersimq; utitur: ad hunc
ferme modũ. Parua (inquit) & tenuis uel turpitudo
uel infamia subeũda ẽ: si ea re magna utilitas amico
quæri potest. Rependitur quippe: et compensatur le
ue damnum: delibatæ honestatis maiore alia: grauio
req; in adiuuando amico honestate. Minimaq; illa
labes: & quasi lasciuia famæ imminentis: partarũ
amico utilitatum ratiõe solidatur. Neq; nominibus
(inquit) moueri nos oportet: q paria genere ipso nõ
sunt: honestas mæ famæ: & rei amici utilitas. Pon
deribus hæc enim potestatibusq; præsentibus: non
uocabulorum appellatiõibus: neq; dignitatibus ge-
nerum dijudicanda sunt. Nam quum in rebus aut
paribus: aut non longe secus: utilitas amici: & hone
stas nostra consistit: honestas proculdubio præpon-
derat. Quum uero amici utilitas nimio est amplior:
honestatis autem nostræ in re non grauis leui ia-
ctura est: tunc quod utile amico est: id primum
illo: quod honestum nobis est fit plenius: sicu-
ti est magnum pondus æris: parua lamina au-
ri fit preciosius. Verba adeo ipsa Theophrasti sue

per ea re ad.scripsi. ουκ εἶ τι ϖου του του
το γεμει τιμιωτερον ηλη και οτι ου-
ν μεροσ τουτου. ϖροσ το τηληκον
δε θατερον συμκριμομενον αιρετο-
νεσ αι λεγο δε οιον καὶ χρυσιομ τι-
μιωτερομ χαλκου. και τηλικον δε-
του χρυσου. τω τηλικω δε χαλκου
μεγεθοσ αμτιϖαραβαλλομεμον. π-
λεον δοξει. αλλὰ ποιησει τινα τερο-
πην. και το πληθοσ. καὶ το μεγετοσ
id est non si quid suo genere alio est nobilius. conti-
nuo quæuis quoq; pars eius: partis cuiuslibet alte-
rius: quo cũ cõparatur: collatione eligenda sit potius
Verbi gratia hoc modo cum ut & nobilius ære au-
rum sit: & auri pars quælibet portionis cuiuslibet
æris comparatione: sit pluris: uerum nõnihil discri
minis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet.
Phauorinus quoq; philosophus huiuscemodi in
dulgentiam gratiæ tempestiuius laxato paulũ: per
missoq; subtili iustitiæ examine: his uerbis definiuit.
ηκαλουμενε χαρησ παρατοισ αν-
τρωποισ τουτο εσιν υφεσισ ακριβ
ειασ εμδεοντι. id est quæ gratia apud ho
mines uocatur: hoc quidem est. iuris diligentioris lo-
co & tempore imminutio. Post deide idem Theo-
phrastus ad hanc ferme sententiam disseruit. Has ta
men (inquit) paruitates rerum: & magnitudines
atq; has omnis officiorũ æstimatiões: alia nonnunq;
momẽta extrinsecus: atq; alia quasi appendices per
sonarũ: & causarũ & tẽporũ: & circũstantiæ ipsius

necessitates:qũ dstincludere p̃cepta difficile est: moderant:& regũ:& quasi gubernãt: & nũratas efficiũt:nũc irritas. Hæc talia q̃ Theophrastus satis caute & sollicite:& religiose:causa discernẽdi magis disputãdiq; diligẽtia:q̃ cum decernẽdi sententia fiduciaq; disseruit:quoniam profecto causas scientiæ corporum uarietates:dissertationũq; et differentiarũ ignorãtes:directũ atq; p̃petuũ: distinctũq; in re-

Vel discretionum. bus singulis p̃ceptũ :qd̃ ego nos in prima tractatus istius p̃te desiderare dixerã:nõ capiũt. Eius aũt Chilonis a quo disputatiunculæ huius initiũ fecimus. quũ alia quædã sunt cognitu utilia:atq; prudẽtia: tum id maximæ exploratæ utilitatis est.q̃ duas ferocissimas affectiones amoris:atq; odiũ:intra modũ tãtũ coercuit. Hac inquit fini ames:tanq̃ forte fortuna osurus.hac itidẽ tenus oderis:tanq̃ fortasse post amaturus. Super hoc eodẽ Chilone Plutarchus philosophus in libro περὶ ψυχησ. id est de anima primo uerbis ita scripsit. Χειλων ὀπαλοιασ ακουςασ τιμοσ λεγοντος. μηδενα εχειμ εχθρομ. ηρωτησεμει και μηδεμα φιλομ εχείμομιζων εξαμαγκησ επακολουθειμ και συνεπαγεσθαι φιλιασ καὶ απεχθειασ. id est Chilo senior:quũ quempiã dicentẽ audisset:nullũ se inimicũ habere:an nullum etiã amicũ haberet:interrogauit amicitias inimicitiasq; inuicem consequi et adduci: necesse esse arbitratus.

Quã tenuiter curioseq; explorauerit Antonius Iulianus in oratione. M. Tullij uerbi ab eo mutati

argutiam. Cap.IIII.


Ntonius Iulianus rhetor perq̃ꝫ fuit hone sti atq; amœni ingenij. Doctrina quoqꝫ ista utiliore ac delectabili: ueterumqꝫ ele gãtiarũ cura: et memoria multa fuit. Ad hec scripta oĩa antiquiora tã curiose spectabat: aut uirtutes pẽsitabat: aut uitia rimabatur: ut iudicium factum esse adamussim diceres. Is Iulianus super eo enthymemate quod est in oratione. M. Tullij: quã pro. Cn. Planco dixit: ita existimauit. Sed uerba pri us de quibus iudiciũ ab eo factũ est: ipsa ponã: Quã q̃ꝫ dissimilis pecuniæ debitio: et gratiæ. Nam qui pe cuniã dissoluit: statim non habet id quod reddidit. Qui autẽ debet: æs retinet alienũ. Gratiã autem & qui refert: habet: & qui habet: in eo ipso quod habet refert. Neqꝫ ego nunc Plãco desinã debere si hoc sol uero. Nec minus ei redderem uoluntate ipsa si hoc molestiæ non accidisset. Crispũ sane (inquit) agmen orationis: rotundũqꝫ: ac modulo ipso numerorum ue nustũ: sed quod cum uenia legendum sit uerbi pau lũ ideo immutati: ut sentẽtiæ fides salua esset. Nãq; debito gratiæ et pecuniæ collata: uerbum utrobiq; seruari posset. Ita enim recte opposita inter sese gra tiæ: pecuniæqꝫ debitio uidebitur: si & pecunia quidẽ deberi dicatur: & gratia. Sed quid eueniat in pecu nia debita soluta ue: quid cõtra in gratia debita red dita ue debitionis uerbo utrincꝫ seruato disseratur. Cicero aũt inquit. Quũ gratiæ pecuniæqꝫ debitionẽ dissimilẽ esse dixisset: eiusq; sententiæ rationẽ red deret: uerbum debet in pecunia ponit in gratia ha-

Anto. Iulia nus.

bet subiicit: pro debet. Ita enim dicit. Gratiā autē & qui refert habet & qui habet in eo ipso quod habet refert. Sed id uerbū habet: cū proposita cōparatiōe: nō satis cōuenit. Debitio enim gratiæ nō habitio: cu; pecunia confertur. Atq; ideo consequēs quidem fuerat sic dicere. & qui debet in eo ipso quod debet: refert: quid absurdū & nimis coactū foret: si nondum redditā gratiam: eoipso redditam diceret: quia debetur. immutauit ergo inquit: & subdit uerbū ei uerbo: quod omiserat: finitimum: ut uideatur & sensum debitionis collatæ non reliquisse: & concinnitatem sentētiæ retinuisse. Ad hunc modum Iulianus enodabat: diiudicabatq; ueterum scriptorum sententias: quas apud eum adolescentes lectitabant.

Q͞d Demosthenes rhetor cultu corpis atq; uestitu probris obnoxio: infamisq; mūdicia fuit: q͞q; itē Hortensius orator ob eiusmodi mundicias: gestumq; in agendo histrionicū Dionysiæ saltatriculæ cognomēto compellatus est. Cap. V.

Demosthenis cultus



Emosthenem tradunt: & uestitu cæteroq; cultu corporis nitido uenusto: nimisq; accurato fuisse. hinc etiam κομψὴ illa χλαῖνισ καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι (idest elegans illa uestis: et molles tuniculæ ab æmulis aduersariisq; probro datum. hinc etiam turpibus: indignisq; in eū uerbis nō temperatum: quīn parū uir: ore quoq; polluto diceretur. Ad eundem modū Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ: nisi. M. Tullio clarior: q mul

Hortensius.

ta cum mūdicia: & circūspecte: cōpositeq; indutus:

& amictus esset: manusq; eius inter agendũ forent argutæ admodum: & gestuosæ: male dictis compellationibusq; probrosis iactatus est. multaq; in eum quasi in histrionẽ: in ipsis causis atq; iudiciis dicta sunt Sed cũ. L. Torquatus subagresti homo ingenio: & infestiuo: grauius acerbiusq; apud cõsilium iudicũ: quũ de causa Syllæ quæreret: nõ id histrionẽ eũ esse diceret: sed gesticulariã Dionysiãq; eum notissime saltatricule noĩe appellaret. Tũ uoce molli: atq; demissa Hortẽsius: Dionysia (inquit) Dionysia malo equidẽ cẽ: q̃ q̃ tu Torquate ἄμουσος ἀπροσδιόνυσος ἀπρόσιτος. i. inelegãs agrestis a ditu difficilis. L. Torquatus. Dionysia.

Verba ex oratiõe Metelli Numidici: quam dixit ad populum in censura: quum eum ad uxores ducẽdas adhortaretur: eaq; oratio quã ob causam repræhensa: et quo cõtra modo defensa sit. Cap. VI.



Vltis & eruditis uiris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diserti uiri: quam in censura dixit ad populũ: de ducendis uxoribus: quum eũ ad matrimonia capessenda hortaretur: in ea oratione ita scriptum fuit. Si sine uxore possemus quirites esse: oẽs ea molestia careremus. S; q̃m ita natura tradidit: ut nec cũ illis satis cõmode: nec sine illis ullo modo uiui possit: saluti perpetuæ potius q̃ breui uoluptati cõsulẽdũ. Videbat̃ quibusdã Metellũ cẽsorẽ cui cõsiliũ esset: ad uxores ducẽdas populũ hortari nõ oportuisse: nec de molestia incõmodisq; ꝑpetuis rei uxoriæ confiteri: neq; adhortari magis: q̃ dissua Metellus de uxore ducẽda

dere absterrereq;. Sed cōtra illud potius orationem debuisse sumi dicebant: ut & nullas plærūq; esse in matrimoniis molestias asseueraret: et siquæ accidere tamē nonnūq; uiderentur paruas & leues facilesq; esse toleratu diceret: maioribusq; eas emolumētis: & uoluptatibus ob literari. easdemq; ipsas neq; omnibus neq; naturæ uitio: sed quorumdā maritorum culpa & iniusticia euenire. T. autem Castritius recte atq; cōdigne Metellū esse locutū existimabat. Aliter (inquit) cēsor loqui debet: aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti falsis: audacibus. subdolis captiosis: si modo uerisimiles sint; & possint admouendos hominū animos qualicūq; astu irrepere. Propterea turpe esse ait rhetori: si quid in mala causa destitutum: atq; impugnatum relinquat. Sed enim metellū inquit sanctū uirū illa grauitate et fide præditū: cum tāto honore: atq; dignitate uitæ: apud Populum. Romanum loquentem nihil decuit aliud dicere q̄ quod uerū sibi esse: atq; omnibus uidebatur: præsertim quū super ea re diceret: quæ quotidiana intelligentia et cōmuni peruulgatoq; uitæ usu compræhenderetur. De molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus: eaq; confessione fidem sedulitatis: ueritatisq; commeritus: tum deniq; facile & procliuiter: quod fuit omnium rerū ualidissimum: atq; uerissimum persuasit: ciuitatem saluam esse: sine matrimoniorum frequentia non posse. Hoc quoq; aliud: ex eadem oratiōe Metelli dignū esse existimauimus assidua lectioneō: n hercle minus: q̄ quæ a grauissimis philosophis scripta sunt. Verba Me-

telli hæc sunt. Di immorteles plurimũ possunt sed non plus uelle debent nobis: q̃ parentes: At parentes: si pergunt liberi errare: bonis exhæredant. Quid ergo nos a dijs immortalibus diutius expectemus: nisi malis ratiõibus finem facimus: iisdem deos propitios esse æquũ est: qui sibi aduersarij nõ sunt. Dij immortales uirtutẽ approbare: nõ adhibere debent.

In hisce uerbis Ciceronis ex oratiõe sexta in Verrem: hanc sibi rem sperant præsidio futurum: neq; mendam esse: nec uitium. Errareq; istos: qui bonos uiolant libros & futuram scribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum: q̃d probe scriptũ perperam mutatur. Et aspersa pauca de modulis: numerisq; orationis: quos Cicero auide sectatus est.

Caput septimum.



IN oratione Ciceronis sexta in Verrem libro spectatæ fidei: tyroniana cura: atq; disciplina facto: ita scriptum est. Homines tenues obscuro loco nati: nauigãt deu ntq; adea loca: quæ nunq̃ antea didicerãt: ubi eq; noti esse ijs quo uenerunt: neq; semper cum cognitoribus esse possunt. Hac una tamen fiducia ciuitatis: nõ modo apud nostros magistratus: qui & legum: & existimationis piculo cõtinentur: neq; apud ciues solum romanos: qui & sermonis: & iuris: & multarum rerum societate iuncti sunt: fore se tutos arbitrantur: sed quocũq; uenerint hãc sibi rẽ præsidio sperant futurũ. Videbatĩ q̃ pluribus ĩ extremo

uerbo mandã esse. debuisse enim scribi putabant non futurũ sed futuram neq; dubitabant quin liber emendãdus esset ne ut in Plauti cõœdia mœchus sic enim mende suæ illudebant ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster homo lectione multa exercitus cui pleraq; omnia ueterum literarum quæsita meditata euigilataq; erant. Is libro inspecto ait nullum esse in eo uerbo neq; mendam neq; uitium. Ciceronem ꝓbe ac uenuste locutum. Nam futuru; inquit non refertur ad rem sicut legentibus temere et in curiose uidetur neq; pro participio positum est sed uerbum est indefinitum quod græci appellant. απαρεμφατον neq; numeris neq; generibus præseruiens. sed liberum undiq; & impromiscuum est. Quali. C. Graccus uerbo usus est in oratione cuius titulus ẽ. de. Q. Popilio circum conciliabula in qua ita scriptum est. Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Inimicos (inquit) dicturum. & non dicturos. Videtur ne ea ratione positum apud Graccum dicturum qua est apud Ciceronem futurum? sicut in greca oratione sine ulla uitĩ suspitione omnibus numeris: generibusq; sine discrimine attribuuntur huiuscemodi uerba ποιησειν εσεσθαι id est futurum λεξει μεσεσθαι dicturum & similia. In. Q. Quoq; quadrigarĩ tertio annali libro uerba hæc esse dixit. Dum hi conciderẽtur: hostium copias ibi occupatas futurum. In. xĩ. annali eiusdem quadrigarĩ principium libri sic scriptum. Si pro tua bonitate & nostra uoluntate tibi ualitudo suppetit: est quod speremus: deos bonis benefa

fturum. Item in Valerij antiatis libro.iiij. & xx. si mili modo scriptum esse. Si hæc res diuinæ factæ: recteq; perlitatæ essent. aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum. Plautus etiam in casina quũ de puella loqueretur: occisurum dixit: non occisuram his uerbis. Etiam ne habet & nunc Casina gladium Par habet. Sed duos: Sta. quid duos? par. quibus altero te occisurum ait: altero uilicum. Item Laberius in Gemellis. Non putaui inquit hoc eam facturũ. Nõ ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorauerunt Sed & Gracchus dicturum: & quadrigarius futurũ & benefacturum: & Plautus occisurum: & Antias processurum, & Laberius facturum: indefinito modo dixerunt. qui modus neq; in numeros: neq; in personam: neq; in genera distribuitur. Sed omnia istæc una eademq; declinatione complectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurum non uirili genere neq; neutro (soloecismus enim foret plane) sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster in eiusdem. M. T. Ciceronis oratione: quæ est de imperio. Cn. Pompeij ita scriptum esse a Cicerone dicebat atq; ipse ita lectitabat. Quum nostros portus: atq; eos portus: quibus uitam ac spiritum ducitis: in prædonum fuisse potestatem sciatis. Neq; soloecismum esse aiebat in potestatem fuisse: ut uulgus semidoctum putat: sed ratione dictum certa & proba contendebat: qua et græci ita uterẽtur et Plautus uerborum latinorum elegantissimus in Amphytrione dixit. Nunc uero mihi in mentem fuit: non (ut dici solitum est) in mente. Sed enim præter Plautum In mentem fuit

cuius ille in præsenti exemplo usus est: multam nos quoque apud ueteres scriptores locutionum talium copiam offendimus atque his uulgo annotamentis inspersimus. Vt rationem istam missam facias & auctoritates: sonus qui ευφωνια .i. uoculatio tantum et positura ipsa uerborum satis declarant: id potius επιμελειαν των λεξεων. id est uocabulorum delectui diligenti: modulamentisque orationis. M. Iulij conuenisse: ut quoniam utrumuis dici latine posset: potestatem dicere mallet: non potestate Illud enim sic compositum iucūdius ad aurem: conspectiusque: insuauius hoc imperfectiusque est: si modo ita explorata aure homo sit: non surda: nec iacenti: sicuti est hercle quod explicauit: dicere maluit q̄ explicuit: quod esse iam usitatius ceperat. Verba sunt hec ipsius in exhortatione quam de imperio. Cn. Pompeij habuit. Thestis est sicilia quā multis undique cinctam periculis non terrore belli: sed consilij celeritate explicauit. At si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborum sonus clauderetur.

Euphonia.

Explicauit.

Historia i libris Phocionis philosophi reperta super Laide meretrice & Demosthene rhetore.

Caput. VIII.



Hociō ex peripatetica disciplina haud uariaeque historiæ refertū cōposuit. eūque sane ignobilis uir fuit: Is librū multæ inscripsit: κερασ αμαθειασ. ca

Cornu me ualet: an si dicas cornucopiae In eo libro super copiae Demosthene rhetore: & Laide meretrice: historia haec scripta ē. Lais inquit Corinthia ob elegantiam uenustatemq; formae grandem pecuniā demerebat. Conuentusq; ad eam ditiorum hominum ex oī Graecia celebres erant: neq; admittebatur: nisi qui dabat quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quātitatem. Hinc ait natum esse illud frequens apud graecos adagium : ου παντος ανδρος ες κορινθον εσθ ο πλους : id est Non uiri cuiusq; est Corinthum petere: q frustra iret Corinthum ad Laidem: qui non quiret dare quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit: & ut sui copiā faceret petit. At Lais μυριας δραχμας: id est decem drachmarum millia poposcit: hoc facit nummi nostratis denarium decēmillia: tali petulantia mulieris: atq; pecuniae magnitudine ictus expauidusq; Demosthenes auertitur: & discedens. Ego (inquit) poenitere tanti nō emo. Sed graeca ipsa quae ferī dixisse: lepidiora sunt: ουκ ωνουμαι inquit μυριων δραχμων μεταμελειαν: id est non emo cētum sestertiis poenitere.

Demosthenes.

Lai meretrix.

Qui modus fuerit: quis ordo disciplinae Pythagoricae: quantū q; temporis imperatum obseruatūq; sit. dicendi simul ac tacendi. Caput. ix.



Rdo ac ratio Pythagorae: ac deinceps familiae successiōis eius: recipiēdi instituēdiq; discipulos: huiusce modi fuisse traditā. Iā a pricipio adolescētes: q se se addiscendū obtulerāt. εφυσιογνωμονει: id est p na-

Pithagorice disciplina

turæ indicia pensiculabat: id uerbum significat mores naturasq; hominum: coniectatione quadam de oris: & uultus ingenio: deq; totius corporis filo: atq; habitu sciscitari. Tum qui exploratus ab eo: idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat: & tempus certum tacere: nõ oẽs idẽ: sed aliud alius tẽpus: pæstimato captu solertiæ. Is autẽ qui tacebat q̃ dicebant̃ ab aliis: audiebat. Neq; pcontari: si parũ intellexerat: neq; commentari que audierat fas erat Sed non minus quisq; tacuit q̃ biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiẽdiq; ακουστικοι. id est auditores: Ast ubi res didicerant rerum omnium diffillimas tacere: audireq;: atq; esse iam cœperant silentio eruditi: cui erat nomen εχεμυθια: id est taciturnitas: tum uerba facere & quærere quæq; audissent: scribere: & q̃ ipsi opinarentur expromere potestas erat: hi dicebantur in eo tempore μαθυματικοι: id est disciplinis uacantes: scilicet ab iis artibus quas iam discere atq; meditari incœptauerant: quoniam geometriam: gnomonicam: musicam: cæterasq; item disciplinas altio

Matematha

res: μαθηματα: id est disciplinas ueteres græci appellabant. Vulgus autẽ quos gentilicio uocabulo Chaldæos dicere oportet: mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati: ad perdiscenda mundi opera: & principia naturæ procedebant. At tunc deniq; nominabantur φυσικοι: id est naturales. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus quum dixisset: nunc autem (inquit) isti qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt; non est hoc sa

tis ꝙ ſunt omnino αθεωρητοι ἄμουσοι ἀγεωμετρητοι:id eſt a cõtemplatione muſica gæometria penitus alieni:ſed legem etiã dant qua philoſophari diſcãt. Alius ait:hoc me primum doce. Item alius:hoc uolo(inquit)diſcere: iſtud nolo. Hic a Sympoſio Platonis incipere geſtit: propter Alcibiadæ comeſſatione;. Ille a Phædro propter Lyſiæ orationem. Eſt etiam(inquit)pro Iupiter: qui Platonẽ legere poſtulet:non uitæ ornandæ: ſed linguæ orationiſq; comendæ gratia: nec ut modeſtior fiat:ſed lepidior. Hæc Taurus dicere ſolitus nouicios philoſophoru; ſectatores cum ueteribus Pythagoricis penſitans. Sed id quoq; non prætereundum eſt ꝙ omnes ſimul qui a Pythogora in cohortem illam diſciplinarum recepti erant:qđ quiſq; familiæ pecuniæq; habebant:in medinm dabant. Et cohibebatur ſocietas inſeparabilis:tanq̃ illud fuerit antiquum conſortium:quod reatq; uerbo romano appellatur κοινοβιον.id eſt contubernium. Cænobium

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philoſophus adoleſcẽtem uetuſte nimis & priſce loquẽtẽ

Caput.X.



Hauorinus philoſophus adoleſcenti ueterũ uerborũ cupidiſſimo:et plæraſq; uoces nimis priſcas & ignotiſſimas in quotidianis cõibuſq; ſermonibus expromẽti.Curius inq̃t:& Fabritius et Corũcanius antiq̃ſſimi noſtri:& his antiq̃ores Horatũ illi trigemini plane & dilucide cũ ſuis fabulati ſunt. Neq; aurũcorũ aut ſicanorũ:aut pelaſgorũ:q̃

primi coluisse Italiã dñr: sed ætatis suæ uerbis locu ti sunt. Tu autẽ proinde quasi cũ matre Euãdri nũc lo quare sermõe multis annis iã desito uteris: quod scire at que intelligere neminẽ uis: quæ dicas. Nonne homo ine pte: ut quod uis abunde cõsequaris: taceres? sed antiqui tatẽ tibi placere ais: quod honesta: & bona: & sobria: et modesta sit: uiue ergo moribus præteritis loquere uer bis praesentibus. At id quod a C. Cæsare excellentis ingenij ac prudẽtiæ uiro in primo de analogia libro scriptũ est: habe semper in mẽoria atque in pectore: ut tã quam scopulũ: sic fugias inauditum: atque insolẽs uerbũ.

C. Cæsar

Quod thucydides historiæ scriptor inclytus: lacedæ monios in acie nõ tuba: sed tibijs eẽ usos dicit. Verbaque eius super ea re posita. Quodque Herodotus Halyatẽ re gẽ fidicinas in procinctu habuisse tradit: atque inibi quæ dã notata de Gracchi fistula cõcionaria. Cap. xi.

Lacedæmoniorũ mos in certamine.



Vctor historiæ grææ grauissimus Thu cydides lacedæmonios summos bellato res: nõ cornuũ tubarumue signis: sed ti biaru; modulis in prœlijs usos eẽ refert. Nõ prorsus ex aliquo ritu religionũ: neque rei diuinæ. gratia: neque autem ut excitarẽtur: atque euibrarentur ani mi: quod cornua & litui moliũtur: sed contra ut mode ratiores: modulatioresque fierent: quod tibicinis numeris tẽperatur. Nihil adeo in cõgrediẽdis hostibus: atque in prĩcipijs prœliorũ ad salutẽ uirtutẽque aptius rati: quam si permulcti sonis mitioribus nõ immodice ferocirẽt. Quũ procinctæ igitur classes erãt. & instructa acies: cœ tũque in hostẽ progredi: tibicines inter exercitũ positi: ca nere incœptabãt. Ea ibi præcẽtiõe trãquilla & uene rabili quadã: quasi militaris musicæ disciplina: uis

& ipetus militũ:ne sparsi:dispalatiq; pruerẽt:cohi bebatur. Sed ipsius illius egregij scriptoris uti uer bis libet:q̃ & dignitate:& fide grauiora sũt καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξυμβολὴ ἦν· ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων. οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν. καὶ μὴ διασπασθείη αὐτῶν ἡ τάξις ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν. i. post hæc cõgrediebãt argiui ⁊ dẽ socijq; acri ter & ĩpetu adoriẽtes. Lacedæmonij cõtra sub tibia rũ præcentiõe:stipato agmine maturãtes nõ adeo uo luptatis cã:uerũ ut æquabili modulatoq; sensim in gressu cõueniẽtes pugnã capesserẽt:nec suos ordĩes distrahi sinerẽt:q̃d sp̃ amplissimas copias agere:ubi cõgrediẽdũ ẽ:nimiũ decet. Cretẽses quoq; prœlia in gredi solitos mẽoriæ datũ ẽ:præcinẽ:e ac præmode rante cythara gressus. halyates aũt rex terræ Lydiæ more atq; usu barbarico p̃ditus:quũ bellũ milesijs fa ceret (ut Herodotus ĩ historijs tradit:cõcinẽtes habuit fistulatores et fidicines:atq; fœmĩas ẽt tibicĩas ĩ exer citu;atq; ĩ pcinctu habuit;lasciuientiũ delitias cõui uiorũ. Sed eñ achæos Homerus pugnã ĩdipisci ait: nõ fidicularũ tibiarũq; cõcẽtu:uerũ cõspiratu tacito nitibundos οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοὶ ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν: id est. Ast ibant taci

Cretẽses in pugnam.

Haliates rex in prælium.

Achei ĩ certamina.

et spirātes robur achiui Inq; uicē auxiliū cupida sibi mente ferebāt. Quid ille uult ardentissimus clamor militum Romanorū: quē in cōgressibus prœliorum fieri solitum scriptores annalium memoraue re? Contra ne institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clæmenti: & silentio est opus: quum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? Quum uero prope ad manus uentum est: tum iam e propinquo hostis: & impetu propulsandus: & clamore terrēdus est. Ecce autem pro tibia laconica tibiæ quoq; illius concinatoriæ in mentem uenit: quam .C. Gracco cum populo agente præisse: ac præmonstrasse modulos ferūt. Sed nequaq̄ sic est (ut a uulgo dicitur) canere tibia solitum qui pone eum loquentem staret: uariisq; modis tum demulcere animum: actionemq; eius: tum intendere. Quid enim foret ea re ineptius? si ut planipedi saltanti: ita Graccho concionanti numeros: & modos: & frequentamenta quædam uaria: tibicen incineret? Sed qui hoc cōpertius memoriæ tradiderunt: stetisse in circunstantibus dicunt occultius. qui fistula breui: sensim grauiusculū sonū inspiraret: ad deprimendū sedādūq; impetus uocis eius Referuescente nāq; impulsu: & instinctu extraneo naturalis illa Gracchi uehementia indiguisse nō (opinor) existimanda est. M. tamē Cicero fistulatorē istū utriq; rei adhibitū esse a Graccho putat: ut sonis tū placidis: tum citatis: aut demissam iacenteq; orationem eius erigeret: aut ferocientem sæuientemq; cohiberet Verba ipsius Ciceronis apposui. Itaq; idem Grac-

Romanorū ris tus i certamine.

C. gracchi fistula.

chus:quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuoliterato homine:quem seruum ibi habuit ille ad manum cũ eburneola solitus est habere fistula: qui staret post ipsum occulte:quum concionaretur:peri tum hominem qui inflaret celeriter eum sonum:qui illum aut remissum excitaret:aut a contentione re uocaret. Morem autem illum ingrediendi ad tibici num modulos prœlii institutum esse a Lacedæmo niis Aristoteles in libris problematon scripsit: quo manifestior fieret: exploratiorq; militum securi tas:& alacritas. Nam diffidentiæ (inquit) & timo ri: cum ingressione huiuscemodi minime conue nit: & mœsti ac formidantes ab hac tam intrepi da: & tam decora incedendi modulatione alieni sunt. Verba pauca Aristotelis super ea re apposui. Διατί ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι. πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνουσιν ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν. id est quamobrem ubi commissuri prœlium sint:ad tibiæ modulos congrediantur ut timidos mi nus honeste agẽtes indicent.

Mos ingredien di pliu; tibicinũ modulis a quibus fluxit.

Virgo Vestæ quid ætatis:& ex quali familia:& quo ritu:quibusq; cerimoniis:ac religionibus:ac co gnomine a pontifice Maximo capiatur:Et quo sta tim iure esse incipiat:simulatq; capta est. Quodq; ut Labeo dicit:nec intestato cuiq;:nec eius intestate quis q; iure hæres est.

Cap.XII.

Virginis uestalis capiendæ dus.

Qui de uirgine capienda scripserunt: quorũ diligentissime scripsit Labeo Antistius:mi norẽ q; annos. Vi. maiorẽ q; annos. x. natam

negauerunt capi fas esse. Itē quæ non sit patrima et matrima: Item quæ lingua debili: sensu ue auriū diminuta: alia ue q̄ꝙ corporis labe insignita sit. Item q̄ ipsa: aut cuius pater emancipatus sit: etiā si uiuo patre in aui potestate sit. Itē cuius parentes: alter: ambo ue seruitutē seruierūt. aut in negocijs sordidis diuersantur. Sed eam cuius soror ad id sacerdotium lecta sit: excusationē mereri aiunt. Itē cuius pater flamē: aut augur: aut qui decēuir sacris faciūdis: aut qui septēuir epulonū aut salius est. Sponsæ quoq; pōtificis aut tibicinis: sacrorū filię: uacatio a sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito Atteius scriptum reliquit: neq; eius legēdā filiā: q̄ domicilium in Italia nō haberet: & excusandā eius: qui liberos tris nō haberet. Virgo autē uestalis simul est capta: & in atriū Vestæ deducta: & pōtificibus tradita est eo statim tpe sine emancipatione ac sine capitis minutione: e patris potestate exit: & ius testamenti faciundi adipiscitur. De more autē rituq; capiundæ uirginis litteræ quidē antiquiores non extāt: nisi quæ capta prima est a Numa rege esse captam. Sed papiam legē inuenimus: qua cauetur: ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legant̄. Sortitioq; in concione ex eo numero fiat. Sed ea sortitio ex lege Papia nō necessaria nūc uideri solet. Nā si quis honesto loco natus adeat ponti. max. atq; offerat ad sacerdotium filiā suam: cuius duntaxat saluis religionum obseruationibus: ratio haberi possit gratia popilie legis per se ratū sis. Capi autem uirgo propterea dici uidetur: quia pōtificis maxi. manu præ

Vestalium institutio.

Virgo cur capta dicatur.

hensa:ab eo parēte in cuius potestate est:ueluti bello capta abducitur. In libro primo Fabij pictoris:quæ uerba ponti.maxi.dicere oporteat:quū uirginē capit:scriptū est. Ea uerba hæc sunt. Sacerdotē uestalē: quæ sacra faciat:quæ iussi:& sacerdotē uestalē facere pro po.Ro.quiritibus uti: ꝙ optima lege fiat: ita te amata capio. Pleriq; autē capi uirginē solam debere putant. Sed flamines quoq; diales:item pontifices & augures capi dicebantur. L. Sylla rerum gestarum li.ij.ita scripsit. P.Cornelius cui primum cognomen Syllæ impositum est: flamen dialis captus. M.Cato de Lusitanis:quū Ser.Galbā accusauit:eum dicit ius pontificum dicere noluisse. Ego me nunc uolo ius pontificū optime scire. Iam ne ea causa pōtifex capiat? Si uolo augurıū optime tenere:ecquis ob eam rem augurē capiat. Præterea etiā in cōmētarijs Labeonis:q̄ ad.xij.tabulas cōposuit:ita scriptus est. Virgo uestalis neq; hæres est cuiq; intestato neq; intestatæ quisq;:sed bona eius in publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat q̄ritur. Amata inter capiēdum a pont.maxi.appellat: quoniā que prima capta est hoc fuisse noīe tradita est.

Verba pont. in uirgine capiēda

Vestalis amata dicitur.

Quæsitum in philosophia est:quidnam foret in recepto mandato rectius id ne omnino facere: quod mandatum est:an nonnunq̄ etiam contra si id speres ei:qui mandauit utilius fore? Super q; ea questione expositæ diuersæ sententiæ.

Caput.XIII.

N officiis capiēdis: cenſendis: iudican
diſq;: quæ καθηκοντα: id eſt expe
entia & conuenientia philoſophi appel
lāt: quæri ſolet an negocio tibi dato: &
quicquid omnino faceres: definito: contra quid face-
re debeas: ſi eo facto uideri poſſit res euentura pro-
ſperius, exq; utilitate eius: qui id tibi negocium man
dauit? Anceps quæſtio: & in utramq; partem a pru-
dentibus uiris arbitrata eſt. Sunt enim non pauci qui
ſententiam ſuam una in parte defixerunt: & re ſe-
mel ſtatuta deliberataq; ab eo: cuius negocium id be-
neficiumq; eſſet. nequaq̄ putauerunt contra dictum
eius faciendum: etiam ſi repentinus aliquis caſus re;
commodius agi poſſe polliceretur. Ne (ſi ſpes feſel-
liſſet) culpa impatientiæ & pœna indeprecabilis ſub
eunda eſſet. Si res forte melius uertiſſet: diis quidem
gratiam habendam. Sede exemplum tamē intromiſ-
ſum uideretur: quo bene conſulta conſilia religione
mandati ſoluta corrumperentur. Alii exiſtimauerūt
incommoda prius: quæ metuenda eſſent ſi res geſta
aliter foret q̄ imperatum eſt: cum emolumento ſpei
penſitanda eſſe. Et ſi ea leuiora minoraq;: at utilitas
contra grauior & amplior ſpe quantum poteſt fir-
ma oſtenderetur: tum poſſe aduerſum mandata fieri
cenſuerunt: ne oblata diuinitus rei bene gerendæ oc-
caſio amitteretur. Neq; timendum exemplum nō pa
rendi crediderūt: ſi rationes huiuſcemodi dumtaxat
non adeſſent. Cum primis autem reſpiciendum pu-
tauerunt ingenium naturamq; illius: cui ea res præ-
ceptumq; eſſet ne ferox: durus: indomitus: inexorabi

lisq́ sit: qualia fuerint Posthumiana imperia: & Manliana. Nam si tali preceptori ratio reddēda sit: nihil faciendum' esse monuerunt aliter q̄ preceptū est. Instructius deliberatiusq́ fore arbitramur theorematium hoc de mandatis huiuscemodi assequendis si exemplum quoq; P. Crassi Mutiani clari ac incly ti uiri apposuerimus. Is Crassus a Sempronio Asellione: & plærisq; aliis historie romanæ scriptoribus traditur quinq; habuisse rerum bonarmm maxima et præcipua: q̄ esset ditissimus: q̄ nobilissimus: q̄ eloquentissimus: q̄ inriscōsultissimus: q̄ pont. maxi. Is quū iu consulatu obtineret asiam prouinciam: & circunsedere oppugnareq́ Leucas oppidum pararet: opusq́ esset firma ac procera trabe: quæ arietem faceret: quo muros eius oppidi quateret: scripsit ad magistrum αρχητεκτωμα molis athenienſium: sociorum amicorumq́ po. Ro. ut ex malis duobus: quos apud eos uidisset: uter maior esset, eu; mittendum curaret. Tum magister αρχητεκτωμ comperto q̄ obrem malum desideraret: non (uti iussus erat) maiorem: sed quem esse magis idoneum: aptioremq́ faciendo arieti: facilioremq́ portatu existimabat minorē misit Crassus eum uocari iussit: & quum interrogasset: cur nō quē iusserat misisset: causis rationibus quas dictitabat spretis: uestimenta detrahi imperauit: uirgisq; multis cecidit. Corrumpi atq; dissolui officium omne imperantis rarus: si quis ad id quod facere iussus est: non obsequio debito: sed consilio non desiderato respondeat.

P. Crassus.

Crassi gesta in Asia.

Quid dixerit feceritq́ C. Fabricius magna uir

gloria: magnisq; rebus gestis: s; familiæ pecuniæ q; inops: quum et. Samnites tanq; indigenti graue aurum donarent: plenumq; odij.

Cap. xiiij.

C. Fabritius.



Ulius iginius in libro de uita: rebusq; illustrium uirorum sexto: legatos dicit a Samnitibus ad. C. Fabricium imperatorem po. Ro. uenisse: & memoratis multis magnisq; rebus quæ bene et beniuolæ post redditam pacem Samnitibus fecisset: obtulisse dono grandem pecuniam: orasseq; uti acciperet: uteretur q;. Atq; id facere Samnites dixisse: q; uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus desieri: neq; pro magnitudine dignitateq; lautum paratumq; esse. Tum Fabritiũ planas manus ab auribus ad oculos: & infra deinceps ad nares: et ad os: & ad gulam: atq; inde porro ad uentrem imum deduxisse: & legatis ita respondisse: dum illis omnibus membris: quæ attigisset: obsistere atq; imperare posset: nunq; quicq; defuturum. Propterea pecunia: qua sibi nihil esset usus: ab ijs quibus eam sciret usui esse: non accipere.

Quam importunum uitium sit futilis manisq; loquacitas: & q; multis in locis a principibus utriusq; lingue uiris detestatione iusta culpata sit.

Caput. XV.



Vi sunt leues:et futiles:et importuni locutores:quiq; nullo rerũ pondere innixi:uerbis humidis et lapsantibus diffluũt:eorũ orationẽ bene existimatũ ẽ in ore nasci non in pectore. Linguam autẽ debere aiũt non esse liberam:nec uagã:sed uinclis de pectore imo ac de corde apertis moueri et quasi gubernari. Sic.n.uideas quosdam scatere uerbis:sine ullo iudicij negocio cum securitate multa et profũda:ut loquẽtes plærũq; uideatur:loqui sese nescire Vlyssem contra Homerus uirum sapienti facundia præditum:uocem mittere ait:non ex ore:sed ex pecto re.Quo scilicet non ad sonum magis habitumq; uocis:q̃ ex sentẽtiarũ penitus cõceptaru; alitudine pertineret. Petulantieq; uerborum coercẽdæ uallu; esse oppositum dentium:luculente dixit:ut loquendi temeritas nõ cordis tantum custodia:atq; uigilia cohibeatur sed ex quibusdam quasi excubijs in ore positis sepiatur. Homero quid de ulio sensérit

Homerica de quibus supra dixi hæc sunt.

αλλοτε δηόϖατε μεγαλην εκζηθη-
οςιει τεκνομεμον ϖοίονσε εϖος φυ-
γ́εν ερκος οδοντων. adest

Ast ubi iam magnam fundebat pectore uocem
Dentis claustra tui uox qualis nata reliquit.

M.Tullũ quoq; uerba posui:quibus stultã et inanẽ dicẽdi copiã grauiter et uere detestatus est:Dummodo (inquit) hoc cõstet:neq; infantiã eius qui rem norit:sed eã explicare dicẽdo nõ queat:neq; i scitiã illius cui res nõ suppetat:uerba nõ desint eẽ laudadam

Quorũ si alterũ sit optandũ. malim equidẽ indiser tam prudẽtiam q̃ stultam loquacitatem. Itẽ in libro de oratore primo: uerba hæc posuit. Quid. n. est tam furiosum: q̃ uerborũ uel optimorũ: atq̃ ornatissimo rũ sonitus inanis: nulla subiecta sentẽtia: nec sciẽtia. Cũ primis autẽ. M. Cato atrocissimus huiuscemodi uitiĩ insectator est. nanq̃ in oratione quæ inscripta est. Si Celius tri. ple. appellasset. Nunq̃ inq̃t tacet quẽ morbus tenet loquẽdi: tãq̃ ueternosum bibẽdi: atq̃ dormiẽdi. Quod si nõ cõueniãt: tamẽ conuocari iubet. Ita est cupidus oratiõis: ut cõducat: qui auscul tet. Itaq̃ auditis nõ auscultatis tãq̃ pharma. copolã. Nã eius uerba audiuntur: uerũ ei se nemo cõmittat: si æger est. Idem Cato in eadem oratione eidẽ. M. Cælio uilitatẽ opprobrãs: nõ loquendi tantum: ue rumetiam tacendi. Frusto (inquit) panis cõduci põt: ueluti taceat: uel uti loquatur. Neq̃ nõ merito Homerus unum ex omnibus Tersitẽ. αμεγροεπη και ακριτομυθο: id est loquentem sine iudi cio & mõ appellabat. uerba illius multa q̃ ακοσμα. i. incompta. strepentium sine modo graculorũ similia esse dicit. Quid enim est aliud απετροεπηεκολωα. id est supra modum loquitans con turbabat. Eupolidis quoq̃ uersus de id genus homi nibus consignatissime factus est. λαλειν αριστος: αδυνατατατωσ λεγειν. id est blat terare optimus: dicere ineptissimus. Quod Salustius noster imitari uolens loquax (inquit) magis: q̃ facundus. Qua propter Hesiodus poetarum prudẽ tissimus linguam non uulgandam sed recondendã

esse dicit: perinde ut thesaurū. Eiusq; eē in promēdo gratiā plurimā. si modesta: et parca: et modulata sit
γλωσσης τοιησ αυροςεν αμτροποι μαρισ σφειδωλησ πλειςτη δε χαρις. κατα μετρομιουςησ
Optimus est homini linguæ thesaurus: & ingens Gratia: quæ parcis mensurat singula uerbis.
Epicarmiū quoq; illud nō isscite se hab; ου λεγειν δεινος. αλλα σιγαμ αδυματοσ id est non idoneus ad dicendum: sed ad tacendū impos. Ex quo profecto sumptū est: qui quum loqui nō posset: tacere non poterat. Phauorinum ego audiui dicere uersus istos Euripidis: αχαλινομ στοματον. ανομουτε αφροσυνασ το τελοσ δυστυχια: id est effrenioris: & exlegis dementiæ extremum infœlicitas occupat. Nō de iis tātum factos accipi debere: qui impia aut illicita dicerent. sed uel maxime de hominibus quoq; posse dici stulta & immodica blatterantibus. quorum lingua tam prodiga: infrenisq; sit: ut fluat semp & æstuet colluuiōe uerborum teterrima. Qđ genus homines a græcis significatissimo uocabulo λαλους id est linguaces appellatos. Valerium Probum grammaticum illustrē: ex familiari eius docto uiro cōperi Salustianū illud. Satis loquētiæ sapientiæ parū: breui anteq; uita decederet: sic & legere cœpisse: sic a Salustio relictū affirmasse. Satis loquētiæ: sapiētiæ parum. Qđ loquētia nouatori uerborū Salustio maxīe cōgrueret. Eloquētia cū insipiētia minime cōueniret Huiuscemodi aūt loquacitatē: uerborūq; turbam ma

Satis loquētiæ sapiētiæ parum

gnitudie inani uastã facetissimus poeta Aristopha nes ĩsignibus uocabulis denotauit ĩ his uersibus αν θρωπον αγριοπῶν αυθαδοστομον εχοντα ακαλινον·ακρατεσ·απυλω τον στομα περι λαλητον·κομποφα ρε δορημονα:id est hominem agresti ferocia: ore temerario:effrenato:prodigo:petulante:loquacẽ futilem:& fusum:per uerborum cõgeriem:ac fastũ. Neq; minus insigniter ueteres quoq; nostri: hoc ge nus homines in uerba prouectos:locutu leios:& bla terones:& linguaces dixerunt.

Qđ uerba istæc quadrigarij:ex annali tertio ibi: Mille hominũ occiditur:non licentia neq; de poeta rũ figura:sed ratione certa:& proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt. Cap.xvi.

Mille hoĩm oc ciditur.



Vadrigarius in.iij.annalium ita scrip sit.Ibi occiditur mille hominum: occi ditur inquit:non occiduntur.Item Lu cillius in.iij.satyrarũ.Ad portum mil le a porta est exinde salernum.Mille inqt ẽ:nõ mil le sũt:Varro ĩ.xviij.rerũ hũanarũ Ad romuli initiũ plus mille & cẽtum annorum ẽ.Cato in primo ori ginum Inde est ferme mille passus.M.Cicero in.vi in Antonium.Ita ne ianus medius ĩ.L.Antonij cliẽ tela est?quis unq; in illo iano inuentus est:qui.L. Antonio mille nummũ ferret expensum?In his:atq; multis alijs mille numero singulari dictum est.ne hoc(ut quidem putant)uetustati concessum est : aut per figurarum concinnitatem admissum est: sed sic uidetur ratio poscere.mille enim non pro eo ponitur

quod græce χίλιοι dicitur. Sed quod χιλιάς: & sicuti una χηλιάσ: & duæ χιλιάδεσ: ita unum mille: & duo milia: certa atq; directa ratione dicitur. Quamobrem id quoq; recte & probabiliter dici solitum: mille denariū in arca est. & mille equitum in exercitu est. Lucilius autem præterq̃ supertus posui: alio quoq; in loco id manifestius demonstrat. Nam in libro. xv. ita dicit.

Hunc mille passum qui uicerit: atq; duobus.
Campanus sonipes succussor nullus sequetur:
Maiore in spatio ac diuersus iubebitur ire.

Item alio libro. viij. Mille die nummum potest uno quærere centum: Mille passum dixit pro mille passibus. & uno mille nummum ꝓ unis mille nūmis. aperteq; ostendit: mille & uocabulū eē: & singulari numero dici. Eiusq; pluratiuū eē milia. & casum etiam capere ablatiuum neq; cæteros casus requiri oportere. quū sint alia pleraq; uocabula quæ in singulos tantum casus: quædam etiam quæ in nullum inclinentur. quapropter nihil iam dubium est: quin. M. C. in oratione quā inscripsit pro Milone: ita scriptum reliquerit. Ante fundum Clodij quo in fundo: propter insanas illas substructiones: facile mille hominum uersabatur ualentium: non uersabantur: quod in libris minus accuratis scriptum est. Alia em̄ rōne mille hominū: alia mille homines: dicendū est.

Quanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium ītractabile atq; mihi quod. M. Varro in quadā satyra: de officio mariti scripserit. Cap. XVII.

Xãtipe.

X Anthippe Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fertur: & iurgiosa. Irarumq; & molestiarum muliebrium: per diem perq; noctem scatebat. Has eius intemperies in ma ritum Alcibiades demiratus: interrogauit Socratem quænam ratio esset: cur mulierem tam acerbam do mo non exigeret: Quoniã inquit Socrates: quum il lam domi talem perpetior: insuesco & exerceor: ut cæterorum quoq; foris petulantiam & iniuriam fa cilius feram. Secundũ hanc sententiam quoq; Var ro ĩ satyra menippea: quã de officio mariti scripsit. Vitiũ inquit uxoris aut tollendũ. aut ferendum est. Qui tollit uitium: uxorem commodiorem præstat: qui fert: sese meliorẽ facit. Hæc uerba Varronis tolle re: & ferre lepide quidem cõposita sunt. Sed tolle re apparet dictum pro corrigere. Id etiam apparet eiusmodi uitiũ uxoris si corrigi non possit: ferendũ esse: Varronem censuisse quæ ferri scilicet a uiro ho neste possunt. Vitia enim flagitiis leuiora sunt.

Socratis patiẽtia.

Quod. M. Varro in libro de ratione uocabulorũ primo. L. Læliũ magistrũ suum ϖερι ετυμ λο γιασ nõnullorũ uerborũ falsa dixisse repræhẽdit. Quodq; idẽ Varro in eodem libro furis ε υμολογι αν falsam dicit.

Cap. xviii.



N primo de rõne uocabulorũ libro. M. Varro doctissimum tunc ciuitatis homi nem. L. Lælium errasse ostendit: quod uo cabulum græcum uetus traductum in linguã roma

num pro meraco. & quasi a se primitus latine fi ctum esset: resoluit in uoces latinas: ratione etymo logica falsa. Verba ipsa super ea re Varronis posui mus. In quo Lælius noster literis ornatissimus mẽo ria nostra errauit aliquotiens. Nã aliquot uerborum antiquorũ græcorũ: perinde atq; cẽnt ꝓpria nostra reddidit cãs falsas. Nõ eñi leporẽ dicimus (ut ait) ꝙ est leuipes. Sed qd ẽ uocabulũ antiquũ græcũ. Mul tã eñ uetera illorũ ignorantur ꝙ ꝓ ijs alijs nũc uo cabulis utũtur. & illorũ esse plæriq; ignorẽt græcũ qd nũc nominãt ελληρα. Puteum esse. qd uocant. cφεαρ leporẽ. qd λαγωορ dicũt. In quo nõ mõ Lælij ingeniũ nõ repræhẽdo: sed industriã laudo. Successu; eñi fortuna experientiã laus sequit̃. Hæc uarro in primo libro scripsit: de rõne uocabulorũ sci tissime: de usu utriusq; linguæ peritissime: de ipso Lælio clementissime. Sed in posteriore eiusdem libri parte dixit. Furem ex eo dictuũ ꝙ ueteres roma ni: furuum atrum appellauerint. & fures ꝑ nocte;: quæ atra sit: facilius furẽtur. Nõne sic uidetur uarro de fure dixisse: tanq; Lælius de lepore: Nam quod a græcis nũc κλεωτης: idest fur dicitur antiquiore græca lingua φωρ est dictũ: Hic ꝑ affinitatẽ litera rũ: que φὼρ græcæ ẽ: latine fur. Sed ea res fugerit ne tũc uarronis mẽoriã: an cõtra aptius: & cohæren tius putarit: furem a furuo. i. nigro appellari ĩ hac re de uiro tam excellentis doctrinæ nõ meũ iudiciũ est. Fur Furuũ

Historia super libris sibyllinis: ac de Tarquinio superbo rege.

Cap. XIX.

Libri sibyllini.


N antiquis annalibus memoria sup libris sibyllinis hæc prodita est. Anus hospita: atq; incognita ad Tarquiniũ superbum regẽ adijt: nouẽ libros ferens quos esse dicebat diuina oracula. eos uelle dixit uenũdare. Tarquinius preciũ percontatus est. Mulier nimium atq; immẽsum poposcit. Rex quasi anus ætate desiperet risit. Tũ illa foculũ coram eo: cum igni apposuit. tris libros ex nouem deurit. & ecquid reliquos sex eodem precio emere uellet; regem iterrogauit. sed eũ Tarquinius id multo risit magis. dixitq; anũ iam proculdubio delirare. Mulier ibidẽ statim tris libros alios exussit. Atq; idipsum denuo placide rogauit. tris reliquos eodem illo precio emat. Tarquinius ore iam serio atq; attentiore animo fit. eam constantiam confidentiaq; non insuper habẽdam intelligit & libros tris reliquos mercatur nihilo minore præcio: q̃ quod erat petitũ pro omnibus. Sed eam mulierem tũc a Tarquinio digressam: postea nusq̃ loci uisam constitit. Libri tres in sacrarium conditi sibyllini appellati. Ad eos quasi ad oraculũ quindecim uiri adeũt: quũ dij immortales publicæ cõsulendi sunt

Quid geometræ dicant græci: quibusq; omnia ista latinis uocabulis appellẽtur. Cap. XX.


Igurarum quæ σχήματα geometræ appellant genera sunt duo: planum & solidum. hæc ipsi uocant ἐπίπεδον καὶ στερεόν. Planum est quod in duas partis solum lineas habet qua latum est: & qua longum. qualia sunt triquetra.

Planũ

& quadrata: quæ in area fiunt sine altitudine.
Solidum est: quando non longitudines modo: et latitudines planas numeri linearum efficiunt: sed etiam extollunt altitudines: quales sunt ferme metæ trianguli quas pyramidas appellāt: uel qualia sunt quadrata: undiq; quæ κυβουσ illi: nos quadrantalia dicimus κυβοσ enim est figura ex omni latere quadrata: quales sunt inquit. M. Varro tesseræ: quibus in alueolo luditur: ex quo ipse appellatæ κυβοι In numeris etiam similiter κυβος dicitur: quum omne latus eiusdem numeri æqualiter in sese soluitur: sicuti fit: quum ter terna ducuntur. Atq; idē ipse numerus triplicatur. huius numeri cubū Pythagoras uim habere lunaris circuli dixit: q̄ & luna orbem suum lustret septem & uiginti diebus: quia numerus ternio: qui græce dicitur τριασ tantumdem efficiat in cubo. Linea autem a nostris dicitur: quam γραμμὴν græci uocant. Eam. M. Varro ita definit. Linea ē (īquit) lōgitudo quædā sine latitudine altitudie: ευκλειδησ aūt breuius præter termissa altitudie: γραμμη est īquit μηκοσ απλατες: id est longitudo illatabilis: quod exprimere uno latine uerbo non queas. nisi audeas dicere illatabilis.

Solidū.

Pyramides.

Cubus.

tessera

Ternio

Linea.

Qđ Iulius Higinus affirmatissime contendit legisse se librum. P. Virgilij domesticum: in quo scriptum esset. Et ora Tristia tētantum sensu torquebit amaror: nō q̄ uulgus legeret sensu torquebit amaro

Caput. XXI.



Erſus iſtos ex gæorgicis Vergilij plæri q; oẽs ſic legunt.

At ſapor ĩdiciũ faciet manifeſtus: et ora
Triſtia tẽtantum ſenſu torquebit amaro.

Amaror Virgilij locus.

Higinus autẽ nõ hercle ignobilis grãmaticus in commentarijs quæ in Vergilium fecit: confirmat et perſeuerat: non hoc a Vergilio relictum. Sed ꝙ ipſe inuenerit in libro qui fuerat ex domo atq; familia Vergilij: et ora Triſtia tẽtantũ ſenſu torquebit amaror. Neq; id ſoli Higino: ſed doctis quibuſdã etiam uiris complacitũ: quoniã uidetur abſurde dici. Sapor ſenſu amaro torquet: quũ ipſe inquiunt ſapor ſenſus ſit: non alium in ſemetipſo ſenſum habeat: ac perinde ſit quaſi dicat: ſenſus ſẽſu amaro torquet: quũ Fauorino; Higini commentarium legiſſem: atq; ei ſtatim diſplicita eſſet inſolẽtia et inſuauitas amaroris: Iouẽ lapideũ (inquit) ꝙ ſanctiſſimũ iuſiurãdũ eſt habitum: paratus ſum ego iurare Virgiliũ hoc nunq̃ ſcripſiſſe. Sed Higinum ego dicere uerum arbitror. Non enim primus finxit hoc uerbũ. Vergilius inſolenter: ſed in carmĩbus Lucretij inuentũ: nõ eſt aſpernatus auctoritate poetæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretij hæc ſunt.

Demq; in os falſi uenit humor ſæpe ſaporis
Quum mare uerſamur propter: dilutaq; contra
Quum tuimur miſceri abſyntia: tangit amaror.

Non uerba aũt ſola: ſed uerſus ꝓpe totos: et locos quoq; Lucretij plurimos ſectatũ eſſe Virgiliũ uidemus.

An qui cauſas defẽdit; recte latineq; dicat ſupereſſe id quod defendit? et ſupereſſe proprie quid ſit.

Caput.XXII.


Rroborauit inueterauitq; falſa et aliena uerbi ſignificatio: q̃d dicit̃: hic illi ſuper eſt quũ dicẽdũ eſt. Aduocatũ eſſe quẽ cuipiã: cauſamq; eius defendere: Atq; id dicit̃ nõ in cõpitis tm̃: neq; in plæbe uulgaria: ſed in foro: in cõmitio apud tribunalia. Qui integre aũt locuti ſunt: magnã partẽ ſupeſſe ita dixerũt: ut eo uerbo ſignificarẽt ſuperfluere: et superuacare: atq; eſſe ſupra neceſſariũ modũ Itaq;. M. Varro in ſatyra q̃ inſcripta eſt. Neſcis q̃d ueſper uehat: ſuper fuiſſẽ dicit immodice et intẽpeſtiue fuiſſẽ. Verba ex eo libro hæc ſunt. In conuiuio legi: nec oĩa debent: et ea potiſſimũ quæ ſimul ſint βιαφελ[illegible] uitæ cõmoda: et delectẽt potius: ut id quoq; nõ uideat̃ ſuperfuiſſe. Memini ego prætoris. docti nominis tribunali me fortaſſe aſſiſtere: atq; ibi aduocatum nõ celebrem ſic poſtulare: ut quã cauſam diceret remq; quæ agebatur nõ attingeret. Tunc prætorẽ ei cuia res erat: dixiſſe aduocatum cũ nõ habere: et quũ is qui uerba faciebat reclamaſſet: ego illi uir clariſſime ſupſum. Reſpondiſſe pretorem feſtiuiter. Tu plane ſuperes: non ades M. autem Cicero in libro qui inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redigendo: uerba hæc poſuit: Nec uero ſcientia iuris maioribus ſuis, Q. Helius Tubero defuit: doctrina etiam ſuperfuit. In quo loco ſuperfuit ſignificare uidetur ſupra fuit: & præſtitit: ſuperauitq; maiores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti tum. & nimis abundanti. Diſciplinas enim Tubero Stoicas & dialecticas percalluerat. In libro quoq; de re-

Supereſſe

pu. secūdo idipsum uerbū Ciceronis nō temere trāse undū. Verba ex eo libro hæc sunt. Non grauarer Læli: nisi et hos uelle putarē: et ipse cuperē te quoq; aliquā ptē huius nostri sermonis attigere: p̄sertim quū heri ipse dixeris te nobis nō etiā super futurū: uerū id quidē fieri nō potest: ne desis oēs te rogamus. Exquisite igitur et cōperte Iulius Paulus dicebat: homo in nostra memoria doctissimus: supesse non simplici ratione dici tā latine q̄ græce. Græcos em̄ περισσεύειν .i. superabundare: tam in utraq; parte ponere: uel q̄ superuacaneū esset: ac nō necessariū: uel q̄ abūdans nimis & affluens. & exuperās. Sic quoq; nostros ueteres superesse alias dixisse: pro superfluenti & superuacuo: nec admodū næcessario. ita ut supra posuimus Varronem dicere. Alias ita ut Cicero dixit pro eo quod copia quidē et facultate cæteris anteiret: tum supra modum et largius prolixiusq; flueret q̄ esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei: quem defendit: nihil istorum uult dicere: sed nescio quid aliud in dictum insitumq; dicit. Ac ne Virgilij quidem poterit auctoritate uti: qui in gæorgicis ita scripsit.

Primus ego in patriam mecum modo uita supersit.

Hoc em̄ in loco Virgilius ακυρότερον: id est minus proprie uerbo usus uidetur: q̄ supersit dixit pro longinquius diutiusq; adsit.

Illud contra eiusdē Virgilij est aliquāto probablius.

Florentisq; secant hærbas fluuiosq; ministrant.

Farraq; ne blando nequeant superesse labori.

Significat em̄ supra laborē esse neq; opprimi a labore. An autem superesse dixerint ueteres pro restare:

& perficiendæ rei deesse quærebamus? Nam Salusti us in significatione ista non superesse sed superare dicit. Verba eius in Iugurtha. Is plerunq; a rege ex ercitũ ductare: & omnis res exequi solitus erat: quæ Iugurthæ fesso: aut maioribus astricto superauerant. Sed inuenimus in iii. Ennii: annalium in hoc uersu. Inde sibi memorat unum superesse laborem: id est re liquũ esse & restare. Quod quia id est diuise pronũ ciandum est: ut nõ una pars orationis esse uideatur: sed duæ. Cicero autem in. ii. Antonianarum: quod est reliquum non superesse: sed restare dicit. Præter hæc superesse inuenimus dictum pro superstitem esse. Ita enim scriptum est in libro epistolarum. M. Cice ronis ad. L. Plancũ: & in epistola. M. Asinii Pollio nis ad Ciceronẽ uerbis his. Nam neq; deesse reipub. uolo neq; superesse. Per quod significat: si respu. emo riatur: & pereat: nolle se uiuere. In Plauti autẽ Asi naria magnifestius idipsum scriptum est in his uer bis: quæ sunt eius comœdiæ prima. Sicut tuũ uis uni cum gnatum tuæ superesse uitæ: sospitem & super stitem. Cauenda igitur est nõ improprietas sola uer bi: sed eiam prauitas omnis: si quis se nunc senior ad uocatus adolescenti superesse dicat.

Supera re

Restare

Superes se

Quis fuerit Papyrius prætextatus: quæ ue istius causa cognomenti sit: historiaq; ista om nis sup eodem Papyrio cognitu iocunda.

Cap. XXIII.

Istoria de Papyrio prætextato dicta: scripta est a. M. Catone i oratõe qua usus ẽ ad milites cõtra Galbã: cũ multa qdẽ uetustate atq; luce

Papyri us.

ac mūditia uerborū. Ea Catonis uerba: huic prorsus commētario indidissem si libri copia fuisset id tēporis quum hec dictaui. Qđ si non uirtutes dignitatesq; uerborū: sed rem ipsam scire quæris: res ferme ad hūc modū est. Mos antea senatoribus Romæ fuit in curia cum prætextatis filiis introire. Tunc quidē in senatu res maior quæpiā consultata: eoq; in diem posterum prolata est. Placuitq; ut eā rem super quā tractauissent: nequis enūciaret priusq̃ decreta esset. Mater Papyrii pueri: qui cū parēte suo in curia fuerat: percōtata est filiū: quidnā in senatu patres egissent. Puer respōdit tacendū esse neq; id dici licere. Mulier fit audiēdi cupidior secretū rei: & silentiū pueri animū eius ad inquirendū euerberat. Quærit igitur cōpressius uiolētiusq;. Tum puer matre urgē te: lepidi atq; festiui mēdacii cōsilium capit: actum in senatu dicit: utrum uideretur utilius: exq; repu. esse: unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit: animus compauescit: domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridie matrūfamilias caterua lachrymantes: atq; obsecrātes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̃ uni duæ. Senatores ingrediētes in curiam: quæ illa mulierū intēperies: & quid sibi postulatio illa uellet mirabant̄. Puer Papyrius in medium curiæ ꝓgressus: quid mater audire institisset: quid ipse matri dixisset: rē sicuti fuerat denarrat. Senatus fidē atq; ingeniū pueri exosculat̄. Consultū facit: uti post hæc pueri cū parentibus in curiam ne introeant: nisi ille unus Papyrius atq;

puero postea cognomētū honoris gratia inditū Prætextatus ob tacendi loquendiq̃ in ætate prætextata prudentiam. Prætextatus.

Tria epigrammata trium ueterum poetarum: Neuij: Plauti: Pacuuij: quæ facta ab ipsis: eorum sepulchris incisa sunt. Cap.XXIIII.



Rium poetarū illustriū epigrammata. C. Neuij: Plauti. M. Pacuuij: quæ ipsi fecerunt: et incidenda suo sepulchro reliquerunt: nobilitatis eorum gratia: ac uenustatis scribēpa in his commentarijs esse duxi. Neuij epigrāma.

Epigrāma Neuij plenū superbiæ Cāpanæ: qđ testimonū esse iustum potuisset: nisi ab ipso dictū esset. i

Immortales mortales si foret fas flere
Flerent diuæ camœnæ Neuium poetam.
Itaq; postq̃ est orchio traditus thesauro:
Obliti sunt Romæ latina loquier lingua.

Epigrāma Plauti: quod dubitassemus an plauti foret: nisi a. M. Plauti epigrāma.

Varrone positum esset in libro de poetis primo.
Postq̃ est morte captus plautus:
Comœdia luget: scæna est deserta.
Deinde risus: ludus: iocusq̃: & numeri.
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

Epigrāma Pacuuij uerecundissimū: & purissimū: dignūq̃ eius elegantissima grauitate. Pacuuij epigrāma.

Adolescens tametsi properas: hoc te saxum rogat:
Vt se aspicias: deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt poetæ Pacuuij marci sita ossa:
Hoc uolebam nescius ne esses. uale.

Quibus uerbis. M. Varro inducias definierit. quæsitumq; inibi curiosius quænam ratio sit uocabuli induciarum. Cap. XXV.



Vobus modis. M. uarro i libro humanarũ: q̃ est de bello & pace: induciæ quid sint definit. Induciæ (inquit) sunt pax castrẽsis paucorũ dierũ. Itẽ alio in loco

Induciæ Induciæ iquit sunt belli feriæ. Sz lepidæ magis atq; iocundæ breuitatis: utraq; definitio: q̃ plena aut proba esse uidet. Nã neq; pax est iduciæ: bellũ enim manet pugna cesset. Neq; i solis castris neq; paucorũ tm̃ dierũ induciæ sunt. Quid em̃ dicemus si inducijs in mẽsiũ aliquot factis: castris cõcedatur: non ne tũ quoq; iduciæ sunt? Aut rursus q̃d esse id dicemus quod in primo annaliũ. Quadrigarij scriptũ est. C. Põtiũ samnitẽ a dictatore Romano sex horarũ inducias postulasse: si iduciæ paucorũ tm̃ dierũ appellãdæ sunt. Belli aũt ferias festiue magis dixit: q̃ aperte atq; definite. Græci aũt significãtius cõsignãtiusq; cessationem istã pugnæ pacticiã εκεχειριαν i. a manibus tẽperationẽ dixerũt exẽpta una littera sonitus uastioris: et subiũcta lenioris. Nã q̃ eo tpe nõ pugnetur: et manus cohibeãtur. εκεχειριαν. i. inducias ab abstinẽdis manibus appellarũt. Sed profecto nõ id fuit uarroni negociũ: ut inducias supstitiose definiret: & legibus: ratiõibusq; oibus definitionũ iseruiret. Satis em̃ uisum est: eiusmodi facere demõstrationẽ. Quod genus græci τυπους. id est formas magis et υποϒραφας. idest descriptiones: q̃ ορισμους idest definitiões uocãt. Indu

ciarum autem uocabulum quã sit ratiõe factum: iã
diu est ꝙ quærimus. Sed ex multis quæ iam audiui
mus uel legimus probabilius id quod dicã uidetur
Inducias sic dictas arbitramur quasi tu dicas induci
ansam. Pactum induciarum eiusmodi est: ut in diem
certum non pugnetur: nihilq́ incommodi detur: sed
ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur.
Quod dicitur dies certus præfinitus: pactumq́ fit:
ut ante eum diem ne pugnetur: atq́ is dies ubi uenit
inde uti iam pugnetur. Iccirco ex his quibus dixi: uo
cibus quasi per quendam coitum & copulam: nomẽ
induciarum cõnexum est. Aurelius autem Opilius
primo librorum: quos musam inscripsit. Induciæ in
quit dicuntur: quum hostes inter sese utrimq́ ultro
citroq́ alteri ad alteros impune: & sine pugna ine
unt. Inde ab eo inquit nomen esse factum uidetur:
quasi initus atq́ introitus. Hoc ab Aurelio scriptũ
propterea non præterij: ne cui harum noctium æmu
lo: eo tantum nomine elegantius id uideretur: tanq̃
id nos originem uerbi requirentes fugisset.

Quem in modum mihi Taurus philosophus re-
sponderit percontanti: an sapiens irasceretur.
Cap. XXVI.

i Nterrogaui ĩ diatriba Taurũ an sapiẽs ira
sceretur? Dabat eñ sæpe post quotidianas
lectiones, quærẽdi quod quis uellet potestatẽ.
Is cũ grauiter et copiose de morbo affectu ue iræ dis
seruisset: quæ et in ueterũ libris: et in ipsius cõmẽta-
rijs exposita sunt: cõuertitur ad me qui ĩterrogauerã
Et hæc ego inquit super irascendo sentio. Sed quid
et Plutarchus noster uir doctissimus: & prudentissi

mus senserit non ab re est:ut id quoq; audias. Plu-
tarchus inquit seruo suo nequam homini & cõtuma-
ci:sed libris disputatiõibusq; philosophiæ aures im-
butas habenti:tunicam detrahi:ob nescio quod deli-
ctum:cædiq; eum loro iussit:cœperat uerberari:&
obloquebatur:non meruisse:ut uapulet:nihil mali:
nihil sceleris admisisse. Postremo uociferari inter ua-
pulandum incipit:neq; iam querimonias aut gemi-
tus eiulatusq; facere:sed uerba seria & obiurgato-
ria. Non ita esse Plutarchum:ut diceret philosophũ
irasci turpe esse:sæpe cum de malo iræ dissertauisse
librum quoq; περὶ ἀοργησίας:idest de non
irascendo uel irascibilitate pulcherrimũ conscripsis-
se. Is omnibus:quæ in eo libro scripta sunt: nequaq̃
cõuenire:ꝙ prouolutus:effususq; in iram plurimis
se plagis mulctaret:Tum Plutarchus lente & leni-
ter:quod autem inquit uerbero:nunc ego tibi irasci
uideor? ex uultu ne meo:an ex uoce:an ex colore: an
etiam ex uerbis correptum esse me ita intelligis? Mi-
hi quidem neq; oculi(opinor)truces sunt:neq; os tur-
pidum neq; immaniter clamo:neq; in spumam:ro-
borem ue efferuesco. Neq; pudenda dico:aut pœnitẽ-
da:neq; omnino trepido ira & gestio:hæc enim om-
nia si ignoras:signa esse irarum solent:& simul ad
eum qui cædebat:cõuersus:interim inquit:dum ego
atq; hic disputamus:hoc tu age. Summa autẽ totius
sententiæ Tauri hæc fuit:non idem esse existimaui:
ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν. id est inirascen-
tiam & indolentiam. Aliudq; esse non iracundum
animũ:aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναισθητον

id est hebetem ac stupentem. Nam aliorum omnium quos latini philosophi affectus uel affectiões græci παθη appellant: ita huius quoq; motus animi: qui cum est ulciscendi causa seuior: ita dicitur: nõ priuationem eẽ utilem censuit: quã græci στερησιν dicũt: sed mediocritatẽ: quã ε ριτιοτα illi appellãt.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SESVNDVS.

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis: deq; eiusdem uiri patientia. Caput primum.



Nter labores uoluntarios: & exercita corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentũ: id quoq; accepimus Socratẽ facere insuevisse: stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius: atq; pernox a summo lucis ortu ad solẽ alterũ orientẽ inconniuens: immobilis: iisdẽ in uestigiis: & ore atq; oculis eũdẽ i locũ directis cogitabũdus: tãq; quodã secessu mẽtis. atq; animi facto a corpe. Quã rẽ quũ: Phauorinus de fortitudĩe eius uiri: ut plæraq; dissẽrẽs attigisset πολλακισ. i. sæpe inqt nũero ἐξ ηρλίου εισ ηλιον ειστηκει αστραβσεοστῶν πρεμνον. i. de sole ad solẽ erectior stipitibus arborũ steterat. Temperãtia quoq; eũ fuisse tanta traditum est: ut omnia fere uitæ suæ tempora; ualitudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiæ uastitate quæ in bello peloponnesiaco imprimis

Socratis patiẽtia

ipsam atheniensium ciuitatem internecino genere morbi depopulata est: his parcendi: moderandiq; rationibus dicitur: & a uoluptatū labe cauisse: & salubritates corporis retinuisse ut nequaq̄ fuerit communi omnium cladi obnoxius.

Quæ ratio obseruatioq; officiorū esse debeat iter patres filiosq; in discūbēdo sedēdoq;: atq; in id genus rebus: domi forisq;. Si filij magistratus sunt: & patres priuati: supq; ea re Tauri philosophi dissertatio & exemplum ex historia romana petitum.

Caput. II.



D philosophum Taurum Athenas: uisendi: cognoscendiq; eius gratia: uenerat uir clarissimus præses Cretæ prouinciæ: & cum eo simul eiusdē præsidis pater. Taurus sectatoribus commodum dimissis sedebat pro cubiculi sui foribus: & cum assistentibus nobis sermocinabatur. Introiuit prouinciæ præses: & cum eo pater. Assurrexit placide Taurus: & post mutuam salutationē resedit. Allata mox una sella est: quæ impromptu erat atq; dum aliæ promebantur: apposita est. Inuitauit Taurus patrem præsidis ut sederet. At ꝗ ille ait: sedeat hic potius: qui po. Ro. magistratus est. Absq; præiudicio (inquit Taurus) tu interea sede dū inspicimus quærimusq; utrū conueniat te ne potius sedere: qui pater es: an filiū qui magistratus est. Et quū pater assedisset: appositūq; esset aliud filio quoq; eius sedile: uerba sup ea re Taurus facit: cū summa dij boni: honorū atq; officiorū ppensatione. Eorū uerborū sñia hæc fuit. In publicis locis atq; muneris

Filiorū in patres officium.

bus atq; actiōibus patrū iura:cū filiorū q̄ ī magistratu sunt potestatibus collata īterquiescere paululū et cōniuere. Sed quū extra rēpu. ī domestica re:atq; uita sedeat:ambuletur:in cōuiuio quoq; familiari discumbat:tū īter filiū magistratū:et patrē priuatū:publicos honores cessare:naturales & genuinos exoriri:hoc igitur inq̄t q̄ ad me uenistis:q̄ colloquimur nunc:q̄ de officiis disceptamus:priuata actio est. Itaq; utere apud me iis honoribus prior: quibus domi quoq; uestrae te uti priorem decet. Hæc atq; alia in eandē sententiā Taurus grauiter simul & comiter disseruit. Quid aūt sup̱ huiuscemodi patris atq; filii officio apud Claudiū legerimus:non eē ab re uisum est:ut adscriberemus. Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigarii ex annali eius. vi. trāscripta. Deīde facti consules Sempronius Gracchus iterū. Q. Fabius maximi filius eius qui priore anno erat cōsul:ei cōsuli pater p̄cōsul obuiā in equo uehens uenit. Neq; descēdere uoluit:q̄ pater erat:& q̄ inter eos sciebat maxima cōcordia conuenire;lictores nō ausi sunt descēdere iubere. Vbi iuxta uenit:tum cōsul ait:descendere iube:q̄d posteaq̄ lictor ille q̄ apparebat cito intellexit. Maximū p̄consulē descēdere iussit. Fabius imperio paret:& filiū collaudauit: quum imperiū quod populi esset retineret.

Qua ratione uerbis quibusdā uocabulisq; ueteres immiserūt h. literæ spiritū. Cap. III.

Litera: siue illā spiritū magis q̄ literā dici op3 inserebāt eā ueteres nostri plærisq; uocibus uerborū firmandis roborandisq;: ut sonus earum

h H litera.

esset uiridior: uegetiorq; . Atq; id uidentur fecisse studio & exemplo linguæ atticæ: satis notum ẽ atticos ιχθυν πιρον. id est piscem pauperẽ: multa itidem alia: citra morem gentium græciæ cæterarũ inspiratis priæ literæ dixisse. Sic lachrymas: sic sepulchrũ: sit ahenũ. sic uehemẽs: sic ichoare: sic helluari: sic halluanari: sic honera: sic honustũ dixerũt. In his uerbis oĩbus literæ seu spiritus istius nulla ratio uisa est: nisi ut firmitas & uigor uocis: quasi quibusdã neruis additis intẽderetur. Sed quoniã aheni quoq; exẽplo usi fuimus: uenit nobis in memoriã Fidũ optatũ multi nominis romæ grãmaticũ ostẽdisse mihi librũ æneidos secũdũ: mirãdæ uetustatis emptum insigillariis. xx. aureis: quẽ ipsius Virgilii fuisse credebat: in quo duo isti uersus quum ita scripti forent: Vestibulũ ante ipsum primoq; in limine Pyrrhus Exultat telis: et luce coruscus aena: additã supra uidimus h. literã. & ahena factũ. Sic in illo quoq; Virg. uersu in optimis libris scriptum inuenimus. Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

Lachrymæ. Sepulchrũ Ahenũ. Vehemens. Inchoare Helluari Hallucinari. Honera Honustum.

Quã ob causam. C. Bassus genus quoddã iudicii diuinationẽ appellari scripsit. Et quã aliã causam esse eius uocabuli dixerũt. Cap. IIII.



Vum de constituẽdo accusatore quæritur: iudiciũq; super ea re redditur: cuinam potissimum ex duobus pluribusue accusatio: subscriptioue in reum permittatur ea res atq; iudicum cognitio: diuinatio appellatur. Id uocabulũ qua ob cãm ita factum sit: quæri solet. C. Bassus in tertio li

Alii subscripta ue.

brorum: quos de origine uocabulorum composuit. Diuinatio inquit iudicum appellatur: quoniam diuinare quodammodo iudicem oportet: quã sententiam sese ferre par sit. Nimis quidẽ est in uerbis. C. Bassi ratio imperfecta uel magis inops: & ieiuna. S; uidetur eum significare uelle: iccirco dici diuinationẽ ꝙ in aliis quidem causis iudex ea quæ didicit: quæq; argumentis uel testibus demõstrata sunt sequi solet. In hac aũt re quum eligendus accusator ẽ: parua admodum: & exilia sunt. quibus moueri iudex possit. & propterea quinam magis ad accusandũ idoneus sit: quasi diuinandum est. Hæc Bassus. Sed alii quidam diuinationem esse appellatam putãt: quoniam quum accusator & reus duæ res quasi cognatæ: cõiunctæq; sint: neq; una sine altera constare possit: in hoc tamen genere causæ reus quidem iam est: sed accusator nõdum est: & iccirco qđ adhuc usq; deest: et latet: diuinatiõe supplendum est: quisnam accusator sit futurus. Diuinatio.

Quã lepide designateq; dixerit Phauorinus philosophus: quid intersit inter Platonis & Lysiæ orationem. Cap. V.



Hauorinus de Lysia & Platone solitus est dicere: si ex Platonis inquit oratiõe uerbum aliquod demas: mutes ue atq; id cõmodissime facias: de elegantia tamen detraxeris: si ex Lysiæ de sententia. Plato. Lysias

Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius usus esse dicatur: & quid iis qui improbe dicunt respondeatur. Cap. VI.

Cornutus Anneus



Onnulli grāmatici ætatis ſupioris (in
quibus eſt Cornutus Anneus) haud ſa-
ne indocti, neq; ignobiles, qui commen
taria ĩ Virgiliũ cõpoſuerũt: repræhẽdũt
quaſi ĩcurioſe & abiecte uerbũ poſitũ ĩ his uerſibus
Cãdida ſuccinctã latrãtibus inguina monſtris
Dulichias uexaſſe rates: & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis.
Vexaſſe enim putãt uerbũ eſſe leue: & tenuis ac par
ui incommodi: nec tantæ atrocitati congruere: quum
homines repẽte a belua immaniſſima rapti: laniati-
q; ſint. Itẽ aliud huiuſmodi repræhendunt. Oĩa iam
uulgata: q̃s aut euriſthea durũ. Aut illaudati neſcit
buſyridis aras? Illaudati parũ idoneũ uerbũ eẽ dicũt
neq; id ſatis eſſe ad faciẽdã ſcelerati hoĩs deteſtatio-
nẽ: q̃ ꝓ hoſpites oĩ; gẽtiũ ĩmolare ſolitus fuit: nõ lau
de indignus: ſed detractiõe: execratiõeq; totius gene
ris humani dignus eſſet. Itẽ aliud uerbũ culpauerũt
Per tunicã ſqualẽtẽ auro latus haurit apertũ: tanq̃ nõ
cõuenerit dicere: auro ſqualẽtẽ q̃m nitoribus: ſplẽdo
ribuſq; auri ſqualloris illuuies ſit contraria. Sed de
uerbo uexaſſe ita reſpõderi poſſe credo: uexaſſe gra-
ue uerbũ ẽ. Factũq; ab eo uideĩ q̃d eſt uehere: in quo
Vehere. eſt iã uis quædã alieni arbitrij. Nõ eĩ ſui potẽs ẽ q̃ ue
Vexare. hitur. Vexare aũt: quod ex eo ĩclinatũ eſt: ui atq; mo
Tãgere. tu uaſtiore diſtrahiĩ: is uexari ꝓprie diciĩ: ſicuti taxa
Lactare re preſſius: crebriuſq; eſt: q̃ tãgere: unde ꝓculdubio
Iacere. id inclinatũ ẽ. et iactare multo fuſius: largiuſq; ẽ: q̃
Quaſſare. iacere: id unde uerbũ traductũ ẽ: Et quaſſare: q̃ qua-
tere grauius uiolẽtiuſq; eſt. Nõ igiĩ quia uulgo di-

ci solet:uexatū eē quē fumo:aut uēto:aut puluere: ꝓpterea debet:uis uera:atq; natura uerbi deperire quæ a ueteribus(ꝗ ꝓprie ac signate locuti sūt ita ut decuit)cōseruata ē.M.Catonis uerba sūt ex oratiōe:quā de achæis scripsit.Cūq; ānibal terrā Italiā laceraret atq; uexaret.uexatā Italiā dixit Cato ab ānibale:quādo nullū calamitatis:aut sæuitiæ:aut īmagnitatis genus reperiri queat:ꝙ in eo tēpore Italia nō perpessa sit.M.Tullij ī Verrē quæ ab isto sic spoliata atq; direpta ē:ut nō ab hoste aliquo:ꝗ tamē in bello religionē et cōsuetudinis iura retinet:sed ut a barbaris prædonibus uexata eē uideat̄.De illaudato aūt duo uidētur respōderi posse.Vnū ē eiusmodi.nemo ꝗsq; tā effæris est moribus:qui faciat:aut dicat nōnūq; aliquid qđ laudari queat:unde hic ātiquissimus uersus:uice ꝓuerbij celebratus est.ϖολλακι και κεπωρ-οσ ανηρ μαλα καιριον ειϖεν.id est

Sæpe etiam est holitor ualde opportuna locutus.

Sed cū̃ ꝗ omni in re:atq; omni tēpore laude omni uacat:is illaudatus est.Isq; omnium pessimus deterrimusq; est:Sicuti omnis culpæ priuatio : inculpatū facit:Inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; finis est extremæ maliciæ. Itaq; Homerus nō uirtutibus appellandis sed uitijs detrahendis laudare ampliter solet.hoc enim est ηὔδα μαντισ αὐνμων.Et τωδ ου κακου ν-τε ϖετεσθει ν.id est fari inculpabilis auspex:et illa haud inuita uolarūt.Et itē illud.ε νθουκαν υβριζοντα ἰδοισ αγαμ εμνόνα δι-ον:ουδε καταϖτασσοντ ου δουκεθελοντα μαχεσθαι.id est,

Quid tere. Illaudatus. Inculpatus.

Tūc neq; cernere erat torpētem agamennona diuum
Nec pauidum: uel nolentem decernere ferro.
Epicurus quoq; simili modo maximā uoluptatē: detractionē priuationēq; omnis doloris diffiniuit his uerbis ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις .i. hæc est diffinitio doloris detractio. Eadem ratione idem Virgilius inamabilem dixit stygiā paludem. Nam sicut illaudatum κατὰ .i. secundum laudis στέρησιν .i. priuationem: ita inamabilem κατὰ amoris στέρησιν detestatus est. Altero modo illaudatus ita defenditur. laudare significat prisca lingua nominare appellareq; sic in actiōibus autem ciuilibus laudari id dicitur: quod est nominatus. Illaudatus enim est quasi illaudabilis: qui neq; mentione aut memoria ulla dignus: neq; unq̄ nominandus est. Sicuti quondam a cōmuni consilio asiæ: decretum est, uti nomen eius: qui templum Dianę ephesiæ incenderat: nequis ullo in tempore noiaret. Tertium restat ex hiis: quæ repræhensa sunt: q̄ tunicam squallentem auro dixit. Id autem significat copiā densitatemq; auri in squamarum speciem intexti. Squalere enim dictū est a squamarum crebritate: asperitateq;: quæ in serpentum pisciumq; coriis uisuntur. Quam rem & alii: & hic quidem poeta locis aliquot demōstrat. Quem pellis (inquit) athenis in plumam squamis auro conserta tegebat. Et alio loco. Iamq; adeo rutilū thoraca indutus Ahenis Horrebat squamis. Accius in pelopodis ita scribit. Eius serpentis squamæ squalido auro: & purpura prætextæ. Quicquid igitur nimis inculcatum obsitum aliqua re erat & in

Inamabilis. Laudare. Diana ephesia. Squalere.

uteret uisentibus facie noua horrorem id squalere di cebatur. Sic in corporibus incultis squamosisq; al/ta congerie sordium. Squalor appellabatur. Cuius si gnificationis multo assiduoq; usu totum id uerbum ita cōtaminatum est: ut iam squalor de re alia nulla: q̃ de solis inquinamentis dici cœperit. Squalor

De officio erga parentes liberorum: deq; ea re ex philosophiæ libris: in quibus scriptum quæsitū est: an semp̱ in omnibus patris ius sis obsequendum sit. Cap. vii.



Væri solitum est in philosophorum di sceptationibus: an semper inq; omni bus iussis patri parēdum sit. Super ea re græci: nostriq; qui de officiis scripse runt: tres sententias esse quæ spectādæ considerandæq; sint: tradiderunt: easq; subtilissime diiudicauerunt. Earū una est: omnibus quæ patet im perat parendum. Altera est: in quibusdam parendū: quibusdam non obsequendum. Tertia est: nihil neces sum esse patri obsequi: & parere. Hæc sententia quo niam primore aspectu nimis infamis est: super ea pri us quæ dicta sunt: dicemus. Aut recte (inquiunt) im perat pater: aut perperam. Si recte imperat: nō quia imperat: parendum: sed quoniam id fieri ius est: fa ciendū est. Si perperā nequaq̃ sc; faciendum: q̃d non fieri oportet. Deinde ita concludunt: nequaq̃ est igi tur patri parendum: quæ imperat. Sed neq; istā sen entiā ꝓbari accepimus. Argutiola quippe hæc: sicu ti mox ostēdemus: friuola & inanis est. Neq; autem illa quā primo in loco diximus: uera & ꝓba uideri Officia filiorū in p̄res

pōt:oīa eē quæ pater iusserit parēdū. Quid eni si ꝓ
ditionē patriæ: si matris necē: si alia quædā impera
rit turpia: aut impia? Media igitur sentētia optima
atq; tutissima uisa ē. Quædā eē parendū: quædā nō
obsequendū. Sed ea tñ quæ obsequi nō oportet: leni
ter & uerecunde: ac sine detestatiōe nimia: sine ob
probratione acerba repræhēsionis declināda sensim
& relinquēda eē dicūt: q̃ respuēda. Cōclusio uero
illa: qua colligitur (sicut supra dictū est) nihil patri
parendū: imꝑfecta est. Refutari ac dilui sic pōt. Oīa
quæ in rebus humanis fiūt sicuti docti censuerūt: aut
honesta sunt; aut turpia. Quæ sua ui recta: aut hone
sta sunt ut fidē colere: ut patriā defendere: ut amicos
diligere: ea fieri oportet: siue imperet pater siue non
imperet. Sed quæ his cōtraria: quæq; turpia & oīno
iniqua sunt: ea ne si imperet q̃dē. Quæ uero in me
dio sunt: & a græcis tū αδιαφορα .i. indifferen
tia: tum μεσα .id est media appellantur: ut in mi
litiā ire: rus colere: honores capessere: causas defende
re: uxorem ducere: uti iussum ꝓficisci: ut accersitum
uenire: qm̃ & hæc: & his similia ꝑ sese ipsa neq;
honesta sunt: neq; turpia: sed ꝑinde ut a nobis agū
tur: ita ipsis actiōibus aut ꝓbāda fiunt: aut repræhē
denda: ꝓpterea i huiusmodi oīum rerū generibus pa
tri parēdū eē cēsent: ueluti si uxorē ducere imꝑet: aut
cās ꝓ reis dicere: q̄d eñi utrūq; i gñe ipso ꝑ sese neq;
honestū neq; turpe ē. iccirco si pater iubeat obsequen
dum est. Quid eñi si imperet uxorem ducere infamē
propudiosam criminosam? Aut pro reo Catilina ali
quo: aut. C. Bibulo aut. P. Clodio causam dicere? nō
scilicet parendum quoniā accedēte aliquo turpitudi

nis numero desinũt esse per sese:hæc media atq; indifferentia. Non ergo integra est propositio dicēda aut honesta sũt quæ imperat pater aut turpia. Neq; υγιεσ νομιμον διεζευγμένον ·idest sanum legitimum disiunctũ uideri potest.idest enĩ disiunctioni isti tertium aut neq; honesta sunt neq; turpia.quod si additur potest ita concludi nõnunq̃ est igitur patri parendum.

Q̃d parũ æqua rephæhēsio Epicuri a plutarcho peracta sit ĩ syllogismi disciplina. Cap.VIII.

PLutarchus secũdo librorũ: quos de Homero cõposuit imperfecte atq; p̃postere:atq; inscite syllogismo esse usũ Epicurum dicit. Verbaq; ipsa Epicuri ponit. os.:ο θανατοσ ουδεν προσ ημασ·το γαρ διαλυθεν αναισθητει · το δε αναισθητουν ουδεν προσ ημασ ·i·mors nihil ad nos Nã dissolutũ nõ sentit q̃d aũt nõ sentit:nihil ad nos. Nã p̄ter misit (iquit) quod in prima parte sumere debuit ο θανατοσ ψυχησ και σωματοσ διαλυσισ·i·mors aĩæ & corpis dissolutio. Tũ deinde eodē ipo q̃d omiserat:quasi posito cõcessoq;:ad cõfirmãdũ aliud utit. Progredi aũt hic iquit syllogismus nisi illo prius posito nõ põt. Vere hoc quidē Plutarchus de forma et ordie syllogismi scripsit. ne sicut ĩ disciplinis tradit:ita colligere et rõciari velis sic dici op;:ο θανατοσ ψυχησ και σωματοσ διαλυσισ·το δε διαλυθεν αναισθητει το δε αναισθητουν ουδεν προσ ημασ·i·mors aĩæ corpisq; ē dissolutio dissolutũ aũt nõ sentit. q̃ uero nõ sentit:nihil ad nos. S;

Epicu. a Plutarcho ĩ iusta rephēsio.

Mors

Epicurus cuiusmodi homo est non inscitia uidetur partẽ illã syllogismi prætermisisse. Neq; id ei nego cium fuit: syllogismũ tanq̃ in scholis philosophorũ cum numeris omnibus: & cum suis finibus dicere. Enim profecto quia separatio animæ & corporis in morte eadẽ est: non est ratus necessariam esse eius admonitionem. q̃ oĩbus prorsus erat obuium. sicuti etiam q̃ conclusionẽ syllogismi non in fine posuit: sed in principio. Nam id quoq; non imperite factũ quis non uidet? Apud Platonem quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiato conciso ꝑ ordine isto qui in docendo traditur: cũ eleganti quadam repræhẽsionis cõtentione positos esse.

Q̃d idem Plutarchus euidẽti calumnia uerbum ab Epicuro dictũ insectatus sit. Cap. IX

In eodem libro idẽ Plutarchus eundem Epicurum repræhẽdit: q̃ uerbo usus sit parum proprio & alienæ significatiõis. Ita eñ̃ scripsit Epicurus. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν. ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις: id est definitio magnitudinis uoluptatum: oĩs doloris sublatio. Non inquit παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος: id est omnis dolẽtis: sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ: id est omnis rei anxiæ et tristis dicere oportuit. Detractio enim significanda est doloris inquit: nõ dolentis. Nimis minute ac prope etiam sub frigide Plutarchus in Epicuro accusando. λέξεις τηρεῖ. i. dictiones rimatur: has n. uras uocũ uerborumq; elegãtias non modo non sectatur Epicurus: sed etiam insectatur.

Quid sint fauissæ capitolinæ:& quid super eo uerbo.M.Varro Seruio Sulpitio q̄renti rescripserit Caput.X.

SEruius Sulpitius iuris ciuilis auctor uir bene literatus scripsit ad.M. Varronē: rogauitq; ut rescriberet quid significaret uerbum quod in censoriis libris scriptum esset.Id erat uerbū fauissæ capitolinæ.Varro rescripsit:in memoria sibi esse:q̄.Q.Catulus curator restituendi capitolii dixisset uoluisse se areā capitolinam deprimere:ut pluribus gradibus in eandē conscenderetur.Suggestusq; pro fastigii magnitudine altior fieret sed facere id nō quiuisse:quoniā fauissæ impedissent.Id esse cellas quasdam & cisternas:quæ in area sub terra essent:ubi reponi solerent signa uetera quæ ex eo templo collapsa essent:& alia quædam religiose donariis consecrata.At deinde eadem epistola negat quidem se in litteris inuenisse.cur fauissæ dictæ sint.Sed.Q.Valeriū Soranum solitum dicere ait;quos thesauros græco nomine appellaremus:priscos latinos flauissas dixisse:q̄ in eas non rude æs:argentūq;:sed flata signataq; pecunia conderetur.Coniectare igitur se detractam esse ex eo uerbo secundam literam.& fauissas esse dictas cellas quasdam & specus:quibus æditui capitolini uterētur ad custodiēdas res ueteres religiosas.

Fauissæ capitolinæ.

Thesaurus.

Flauissas.

De Sicinio dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

Caput.XI.



Sicinius dētatus Achilles romanus

Vcium Sicinium dētatum qui trib. ple. fuit. Sp. Tarpeio Au. Thermo cōsulibus scriptū est in libris annaliū plusq̄ credi debeat. strennuū bellatorē fuisse. Nomē q; ei factū ob ingētem fortitudinē: appellatūq; esse Achillē Romanū. Is pugnasse in hostē dicitur cētū & .xx. prœlijs. Cicatricē auersam nullam: aduersas quinq; et .xl. tulisse. Coronis eē donatus aureis octo. Obsidionali una. Muralibus tribus. Ciuicis. xiiij. Torquibus tribus & .lxxx. Armillis plus centū .lx. Hastis duodeuiginti. Phaleris itē donatus est quinquies uiciesq; spolia militaria habuit multiiuga: in his ꝓuocatoria pleraq;. Triūphauit cū imꝑatoribus suis trinmphos nouem.

Considerata perpēsaq; lex quædam Solonis specię habēs priorē iniquæ iniustæq; legis: sed ad usū & emolumentum salubritatis penitus repertam. Cap. XII.

IN legibus Solonis illis antiquissimis. quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt: quasq; latas ab eo Athenienses: ut sempiternæ manerent: pœnis & religionibus sanxerunt legem esse. Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam. Si ob discordiā dissensionemq; seditio atq; discessio populi in duas partis fieret: & ob eā causam irritatis animis utrinq; arma caperentur: pugnareturq;: tū qui in eo tempore: in eoq; casu ciuilis discordiæ: non alterutra parte sese adiunxerit: sed solitarius separatusq; a communi malo ciuitatis secesserit: is domo patria: fortunisq; omnibus careto: exul ex

torrisq; esto. Quũ hãc legẽ Solonis singulari sapiẽtia præditi legissemus: tenuit nos grauis quedam in principio admiratio: requirentes quam ob causam dignos esse pœna existimarit: qui se procul a seditione & ciuili pugna remouissent. Tũ qui penitus atq; alte usum ac sententiam legis introspexerat: non ad augendã sed ad desinendam seditionẽ legẽ hãc esse dicebat. & res prorsum se sic habet. Nam si boni oẽs qui in principio coercẽdæ seditiõis impares fuerint populũq; percitũ & amentẽ non deterruerint, ad alterutram partem Diuisi sese adiũxerint: tũ eueniret: ut: quũ socij partis seorsum utriusq; fuerint eoq; partes ab ijs: ut maioris auctoritatis uiris: tẽperari ac regi cœperint: concordia per eos potissimum restitui: conciliariq; possit: dum & suos: apud quos sunt regunt: atq; mitificant. & aduersarios seruatos magis cupiunt: q̃ perditos: Hoc idem Phauorinus philosophus inter fratres quoq; aut amicos discedentis oportere fieri censebat: ut qui in medio sunt utriusq; partis beniuoli. si in concordia admittenda parum auctoritatis: quasi ambigui amici habuerint: tum alter in alteram partem discedat. Ac per id meritũ uiam sibi ad utriusq; concordiam muniant. Nunc autem pleriq; inquit partis utriusq; amici quasi probe faciant: duo litigãtes destituunt: et relinquunt. dedunt q; eos aduocatis maliuolis aut auaris: qui lites animasq; eorum inflamment: aut odij studio: aut lucri.

Solonis legis sẽsus.

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiam ue ueteres dixisse.

Caput. XIII.

Liberi.  Ntiqui oratores: historiaeq́ꝫ: aut carminũ scriptores: etiam unum filium: filiã ue: liberos multitudinis numero appellarunt. Id quoq; nos quũ in cõplurium ueterum libris scriptum aliquotiens aduerteremus: nunc quoq́ꝫ in libro Sempronij Asellionis rerũ gestarũ quinto ita positum esse ostendimus. Is Asellio sub. P. Scipione Africano tri. militum ad Numantiam fuit. Resq́ꝫ eas: quibus gerendis ipse interfuit: cõscripsit. Eius uerba de Tib. Graccho tri. ple. quo in tẽpore interfectus in capitolio est: haec sunt. Nam Gracchus domo quum proficisceretur: nunq̃ꝫ minus terna: aut quaterna milia hominũ sequebantur. Atq; inde infra de eodem Graccho ita scripsit. Orare coepit ut se defenderent: liberosq́ꝫ suos: eum quem uirilis sexus tum in eodẽ tempore habebat produci iussit: populoq́ꝫ commendauit prope flens.

Q̄d. M. Cato in libro qui inscriptus est contra Tib. exulem stitisses uadimonium per i litteram dicit: nõ stetisses. Eiusq́ꝫ uerbi ratio reddita.

Caput xiiij.

i N libro uetere. M. Catonis: qui iscribitur contra tiberium exulem: scriptum quidem sic erat. Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses. Recte ille stitisses scripsit. S; falsi & audaces emẽdatores: e scripto per libros stetisse fecerunt: tanq̃ꝫ stitisses uanum: & nihil uerbũ esset: quin potius ipsi nequã & nihil sunt: qui ignorant stitisses dictum a Catone: quoniã sisteretur uadimonium non staretur.

Stitisses

Quam antiquitus ætati senectæ potissimũ habiti sint ampli honores: & cur postea ad maritos & patres iidem isti honores delati sint: atq; ibi quædã de capite legis iuliæ.viii. Cap.XV.



Pud antiquissimos romanorum neq; generi: neq; pecuniæ præstantior honos tribui q̃ ætati solitus. Maioresq; natu a minoribus colebãtur: ad deũ prope & parentum uicem. Atq; omni in loco: inq; omni specie honoris priores: potioresq; habiti. A conuiuio quoq;: ut scriptũ ẽ ĩ antiq̃tatibus: seniores a minoribus domũ reducebantˀ eũq; morẽ accepisse romanos a lacedæmõiis traditũ ẽ: apud quos licurgi legibus maior rerũ oĩ; honos maiori ætati habebatˀ: Sed postq̃ soboles ciuitati necessaria uisa ẽ: & ad prolẽ populi frequentandam præmiis: atq; inuitamentis usus fuit: tum antelati quibusdam in rebus: qui uxores: quiq; liberos haberent: senioribus: neq; liberos: neq; uxores habentibus. Sic capite.vii. legis Iuliæ priori ex coss. fasces sumendi potestas sit: nõ qui pluris annos natus est sed qui pluris liberos q̃ collega: aut ĩ sua potestate habet: aut bello amisit. Sed si par utriq; numerus liberorum est: maritus: aut qui ĩ numero maritorum est præfertur. Si uero ambo & mariti: & patres totidẽ liberorum sunt: tum ille pristinus honos instauratus: & qui maior natu est: prior fasces sumit. Super his autem qui aut cælibes ambo sunt: aut parem numerum filiorum habẽt aut mariti sunt & liberos non habent: nihil scriptum in lege de eaætate est Solitos tamen audio: q̃ lege potiores

essent: fasces primi mensis collegis concedere aut longe ætate prioribus aut nobilioribus multo aut secun dum consulatum ineuntibus.

Quod Cesellius Vindex a Sulpitio Apollinari repræhensus est in sensus Virgilani enarratione. Cap. XVI.

u Irgilij uersus sunt e libro sexto.

Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta
Proxia sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aethereas italo commixtus sanguine surget.
Siluius albanum nomen tua posthuma proles
Quem tibi longæuo serum lauinia coniunx
Educet siluis regem: regumq; parentem.
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba

Videbantur hæc nequaq̃ conuenire Tua posthuma proles: Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx Educet siluis regem. Nam si hic Siluius: ut in omni ferme annalium monumentis scriptum est: post mortem patris natus est: ob eam causam prænomen ei impositum hoc fuit: qua ratione subiectum est: Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx Educet siluis regem. Hæc enim uerba significare uideri possunt. Aenea uiuo: & iam sene: natum ei Siluium & educatum. Iamq; hanc sententiã esse uerborũ istorũ Cesellius opinatus in commẽtario lectionũ antiquarũ. Posthuma (inquit) ꝓles non eũ significat qui patre mortuo: sed qui postremo loco natus est: sicuti Siluius: q Aenea iã sene tardo seroq; partu est editus. Sed huius historiæ auctorẽ nullũ idoneũ nominat. Siluiũ aũt post Aeneæ mortem (sicuti diximus) natũ multi tradiderũt. Iccirco Apollinaris Sulpitius inter cæte

Posthuma ꝓles Siluius.

Longæuus.

ra:in quibus Cesellium repræhendit:hoc quoq; eius quasi erratũ aiaduertit. Errorisq; istius hanc eẽ cãm dixit:q̃ scriptũ ita sit: Quẽ tibi longæuo (inquit) nõ seni. Significatio.n.esset cõtra historiæ fidem:sed in longũ iam æuum & perpetuũ recepto:immortaliq; facto. Anchises.n.qui hæc dicit ad filium:sciebat cũ quũ hoĩm uita discessisset :immortalẽ atq; indigetẽ futurũ:& longo ꝑpetuoq; æuo potiturũ. Hoc sane Apollinaris argute Sed aliud tñ ẽ lõgũ æuũ:aliud ꝑpetuũ. Neq; dñ lõgæui appellãtur:sed imortales.

Cuiusmodi naturã eẽ quarũdam præpositionũ. M.Cicero animaduerterit:disceptatũq; ibi sup eoip so qd Cicero obseruauerat. Cap. XVII.



Bseruate curioseq; animaduertit. M. Tullius:in & con præpositiones: uerbis aut uocabulis præpositas tunc pro duci atq; protẽdi:quũ literæ sequerentur:quæ prima sunt in sapiente atq; fœlice. In aliis aũt oĩbus correpte pronũtiari. Verba Ciceronis hæc sunt. Quid uero hoc elegãtius:qd nõ sit natura : sed quodã instituto? Indoctus dicimus breui prĩa litera: Insanus producta:inhumanus breui:infœlix longa. Et ne multis:qbus ĩ uerbis ea prĩæ literæ sunt:quæ ĩ sapiẽte atq; fœlice:hæc ꝓductæ dicũtur:ĩ cæteris uero oĩbusbreuiter Itẽ quæ cõposuit:cõsueuit:cõcrepuit: cõfecit:cõsule ueritatẽ:cõprehẽde et refer ad auris: ꝓbabũt. Quare cur ita sit? dicẽt ꝓ iuuare:uoluptati autem auriũ morigerari debet oratio. Manifesta quidẽ ratio suauitatis est in iis uocibus:de quibus Cicero locutus ẽ. Sed qd dicemus de præpositiõe ꝓ: quæ quũ

In Con Indoctus Insanus Inhumanus Infœlix Pro

proficiſci · proficere · profugere · Profanum · Profeſtum · proferre · profligare · proficere. · Coligatus · Connexus · Cogo

produci:& corripi ſoleat:obſeruationē hanc tamen M.Tullij aſpnata eſt.Non enim ſemper ꝓducitur quum ſequitur ea litera quæ prima eſt in uerbo fœlix:quam Cicero hanc habere uim ſignificat ut propter eam rem in & con præpoſitiones producantur Nā proficiſci:& profundere.& profugere.& profanum:& profeſtum correpte dicimus. proferre autem & profligare:& proficere ꝓducte:cur igitur ea litera:quam Cicero productionis cauſam facere obſeruauit non in omnibus conſimilibus eandē uim aut rationis:aut ſuauitatis tenet? ſed aliam uocem produci facit:aliam corripi. Neq; uero cum particula tum ſolum producitur:quum ea litera de qua Cicero dicit:inſequitur.Nam & Cato et Salluſtius fœnoribus inquiunt coopertus eſt.Præterea colligatus & cōnexus producte dicūtur.Sed tamen uideri poteſt in his quæ poſui:ob eam cauſam particula hæc produci:quoniam eliditur ex ea n litera.Nam detrimentum literæ producttione ſyllabæ compenſatur.Quod quidem etiam in eo ſeruatur:quod eſt cogo.Neq; repugnat ꝙ coegi correpte dicimus. Non enī ſalua συμαιρεσει.i.coagmentatione dicitur a uerbo:quod eſt cogo.

Quod phedō ſocraticus ſeruus fuit:ꝙq; itē alij cō pluſculi ſeruitutē ſeruierūt. Cap.XVIII.

Phedō

p Hedon Elidēſis ex cohorte illa Socratica fuit.Socratiq; et platoni ꝑ fuit familiaris.Eius nomini Plato illum librum diuinum de immortalitate animæ dedit.Is Phedon ſeruus fuit:forma atq; ingenio liberali:& (ut quidā ſcri-

pserunt) a Lenone domino puer ad merendum coa-
ctus. Eum Cebes Socraticus hortante Socrate emisse
dicitur: habuisseq; in philosophiæ disciplinis. Atq;
is postea philosophus illustris fuit. Sermonesq; eius
de Socrate admodum elegantes leguntur. Alij quo
q; non pauci serui fuerunt: qui post philosophi clari
extiterũt. Ex quibus ille Menippus fuit: cuius libros
M. Varro in satyris æmulatus est: quas alij cynicas
ipse appellat Menippeas. Sed & Theophrasti Peri- Menippus.
patetici Seruus Pompilus: & Zenonis stoici seruus:
q Perseus uocatus est: & Epicuri: cui nomen Mys
fuit: philosophi non incelebres uixerunt. Diogenes Mys
etiam cynicus seruitutẽ seruiuit: sed is ex libertate in Diogenes cynicus
seruitutẽ uenierat: quẽ quũ emere uellet Xeniades co
rinthius: & quid is artificij nouisset pcontatus foret
Noui (inquit). Diogenes hominibus liberis impera Xeniades corinthius.
re. Tum Xeniades responsum eiusdẽ miratus emit:
& manumisit: filiosq; suos ei tradens: accipe inquit
liberos meos quibus imperes. De Epicteto autẽ phi-
losopho nobili q is quoq; seruus fuit: recentior est Epictetus.
memoria: q ut scribi: quasi obliteratũ debuerit. Eius
Epicteti etiam de se scripti duo uersus feruntur: ex
quibus latenter intelligas: non oĩs modo dijs exosos
non esse qui in hac uita cum ærumnarum uarietate
luctãtur: sed esse arcanas causas: ad quas paucorum
potuit peruenire curiositas.

Δουλος επικτητος γενόμην: και σω
ματι πηρος.
Και πενιην ιρος και φιλος αθανάτο-
ισ id est.

Seruus epictetus fueram: qui corpore mancus:
Pauperie pressus: clarus eram superis.

Rescire uerbũ quid sit: et quã habeat uerã et ppriam significationẽ. Cap. xix.



Rescire

Erbũ rescire obseruauimus ui; habere literæ pprià quãdã: nõ ex cõmuni significatiõe cæterorũ uerborũ: quibus eadẽ præpositio re ĩponĩ. Neq; ut rescribere relegere: restituere: dicimus itidẽ rescire. Nã qui factum aliquod occultius: aut inopinatũ insperatũq; cognoscit: is dicĩ pprie rescire. Cur aũt in hoc uno uerbo re pticula huius sentẽtiæ ui; habeat: equidẽ adhuc quæro. Aliter. n. dictũ eẽ resciui aut rescire apud eos q̃ diligẽter locuti sũt nõ dũ inuenimus q̃ sup his rebus quæ aut cõsulto cõsilio latuerint: aut cõtra spẽ opinionem ue usu uenerit: q̃q̃ ipsũ scire de oibus cõiter rebus dicaĩ: uel aduersis: ue psperis: uel isperatis: uel expectatis. Neuius in tryphalo ita scripsit. Si unq̃ quicq̃ filiũ resciuero: argẽtũ amoris causa sũpsisse mutuo: ex emplo illo te ducã: ubi nõ despuas. Claudius quadrigarius in primo ãnali. Ea lucam ubi resciuerũt: sibi per fallacias uerba data esse. Item Quadrigarius in eodẽ libro in re tristi et inopinata: uerbo isto ita utiĩ. Id ubi resciuerũt ppinq obsidũ: quos Põtio traditos supra demõstrauimus: eorũ parẽtes cũ ppinquis capillo passo in uiã puolarũt. M. Cato i quarto originũ. Deinde dictator iubet postridie magistrũ equitũ accersi. Mittam te si uis inquit cũ equitibus. Sero est inquit magister equitum: iam resciuere.

Quæ uulgo dicũtur uiuaria id uocabulũ ueteres nõ dixisse: et quid pro eo. P. Scipio in oratiõe ad po

pulũ:quid postea. M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum. Cap.xx.

Viuaria:quæ nũc dicũtur septa quædã loca in quibus feræ uiuæ pascũtur. M. Varro i libro de re rustica.iij.dicit leporaria appellari. Verba Varrõis subieci. Villaticæ passionis genera sunt terna:ornithones: leporaria:piscinæ. Nũc ornithones dico omniũ alitũ:quæ intra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipere uolo nõ ea quæ tritaui nostri dicebant:ubi soli lepores sint: sed omnia septa ædificia uillæ:quæ:sunt et habẽt iclusa animalia quæ pascũtur. Is itẽ ifra in eodẽ libro ita scribit. Quũ emisti fũdũ Tusculanũ a. M. Pisone:in leporario apri fuerũt multi. Viuaria aũt quæ nũc uulgus dicit quos παραδείσους idest hortos græci appellãt:quæ leporaria Varro dicit haud usq; memini apud uetustiores scriptũ. Sed qd apud Scipionẽ omniũ ætatis suæ purissime locutũ legimus:roboraria aliquot romæ doctos uiros dicere audiui id significare:qd nos uiuaria dicimus. Appellataq; eẽ a tabulis roboreis quibus septa essẽt: qd genus septorũ uidimus i Italia locis plærisq;. Verba ex oratiõe eius cõtra Claudiũ Asselliũ quĩta hæc sũt. Vbi agros optime cultos et uillas expolitissimas uidisset:i his regionibus excelsissimo loco murũ statuere aiebat:inde corripere uiam:aliis per uineas medias: aliis per roborarium atq; piscinam: aliis per uillam. Lacu uero & stagna quæ piscibus uiuis coercentur clausa: suo atq; proprio nomine piscinas nominauerunt. Apiaria quoq; dici loca in quibus

Viuaria

Leporaria ornithones

Roboraria.

Piscinæ Apiaria Mellissones Mellaria

siti sint aluei apū. Sed neminē eorū ferme qui incorrupte locuti sunt: aut scripsisse memini: aut dixisse. M. autē Var. de re rustica. iii. μελισσῶνες: idē apiaria mallariaq;: ut ἀμπελῶνες idest uineas et δαφνῶνες. i. laureta inquit ita facere oportet: quæ quidē mellaria appellabāt. Sed hoc uerbū quo Varro usus est: græcū est: nā mellissones ita dicūtur.

Super eo sydere quod græci ἅμαξαν: nos septentriones uocamus: ac de utriusq; uocabuli ratiōe et origine. Cap. XXI.



B Aegina in piræum cōplusculi earundem disciplinarum sectatores græci, Romaniq; homines eadem in naui trāsmittebamur, nox fuit & clæmēs mare: & anni æstas cœlumq; liquide serenū. sedebamus ergo in puppi simul uniuersi: & lucētia sydera considerabamus. Tum quispiā ex iis qui eodē in nūero græcas res eruditi erāt, quid ἅμαξα: id est plaustrū esset: quid ἄρκτος: id est ursa: q̃d βοώτης. i. bootes: & quænam maior ἄρκτος: & quæ minor: et cur ita appellata: & quā in partē ꝓcedētis noctis spacio mouerētur: & quāobrem Homerus solam eam nō occidere dicat: quū & quædā alia scite: tum ista omnia ac perite disserebat: hic ego ad nostros iuuenes cōuertor. Quid inq̃ uos oppidici dicitis mihi? quare quod ἅμαξαν græci uocant: nos septētriones uocamus. Nō enim satis est q̃. vii. stellas uidemus: sed quid hoc

Septentriones.

totū quod septentriones dicimus: significat scire inq̃ id prolixius uolo. Tum quispiam ex iis qui se ad literas memoriasq; ueteres dediderat. Vulgus inq̃t grā

 Triones

maticorum septentriones a solo numero stellarum di Quin
ctum putat. Triones enim per sese nihil significare quatrus.
aiunt: sed uocabuli esse supplementum: sicut in eo q̄d
quinquatrus dicamus ꝙ quinqꝫ ab idibus dierum nu
merus sit: atrus nihil. Sed ego quidem cum. L. Lælio:
& M. Varrone sentio qui triones rustico certo uoca
bulo boues appellatos scribunt: quasi quosdam terio
nes: hoc est arandæ colendæqꝫ terre idoneos. Itaqꝫ: hoc
sydus: q̄d a figura posituraqꝫ ipsa: quia simile plau
stri uidetur: antiqui græcorum αμαξαν dixerunt:
nostri quoqꝫ ueteres a bubus iunctis septentriones ap
pellarunt: idest a septem stellis: ex quibus quasi iun
cti triones figurantur. Præter hanc inquit opinionē
id quoqꝫ Varro addit: dubitare sese: an propterea ma
gis hæ septē stellæ triones appellatæ sint: quia ita
sunt sitæ ut ternæ stellæ ꝓximæ quæqꝫ inter sese fa
ciāt trigona. idest triquetras figuras. Ex his duabus
ratiōibus quas ille dixit: quod posterius est: subtilius
elegantiusqꝫ uisum est. Intuentibus enim nobis in il
lud: ita propemodum res erat ut ea forma esset: ut trī
quetra uideretur.

De uento iapige: deqꝫ aliorum uentorum uocabu
lis: regionibusqꝫ accepta a Phauorini sermonibus.

Cap. xxii.



Pud mensam Phauorini in cōuiuio fa
miliari legi solitū erat aut uetus car
mē Melici poetæ: aut historia partim
græcæ liguæ: alias latinæ. Legebaт̄ Iapix.
ergo tūc ibi ī carmine latino ιαπιξ uetus: quæsitū ē
quis hic uentus: & quibus ex locis spiraret. et quæ tā

Regiones cæli — ĩfrequẽtis uocabuli rõ eẽt. Atq; et petebamus: ut sup cæterorũ noibus regiõibusq; ipse nos docere uellet: uulgo ne p de appellatiõ ibus eorũ: neq; de finibus neq; de nũero cõueniret. Tũ Phauorinus ita fabulatus est. Satis inquit notũ est: limites regionesq; eẽ cæli quatuor: exortũ: occasu; meridiẽ septẽtrionẽ. Exortus occasus mobilia & uaria sũt. Meridies septẽtrionesq; statu perpetuo stant & manent. Oritur eñ sol nõ idem semper sed aut æquinoctialis oriẽs dicitur. quũ ĩ circulo currit qui appellatur ἰσομυκτιοσ i. æquinoctialis. aut ἰσημερινοσ. i. æqdialis aut

Vẽtorũ scriptio — solstitialis aut brumalis q̃ sũt θεριναὶ τροπαὶ : καὶ χειμεριναί: idest æstiua solstitia & hiberna. Item cadit sol: non in eundem semper locum: fit enim similiter occasus eius : æquinoctialis : aut solstitialis: aut brumalis. Qui uentus igitur ab oriente uerno. i. equinoctiali uenit: nominatur eurus ficto uocabulo: ut isti ετυμολογικοί. i. rõnem originis uerbi interpretando indagantes aiunt αποτησ εωρεων idest ab oriente sole fluẽs. Is alio quoq; a græcis nomine απηλιότησ: a Romanis nauticis subsolanus cognominatur. Sed q ab æstiua et solstitiali oriẽtis meta uenit: latine aqlo: boreas græce dicitur: eũq; ppterea quidã dicunt ab Homero αιρθηγενετην serenitatẽ facientẽ appellatũ. Boreã autẽ putãt dictũ απο τησ βοησ. i. boatu: qm̃ sit uiolẽti flatus & sonori. Tertius uẽtus ẽ: q ab oriẽte hyberno spirat uulturnũ romãi uocãt. Eũ pleriq; græci mixto noie. qiter notũ et eurũ sit ευρονοτον appellãt. Hi sũt igit tres uẽti orientalis: aqlo: uulturnus: eu

Apeliotes. Subsolanus Aquilo Boreas Vulturnus. Euronotus. Eurus Caurus Argestes. Fauonius.

rus quorũ medius ẽ. His oppositi & cõtrarij ſunt alij tres occidui caurus quẽ ſolẽt græci αργεστην nũcupare: is aduerſus uulturnũ flat. itẽ alter fauonius: q̃ græce uocat̃ ζεφυροσ· is aduerſus eurũ flat. Ter⸗ africus: q̃ græce uocat̃ λιψ. i aduerſus aq̃lonẽ flat. Eædũæ regiones cœli oriẽtis: occidẽtiſq; iter ſeſe ad uerſæ ſex habere uẽtos uidẽtur. Meridies aũt q̃m cer to: atq; fixo limite eſt: unũ meridionalẽ uẽtũ hꝫ. is la tine auſter græce νοτοσ noĩatur q̃m ẽ nebuloſus atq; humectus νοτισ cũ græce humor noĩatur. Septẽtriones aũt habẽt ob eadẽ cauſam unũ: Is obie ctus directuſq; i auſtrũ latine ſeptẽtrionarius. græce απαρκτιασ appellatus. Ex his octo uentis alij quatuor detrahũt uẽtos: atq; id facere ſe dicũt home ro auctore: q̃ ſolos quatuor uẽtos nouerit: eurum: au ſtrum: aquilonem: fauoniũ. Verſus homeri ſunt.

Zephy rus. Africus Libs. Auſter. Notus ſe ptẽtrio narius. Apar ctias.

συν δ᾽ ευροσ τε νοτοσ τ᾽ επεσε ζεφυροσ τε δυσαησ
και βορεησ αιθρηγενετησ μεγα κυμα κυλινδων.

Cumq; euro incubuit: Zephyruſq;: notuſq; furẽtes:
Sudificuſq; ſimul: boreas mala plurima uoluens.

A quatuor cœli partibus quas quaſi primas noĩauimus: oriẽte ſcilicet: atq; occidẽte latioribus: atq; ſimplicibus nõ tripartitis. Partim aũt ſunt: q̃ pro octo. xij. faciũt: inter hos quatuor in media loca inſerẽtes: cũ meridie ſeptẽtriones eadẽ ratione: qua ſecũdi quatuor interſiti ſunt inter primores duos apud oriẽtẽ: occidẽtẽq;. ſunt porro alia quædã noĩa quaſi peculiarium uentorum quæ incolæ in ſuis quiq; regionibus fecerunt: aut ex locorum uocabulis: in quibus

pollent ex aliqua causa: quæ ad faciendum uocabulũ acciderat. Nostri namq; galli uentum ex sua terra
Circius flantem: quem sæuissimum patiũtur circiũ appellãt
Iapix. a turbine (opinor) eius: ac uertigine. ιαϖι γα ex
Caurus ipsius apuliæ oræ proficiscentem: quasi finibus apuli eodem & ipsi nomine iapigem dicunt: eum esse propemodum caurum existimo. Nam & est occidentalis & uidetur aduersus eurum flare. Itaq; Virgilius Cleopatram e nauali prœlio in ægyptum fugientem uento iapige ferri ait. equum quoq; apulũ eodem: quo uentũ uocabulo iapigem appellauit. est
Cæcias. etiã uentus nomine cæcias: quẽ Aristoteles ita flare dicit ut nubes non procul propellat. sed ut ad sese uocet: ex quo uersum istum prouerbialem factũ ait κακα εφεαυτομ ελκομωσ οκαιριασ μεφωσ. idest Mala de sese attrahẽs: ut cæcias nubes. Præter hos aũt: quos dixi: sunt alij plurifariam
Nota
uenti commenticij suæ quisq; regionis indigenæ: ut
Atabulus. Oratianus ille Atabulus: quos ipse quoq; executurus fui. Addidissemq; eos: qui etesiæ: & prodromi
Etesiæ appellãtur: qui certo tempore anni: quum canis oritur: ex alia atq; alia parte cœli spirãt: rationesq; om
ꝓdromi niũ uocabulorũ: quia plus paulo adhibi: effudissem nisi multa iã prorsus omnibus uobis reticẽtibus: uerba fecissem: quasi fieret a me ακρὸασισ εϖο-δεικιτικη. idest auscultatio sese ostentãs. In cõuiuio autem frequenti loqui solũ unũ: neq; honestũ est inquit: neq; cõmodum. Hæc nobis Phauorinus in eo quo dixi tempore: apud mẽsam suã summa cũ elegantia uerborũ totiusq; sermonis comitate: atq; gra

tia denarrauit: Sed ꝙ ait uentũ qui ex terra gallia flaret: circiũ appellari. M. Cato in libris originum eũ uentũ cerciũ dicit nõ circiũ. Nã quum de hispanis alpinis scriberet: qui citra hiberũ colunt: uerba hæc posuit Sunt in his regionibus ferrariæ argenti fodinæ pulcherrimæ Mons ex sale mero magnus. Quãtum demas tãtũ adcrescit. Ventus cercius quũ loquare: buccam implet: Armatũ hominẽ: plaustrũ oneratum: percellit. Q^d supra aũt dixi ε θησιασ. idest ethesias ex asia et alia parte cœli flare: haud scio an secutus opinionẽ multorũ temere dixerim. P. Nigidij in secũdo librorum: quos de uẽto cõposuit: uerba hæc sunt. Cercius

& austri anniuersarij secundo sole flant. Cõsiderandum igitur est: quid sit secundo sole.

Consultatio dijudicatioq́ꝫ locorũ facta ex comœdia Menãdri: & Cecilij: quæ plociũ inscripta est.

Caput. XXIII.



Omœdias lectitamus nostrorũ poetarũ sumptas: ac uersas de græcis Menãdro & Posodio: aut Apollodoro aut Alexide: & quibusdã itẽ alijs comicis. At qui quũ legimus eas: nihil sane displicent: quin lepide quoq́ꝫ & uenuste scriptæ uideantur: prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. Ac enim si conferas: & componas græca ipsa unde illa uenerunt: ac singula considerate atq́ꝫ apte iunctis: & alternis lectionibus committas: oppido q̃ iacere: atq́ꝫ sordere incipiunt: quæ latina sunt. Ita græcarum: quas æmulari nequiuerunt: facetijs [illegible] atq́ꝫ luminibus obsolescunt: Vel posidippo

Nuper adeo usus huius rei nobis uenit: cecilij Plociū legebamus: haud quaquam mihi: et quod aderat displicebat. Lib. tū est Menādri quoque Plociū legere: a quo istā comœdiā uerterat Sed enim. postquam in manus Menāder uenit: a pricipio statim dij boni: quātū stupere: atque frigere, quātūque mutare a menādro cecilius uisus ē: Diomedis hercle arma: et Glauci nō dispari magis precio æstimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eū locū in quo maritus senex super uxore diuite: atque deformi q̄rebatur: quod ancillā suā nō inscito puellā ministerio: et facie nō illiberali coactus erat uenūdare: suspectā uxori quasi pellicem. Nihil dicā ego quantum differat uersus utriusque eximius: sit satis alijs ad iudicium faciendum exponi. Menander sic.

επ αμφοτερα ν εν επικλερος η μελλει ν κα
θευδησειν
κατεργασασα μεγα. και περιβοητον εργον
εκ της οικιας εξεβαλε την λυπουσαν. ην
εβουλετο:
ιν επιβλεπωσι παντες εις το κρεωβυ
λης προσωπον
ητ ευγνωστος ειχε με γυνη δεσποινα
και την οψιν ων εκτισατο ονος εν πιθη
κοις τοι.
το λεγομενον εστι δη τουτο σιωπαν βο
υλομαι
την νυκτα. την πολλων κακων αρχηγον.
οιμοι κρεωβυλην λαβειν εμε. και δεκα
ταλαντα
γυναικων ουσα πηχεως. ει τ εστι το φρυα
γμα.
Ει πως αν υποστατον. δια τον ολυμπιον

καὶ ἀθήμαμ οὐδ᾽ ἀλλοσ παίδιοσ χα-
ριομ. θηραπευτικομ δὲ
λογοῦ ταχιομ. απαρεσθωδε τισ ηα
ραιτικα γυνημι. id est
In aurem utramq;: quandoquidem dotata est: cubet.
Re confecta magnifica: & negocio inclyto
Domo illam exegit: cui male uoluit maxume
Vt omnes in creobulæ faciem oculos conuerterent:
Tum me cunctis notum ut faceret uxor hera.
Meoq; demoraretur in uultu: asinus iter simias fierẽ
Vti aiunt. Se. Quid tandem. Ma. Tacere uolo.
Noctem mali consciam plurimi:
Me miserum qui creobulam duxi. & talenta decem
Nanam mulierculam cuius superbia
Adeo intolerabilis est. Iouem olympium
Et Mineruam testor non ancillulam potius officio-
sam: dicto citius.
Præsto: hæc quispiã abigat quæso: at illam referat.
Cecilius autem sic. Se. Is demum miser est: qui ærũ-
nam suam nequit.
occultare. Ma. Ferre ita me uxor forma et factis facit
Si taceam: tamen indicium est: quæ nisi dotẽ omnia
Quæ nolis habet. qui sapit de me discet: qui quasi
Ad hostis captus libere seruio: salua urbe atq; arce.
Quæ mihi quicquid placet: eo priuatũ: uim me seruatũ?
Dum eius mortem inhio: egomet uiuo mortuus
Inter uiuos. Ea me clam cum mea ancilla ait
Consuetum: id me arguit: ita plorando: orando
Instando: atq; obiurgando me obtudit: uti eam
Venundarem: nunc credo inter suas æqualis

Et cognatas ſermones ſerit. Quæ uoſtrum fuit
Integra ætatula, quæ hoc itidem a uiro
Impetrarit ſuo: quod ego anus modo
Effeci: pellice: ut meum priuarem uirum?
Hæc erunt concilia hodie: differor ſermõe miſer.

Præter uenuſtatẽ autẽ rerũ atq; uerborum: in duobus libris nequaq̃ parẽ in hoc equidẽ ſoleo animũ attendere: ꝙ, quæ Menãder præclare & appoſite & facete ſcripſit: ea Cecilius nequaq̃ potuit: & quidẽ conatus enarrare. Sed quaſi minime probanda prætermiſit: & alia neſcio quæ inimica inculcauit. Eſt & illd Menandri de uita hominũ media ſumptũ: ſimplex: & uerũ: & delectabile. quod neſcio quo pacto omiſit. Idem enim ille maritus ſenex: cũ altero ſene uicino colloquens: & uxoris locupletis ſuperbiam deprecans: hæc ait.

εχω δε ϖικληρον λαμιαν ουκ ει ρηκασοι.
τουτουχι κυριαν τησ οικιασ και των αγρων.
και ϖαντων αντεκειμησ εκομεμαϖολλων χαλεϖων
καλεϖωτατομ αϖασι διαργαλεα εστινεμοι μομω.
υιω ϖολυ μαλλον θυγατρι πραγμα ασχοχον λεγεισ ευοιδα. id eſt. Ma.

Lamiam hæreditariã induxi: quod non duxerã tibi.
Tum uero domus: atq; agrorum heram (Ma.
Vniuerſorũq; illius loco. Se. hei ꝗ̃ miſerũ et graue?
Difficilimũ immo. At oĩbus moleſta eſt: nõ ſoli mihi:

Filio multomagis filiaeq;. Se. prouinciam
Inexpugnabilem geris certo scio.
Cecilius uero hoc in loco ridiculus magis q̃ personae isti quã tractabat: aptus atq; cõueniẽs uideri maluit: sic em̃ haec corrupit. Se. Sed tua morosa ne uxor quae so est. M. quam rogas? Se. Qui tandẽ. M. Taedet mentionis: quae mihi ubi domũ Adueni: ac sedi: ex templo sauium datat. Se. Ieiunia anima. Nil peccat de sauio: ut deuomas uolt: quod foris potaueris. Quid de illo quoq; loco ĩ utraq; comoedia posito existimari debeat manifestũ est. Cuius loci haec ferme sententia est. Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. Ea res clam patre fuit: & habebatur pro uirgine: ex eo uitio grauida mẽsibus exactis parturit. Seruus bene frugi: quum pro foribus domus staret: & ꝓpinquare partum herili filiae: atq; omnino uitium esse oblatum ignoraret: gemitum & ploratũ audit puellae in puerperio enitentis: timet: irascitur: suspicatur: miseretur: dolet. Hi omnes motus eius animi affectiões q; ĩ graeca qdẽ cõoedia mirabiliter acres & illustres Apud Ceciliũ aũt pigra haec oĩa: et a rerũ dignitate atq; gratia uacua sũt. Post ubi idẽ seruus ꝑcõtando qd acciderat reppit: has apud; Menãdrũ uoces facit.
ωτρισ κακοδαιμωμοστισ ωμπενη-
σ ανηρ
καὶ παιδοποῖεῖ ωσ αλογιστοσ εστ̑
αμηρ
οσ μητεφῒ λακην των αναγκαίωμεχεῖ
ει μηταμ ατῢχεσ ηεισ τα κοινα τοὺ-
βίου

επαμφιεσθαι λυμαται τουτο χρημα
σι μ
αλλ εν ανακατακυπτω και ταλαιπω
ρω βιω.
χειμαζομενος ζητω μεν· ανιαρου
λεχων το μερος
απαντων αγαθων ουλυμαμενος
υπερ γαρ ενος αλεγων· παντας νου
θετω.

Nota de infelici qui quærit liberos cum pauper sit

Se. Quē extreme infœlix ē: quisquis ī egestate situs.
Quærit liberos. hei quantum est insciens sui.
Quiq; neq; necessariarū studium rerū gerit:
Nisi quantum aliud iugiter in uita deterat
Neq; (licet res cogat) tectum præbere quit sibi.
Sed in ops domo in ærumna uitam trahit:
Hyemem tolerans male: miseriæ omnis socius:
Bonorumq; uniuersorum insors: ac carens.
Vnum equidem obprobrans: cunctos monitos uolo.
Ad horum autem sincæritatem ueritatemq; uerborū an aspirauerit Cecilius cōsideremus. Versus sunt hi Cecilij: trunca quædam ex Menandro dicentis: & consarcinantis uerba tragici
timoris.
Is demum infortunatus est homo pauper:
Qui educit in egestate liberos: cui fortuna
Et res est ut continuo pateat: nam opulento famam
Facile occultat factio. Itaq; ut supra dixi: quum hæc uerba seorsum lego: neutiq; uidentur ingrata ignauaq;. Quum autem græca comparo & contendo: nō puto Ceciliū sequi debuisse: quod assequi nequiret.

De uetere parsimonia: deq; antiquis legibus sum
ptuarijs. Cap.XXIIII.



Arsimonia apud ueteres Romanos: & uictus: atq; cœnarum tenuitas: non domestica solum obseruatione ac disciplina: sed duplica quoq; aīaduersione: legumq; cōplurīū sanctionibus custodita ē. Legi adeo nup in Capitonis Atei cōmentarijs senatus decretū uetus. C. Fannio: & M. Valerio Messala cōsulibus Mutita
factū: in quo iubentur principes ciuitatisq; ludis Me rent.
galesibus ātiquo ritu mutitarent: id est mutua inter se cōuiuia agitarent: iurare apud eos uerbis cōceptis: nō amplius in singulas cœnas sumptus eēt facturos
q̄ centenos uicenosq; æris: præter holus & far: & Multi
uinū. Neq; uino alienigeno: sed patrio usuros. Neq; alienige
argenti in cōuiuio plus pondo: q̄ libras centū illatu na
ros. Sed post id senatuscōsultū lex Fannia lata est: q̄ Fannia
ludis. Romāis: itē ludis plebeijs: & saturnalibus: et lex.
alijs q̄busdā diebus i singulos dies cētenos æris insumi cōcessit: decēq; alijs diebus i singulis mēsibus tricenos. Cæteris aūt oibus diebus denos. Hanc Lucilius poeta legē signat: quū dicit: Fannij cētussisq; misellos. In quo errauerūt quidā commentariorū in Luciliū scriptores: q̄ putauerūt Fannia lege pp̄etuo: in oē dierū genus centenos æris statutos. Centū eīn æris Fannius cōstituit: sicuti supra dixi festis quibusdam diebus: eosq; ipsos dies nominauit. Aliorū aūt dierū omniū i singulos dies sumptus inclusit itra æris: alias tricenos: alias denos. Lex deinde Licinia rogata ē: quæ cū certis diebus sicuti Fannia cētenos æris ipen

di permisisset: nuptiis ducenos idul sit: cæterisq; diebus statuit æris tricenos: quum & carnis aridæ: & salsamenti certa pondera in singulos dies cõstituerit Sed quicquid esset: tum e terra: uite: arboreq;: promiscue: atq; indefinite largita est. Huius legis Lælius poeta meminit i crotopægniis. Verba Lælii hæc sũt: quibus significat hædum qui ad epulas fuit allatus

Licinia lex.

dimissum: cœnamq; ita ut lex Licinia sanxisset: pomis: holeribusq; instructam. Lex Licinia inquit introducitur lux liquida hædo redditur. Lucilius quoq; legis istius meminit: in his uersibus. Legẽ uitemus licini. Postea. L. Sylla dictator: quũ legibus istis situ: atq; senio ob literatis plæriq; in patrimõiis amplissimis helluarẽtur: & familiam pecuniamq; suam prãdiorum gurgitibus proluissent: legẽ ad populũ tulit: qua cautum est ut calẽdis: idibus: nonisq;: diebusq; ludorum: & feriis quibusdam solẽnibus: sestertios tricenos in cœnam insumere ius potestasq; esset. Cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Præter has leges Aemiliam quoq; legem inuenimus: qua

Aemilia lex.

lege non sumptus cœnarum: sed ciborum genus & modus præfinitus est. Lex deinde antia præter sumptum æris id etiã sanxit: ut qui magistratus eẽt: magistratũ ue capturus esset: ne quo ad cœnam: nisi ad

Antia lex.

certas personas itaret. Postremo lex Iulia ad populum peruenit Cæsare augusto imperante: quo profestis quidem diebus ducẽti finiuntur calendis: idibus

Iulia lex.

nonis: & aliis quibusdã festiuis trecenti: nuptiis autem & repotiis sestertiũ milies esse. Etiam dicit Capito Atteius edictum: diuine augusti: an Tiberii Cæ

saris nō satis cōmemini: quo edicto per dierum uarias solēnitates: a trecentis sestertiis adusque duo milia sumptus cœnarum propagatus ē ut his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coerceretur.

Quid græci αναλογιαν uocant. quid contra ανωμαλιαν Cap. XXV.



N latino sermone: sicut in græco alii analogiam sequendā putauerūt: alii ανωμαλιαν: idest inæqualitatem ανaλογια est similium declinatio quam quidam latine proportion uocant. ανωμαλια est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. Duo autem græci grammatici illustres: Aristarchus: et Crates summa ope ille αναλογιαν hic ανωμαλιαν defensitauit. M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua latina octauus: nullam eē obseruationem similium docet. Itaque in omnibus pene uerbis consuetudinē dominari ostēdit: sicuti quū dicimus: inquit lupus lupi: probus probi: & lepus leporis. Item paro paraui: lauo laui: pungo pupugi tundo tutudi: & pingo pinxi. Quūque (inquit) a cœno: & prandeo: & poto: & cœnatus sum: & prāsus sum: & potus sum dicamus. & astringor contra: & extergor: & lauor: astrinxi: & extersi: & laui dicimus. Item quum dicamus ab osco thusco græco: osce: thusce: græce. a gallo tamen & mauro: gallice & maurice dicimus. Item a probus probe: a doctus docte. sed a rarus non rare: sed alii raro dicunt: alii ratenter. Idem. M. Varro in eodē libro. Sentior (inquit) nemo dicit: & id per se nihil est assentior tamen fe

Analogia proportio. Anomalia.

Raro re omnes dicunt. Sisenna unus assentio in senatũ di
Rarēter cebat: & eum postea multi secuti, neq̃ tamen uince-
assentio re consuetudinem potuerunt. Sed idem Varro in
aliis libris multa pro ἀναλογια tuenda scripsit
Sunt hi igitur tanq̃ loci communes cõtra ἀναλο-
γιαν dicere: & rursus item pro ἀνωμαλια.

Sermones. M. Frontonis: & Phauorini philosophi de generibus colorum: uocabulisq̃ eorum græcis & latinis. Atq̃ inibi color spadix. & cuiusmodi sit.

Cap. XXVI.



Hauorinus philosophus quum ad. M. Frontonem consularem pedibus ægrũ uiseret: uoluit me quoq; ad eum se cum ire. Ac deinde quum ibi apud frontonẽ plerisq; uiris doctis præsentibus sermones de coloribus: uocabulisq̃ eorum agitarentur q̃ multiplex colorum facies: appellatiões autem incerte & exiguæ forent: plura sunt inquit Phauorinus ĩ sensibus oculorum: q̃ in uerbis uocibusq; colorum discrimina. Nam ut alias eorum concinnitates omittamus: simplices isti ruffi & uirides colores singula quidem uocabula multas autem species differentes habẽt. Atq̃ eam uocum inopiam in lingua magis latina uideo: q̃ græca. Quippe qua ruffus color a rubore quidem appellatus est. Sed quum aliter rubeat ignis aliter sanguis: aliter ostrum: aliter crocum: has singulas ruffi uarietates latina oratio singulis. propriisq̃ uocabulis nõ demõstrat: omniaq; ista significat una ruboris appellatione. Quum tamen ex ipsis rebus

uocabula colorum mutuetur: & igneum aliquid dicit: & flãmeum. & sanguineum & croceũ: & ostrinum: & aureum. Ruffus enim color: et ruber nihil a uocabulo rubri differunt: neq; proprietates omnes eius declarãt ξανθοσ δε καὶ ερυθροσ και πυρροσ. και. φοινικουσ. idest flauus autem & ruber: & rubidus: & fuluus: & puniceus scilicet habere quasdam distantias coloris ruffi. uidentur: uel augentes eum uel remittẽtes: uel mixta quadam specie temperãtes. Tum Fronto ad Phauorinũ non inficias inquit imus: quin lingua græca quam tu uidere legisse. prolixior fusiorq; sit: q̃ nostra. Sz in his tamen coloribus (quibus modo dixisti) denominandis: non perinde inopes sumus: ut tibi uidemur. Non enim hæc sunt sola uocabula ruffum colorem demonstrantia: quæ tu modo dixisti: ruffus et ruber. sed alia quoq; habemus plura: q̃ quæ dicta abs te græca sunt. Fuluus enim & flauus: & rubidus: & phœniceus: & rutilus: & luteus: & spadix appellationes sunt ruffi coloris: aut acuentes eum: quasi incendentes: aut cum colore uiridi miscentes: aut nigro infuscantes: aut uirenti sensim albo illuminantes. Nam phœniceus: quẽ tu græce φοινικουμ. i. puniceum dixisti: noster est: & rutilus: & spadix phœnicei συνωνυμα. i. cognata qui factus græce noster est: exuberantiam splendoremq; significat ruboris quales sunt fructus palmæ arboris: nõ admodum sole incocti: unde spadicis & phœnicei nomen est. Spadica enim dorici uocant auulsum e palma termitem cum fructu. Fuluus autẽ ui-

Ruffus color.
Ruber.
Fuluus.
Flauus.
Rudidus.
Rhœniceus.
Rutilus
Luteus
Spadix
Phœniceus.

detur de ruffo atq̃ uiridi mistus:ĩ aliis plus uiridis: in aliis plus ruffi habere. Sic poeta uerborũ diligentissimus: fuluã aq̃lã dicit: et iaspidẽ: fuluos galeros & fuluũ aurũ: et arenã fuluã: et fuluum leonẽ. Sic Qu. Ennius in ãnalibus fuluo ære dixit. Flauus cõtra uidetur ex uiridi: et ruffo et albo cõcretus. Sic flauẽtes comæ. et quod mirare quosdã uideo: frõdes olearum a Virgilio dicũtur flauæ. Sic multo ãte Pacuuius aquã flauã dixit: et flauũ pulucrẽ. cuius uersus (quoniam sunt iucundissimi) libẽs commemini.

Cedo tamen pedẽ: lymphis flauis flauũ pulucrem.
Manibus iisdẽ quibus ulixi sæpe permulsi abluam
Lassitudinemq; nimiam manuum multitudine:

Rubidus. Rubidus aũt et ruffus atrore nigrore multo mixtus. Luteus. Luteus cõtra ruffus color est dilucidior. Vnde ei quoq̃ nomẽ esse factũ uidetur. Nõ ergo ĩquit mi Phauorine species ruffi coloris plures apud græcos: q̃ apd̃ nos nominãtur. Sed ne uiridis quidẽ color pluribus ab illis: q̃ a nobis uocabulis dicitur. Neq; nõ potuit Virgilius colorẽ equi significare uiridẽ uolẽs cæruleũ magis dicere equũ q̃ glaucũ. Sed maluit uerbo Glaucus uti notiore græco: q̃ inusitato latino. Nostris aũt la- Cæsia. tinis ueteribus cæsia dicta ẽ: que a græcis glaucopis Glaucopis. dicitur (ut Nigidius ait) de colore cæli quasi cælia. Postq̃ hæc Frõto dixit: tũ Phauorinus sciẽtiam rerũ uberẽ: uerborũq; eius elegãtiã exosculatus: absq̃ te (inquit) uno: forsitã lingua ꝓfecto græca lõge ãteisset. Sed tu mi Frõto qd̃ ĩ uersu Homericoẽ: id facies

καὶ μίκην εὠαρετη αμφηριστον εθηκασ. idest.

Et uirtute tua facta est uictoria nutans.

Sed quum omnia libẽs audiui que peritissime dixisti: tũ maxime ꝙ uarietatẽ flaui coloris enarrasti: fecistiq; ut itelligerẽ uerba ex ãnali.xiiij. Ennij amœnissima. quæ minime intelligebam.

Verrunt ex templo placide mare marmore flauo:
Cæruleum spumat mare cõferta rate pulsum. Non enim uidebatur cæruleũ mare cum marmore flauo cõuenire: Sed quum sit (ita ut dixisti) flauus color uiridi et albo mistus: pulcherrime prorsus spumas uirentis maris: flauo marmore appellauit.

Quid. T. Castritius existimauerit super Salustij uerbis et Demosthenis: quibus alter Philippũ descrisit: alter Sertorium. Cap. xxvij.



Erba hæc sunt grauia atq; illustria de rege Philippo Demosthenis: ἑώρων δ' αὐτὸν φίλιππον πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον τὴν κλεῖν κατεαγότα τὴν χεῖρα· τὸ σκέλος πεπηρωμένον· πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προϊέμενον ὥστε τῷ λοιπῷ μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν: id est uidebam etiam ipsũ Philppũ quo cũ certaremus pro iperio principatuq; oculo effossum: humero fractũ: manu crureq; oblæsũ: omne deniq; corporis mẽbrũ: quod fortuna auferre uoluisset: id ultro offerẽtem: ut de cætero uitã cũ honore et gloria ageret. Hæc æmulari uolẽs

Sallustius: de Sertorio duce in historiis ita scripsit. Magna gloria tribunus militum in Hispania. T. Didius iperator: magno usu bello marsico paratu militum et armorū fuit. Multaq; tum ductu eius: quæ rapta primo per inobilitatē: deinde per inuidiā scriptorum celebrata sunt: cominus faciem suam ostētabant: aliquot aduersis cicatricibus & effosso oculo. Quo dehonestamento corporis maxime lætabatur. Neq; illis anxius: quia reliqua gloriosius retinebat: De utriusq; his uerbis. T. Castritius quū pensitaret nōne (inquit) ultra naturæ modū humanæ est: dehonestamento corpis lætari. Siqdē læticia dicit exultatio quædā animi gaudio efferuētiore euentu rerū. expetitarū Quāto illd sincæriusq; et hūanius: magisq; oībus conueniens ϖαρ ὅτι αμ βουληθη μεροσ ε τυχη του σωματοσ ϖαρε λεσθαι τοῦτο ϖροιεμενον· i· oē deniq; corpis mēbrū quod fortuna auferre uoluisset: id ultro offerentem: ut de cætero uitam cum honore et gloria ageret. Quibus uerbis ostēdit inquit: Philippus non ut Sertorius corporis dehonestamēto lætus: qd inquit solēs & immodicum: sed præ studio laudis & honoris iacturarum: damnorumq; corporis contemptor: qui singulos artus suos fortunæ producendos daret: quæstu atq; compendio gloriarum.

Lætitia.

Non esse cōpertū cui deo rem diuinā fieri oporteat: quū mouet̄ uiribus. Cap. XXVIII.

q Uænam esse causa uideatur quãobrem terræ motus fiat: nonmodo cōmunibus his hominū sensibus: opinionibusq; cōpertū nō est: sed ne

inter physicas quidem philosophias satis cõstitit:uẽtorum ne ui accidant specus hiatusq; terræ subeuntium:an aquarũ subter in terrarũ cauis undantiũ fluctibus pulsibusue:ita ut uidentur existimasse antiquissimi græcorũ:qui Neptũnũ ευνοσι γαιον και σεισι χθονα.idest terriquassonem.& telluri motorẽ appellauerũt:an cuius aliæ rei causa alteriusue dei ui ac numine nondũ etiã (sicut diximus) pro certo creditũ.Propterea ueteres romani cum in oĩbus aliis uitæ officiis:tũ in cõstituẽdis religionibus atq; in diis immortalibus animaduertendis castitissimi cautissimiq;:ubi terram mouisse senserant:nũciatũue erat ferias eius rei causa edicto iperabant.Sed dei nomẽ ita uti solet:cui seruari ferias oporteret:statuere & edicere quiescebãt:ne aliũ pro alio nominãdo falsa religione populum alligarent:eas ferias si quis polluisset:piaculoq; ob hanc rem remotus esset hostiam si deo:si deæ immolabat.Idq; ita ex decreto pontificum obseruatum.M. Varro dicit:quoniã & quaui:& per quem deorum dearum ue terra tremeret: incertum esset.Sed de lunæ motibus:solisq; defectionibus:non minus in æius rei causa reperiẽda sese exercuerunt.Quippe.M.Cato uir in cognoscendis rebus multi studiũ incerta tamẽ causa & incuriosa:sus per ea re opinatus est.Verba Catonis ex originum quarto hæc sunt nõ libet scribere quod in tabula apud pontificẽ maximum est quoties annona cara: quoties lunæ aut solis lumini caligo:aut quid obstiterit:usq; adeo paruifecit rationes ueras solis & lunæ deficientium uel scire uel dicere.

Apologus æsopi phrygis memoratu nō inutilis Caput.XXIX.


Esopus ille e phrygia fabulator: haud immerito sapiens existimatus est: quũ; quæ utilia monitu suasuq; erant: nō se uere nō imperiose præcepit: & censuit: ut philosophis mos est. s; festiuos delectabilesq; apologos commētus res salubriter ac ꝑspiciēter aīaduersas in mētes animosq; hoīm cū audiēdi quadā illecebra induit: uelut hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepide atq; iucūde præmonet spem fiduciāq; rerum quas efficere quis possit haud unq; in alio: sed in semetipso habendā. Auicula inquit est parua: nomen est cassita. habitat: nidulaturq; ĩ segetibus: id ferme temporis ut appetat messis: pullis iamiam plumantibus. Ea cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores propterea frumentis flauescentibus pulli etiam tūc inuolucres erāt. Quũ igitur ipsa iret cibuz pullis quæsitū monet eos ut si qd ibi nouæ rei fieret diceretur ue aīaduerterēt: idq; sibi ubi redisset: renũciarent. Dominus postea segetū illarũ filiũ adolescētem uocat, & uides ne inquit hæc ematuruisse? & manus iā postulare? Idcirco die crastino ubi primũ diluculabit, fac amicos adeas: & roges ueniant: operāq; mutuā dent: & messem hāc nobis adiuuēt. hæc ubi ille dixit: discessit: atq; ubi redit cassita: pulli trepiduli circũstrepere: orareq; matrem ut statim iam properet: atq; alium in locum sese asportet. nam dominus inquiunt: misit qui amicos rogaret: uti luce oriente ueniam & metant. Mater iubet eos a metu

Aesopi Apologus.

Cassita.

ociosos esse. Si enim dominus inquit messem ad amicos reiicit: crastino seges nõ metetur: neque necesse est: hodie uti uos auferam. Die igitur postero mater in pabulum uolat: dominus quos rogauerat opperitur sol feruit: & fit nihil. & amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium amici isti (inquit) magnã ĩ partem cessatores sunt. Quin potius imus: & cognatos affinesque nostros oramus: ut adsint cras tempori ad metendum? Itidẽ hoc pulli pauefacti matri nunciãt Mater hortatur: ut tum quoque sine metu ac sine cura sint cognatos affinesque nullos ferme tam obsequibiles ait: ut ad laborem capessendum nihil contentur & statim dicto obediant. Vos modo inquit aduertite: si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta auis in pastum profecta est: cognati et affines operam (quã dare rogati sunt) super sederunt. Ad postremũ igitur dominus filio: ualeant inquit amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas: unam ego met mihi: & tu capies alteram: & frumentũ nosmetipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi expullis dixisse dominũ mater audiuit: tempus inquit est cedendi & abeundi: fiet nũc dubio procul quod futurum dixit. In ipso enim iam uertitur: cuia est res. non in alio unde petitur. Atque ita cassita nidum migrauit: & seges a domino demessa est. Hæc quidem est æsopi fabula de amicorum: & propinquorum leui plærũque: et inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorũ monent: quam ut in nobis tantum ipsis nitamur. Alia aũt omnia quæ extra nos extraque nostrum animum sunt: neque pro nostris: neque pro nobis ducẽ-

mus. Hūc æsopi apologum. Q. Ennius in satyris sci te admodū et uenuste uersibus quadratis composuit quorum duo postremi isti sunt: quos habere cordi & memoriæ operæ precium esse hercle puto hoc erit: tibi argumētum semper in promptu situ͂: Ne quid expectes amicos: quod tu per te agere possis.

Quid obseruatū sit in undarum motibus: quæ in mari alio atq; alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusq;. Cap. XXX.

Vndarū motus uarij.



Oc sæpenumero in undarū motu obseruatum est: quas aquilones uenti. quiq; ex eadem cœli regione aer fluit: quasue faciunt in mari austri: atq; africi. Nā fluctus: qui flante aquilone maximi: ac creberrimi excitantur: simulac uentus posuit sternūtur: ac conflaccescūt: & mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flāte austro uel africo: quibus iam nihil spirantibus undæ tamē factæ diutius tument: & a uento quidē iādudū trāquillæ sunt. Sed mare est etiam atq; etiā undabundū. Eius rei causa esse coniectatur: ꝙ uenti a septentrionibus ex altiore cœli parte in mare incidentes: deorsum in aquarū ꝓfunda quasi precipites deferūtur: undasq; faciūt nō prorsus impulsas: sed ui intus cōmotas: quæ tātisper erutæ uoluūtur: dum illius infusi de sup̄ spiritus uis manet. Austri uero & africi ad meridianū orbis circulum: & ad partē axis infimam depressi: iferiores & humiles per suprema æquoris euntes protrudunt magis fluctus: ꝙ̄ erunt. Et iccirco non de super læsæ: sed propulsæ: in aduersum aquæ etiā desistēte flatu retinēt aliquā

tisper de pristino pulsu impetū: Id aūt ipsum quod dicimus: ex illis quoq; homericis uersibus: si quis nō incuriose legat adminiculari potest. Nam de austri flatibus ita scripsit.

ἔνθα νότος πόντοιο κλύδωνα εἰς λααν ὠθεῖ. id est.

Auster ubi insanas urget sub saxa procellas.

Contra autem de borea: quē aquilonē appellamus alio dicit modo.

καὶ βορέης αἰθριγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. id est.

Sudificusq; altos aquilo rotat impete fluctus.

Ab aquilonibus enī ꝗ alti superniq; sunt: fluctus excitatos quasi per prona uolui dicit. Ab austris autē ĳs qui humiliores sunt maiore ui quadā ꝓpelli. sursum atq; subĳci. Id enim significat uerbū λααν ὠθεῖ. i. lapidē ꝓpellit. Sicut in alio loco: λααν ἀνώθει. i. saxū sursum propellit. Id quoq; a peritissimis rerum philosophis obseruatū ē austris spirantibus mare fieri glaucū & cæruleū: aquilonibus obscurius atriusue. Cuius rei causam cū Aristotelis libros problematū percerpsimus: notaui. Cur austro spirāte mare cæruleū fiat? Aquilone obscurius atriusq;? an propterea ꝙ aquilo minus mare perturbat? Omne aūt: quod tranquilius est: atrum esse uidetur.

A. GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVS.

Quæsitū: ac tractatū quā ob causam Sallustius auaritiā dixerit nō animū modo uirilē: sed corpus quoq; ipsum effœminare. Caput primum.


Yeme iam discedēte apud balneas Sitias in area sub calido sole cū Phauorino philosopho ambulabamus: atq; ibi inter ambulandum legebatur Catilina Sallustii: quem in manu amici conspectum legi iusserat. Cumq; hæc uerba ex eo libro lecta essent. Auaricia pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi uenenis malis imbuta corpus animumq; uirilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neq; copia: neq; inopia minuitur. Tum Phauorinus me aspiciens quo inquit pacto corpus hoīs auaritia effœminat? Quid enim istuc sit: q̄ animum uirilem ab ea effœminari dixit: uideor ferme assequi. Sed quoniā modo corpus quoq; hominis effœminet: nūdum reperio. Et ego inq̄ longe iā diu in eo ipso quærēdo fui: ac nisi tu occupasses ultro te hoc rogassem: uix ego hæc dixeram contabundus: atq; inibi quispiā de sectatoribus Phauorini. qui uidebatur esse in litteris ueterator. Valerium (inquit) Probum audiui hæc dicere: usum esse Sallustiū circūlocutione quadā poetica: & quū dicere uellet: hominē auaritia corrūpi: corpus & animū dixisse: quæ due res hominē demonstrarent. Namq; homo ex anima & corpore est. Nunq̄ (inquit Phauorinus) quod equidem scio: tam importuna: tanq; audaci argutia: fuit noster probus: ut Sallustium uel subtilissimum breuitatis artificem periphrasim poetarum facere diceret. Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sane doctus: is quoq; a Phauorino rogatus: ecquid haberet super ea re

Sallustius.

dicere huiuſcemodi uerbis uſus eſt. Quos inqt auaritia minuit & corrũpit:quiq; ſeſe quærenda undiq; pecunia dederũt:eos plæroſq; tali genere uitæ occupatos uidemus:ut ſicuti alia in iis omnia præ pecunia:ita labor quoq; uirilis:exercẽdiq; corporis ſtudium relictum ſit. Negociis ſe plærumq; umbraticis:& ſellulariis queſtubus intentos habent: in qbus omnis eorum uigor animi:corporiſq; elãgueſcit:& (quod Salluſtius ait)effœminatur. Tum Phauorinus legi denuo uerba eadem Salluſtii iubet:atq; ubi lecta ſunt. Quid igitur inquit dicemus: q̃ uidere eſt pecuniæ cupidos: & eoſdem tamen eſſe corpore uegeto & ualenti. Tum ille ita reſpondit:non hercle inſcite. Quiſquis eſt inquit pecuniæ cupiens: & corpore tamen eſt bene habito & ſtrẽnuo:aliarũ quoq; rerum uel ſtudio:uel exercitio eũ teneri neceſſariũ eſt:atq; in ſeſe colendo non æque eſſe parcum. Nam ſi auaritia ſola ſumma omnes hominis partes: affectioneſq; occupat:& ſi ad incuriam uſq; corporis graſſetur:ut per illã unam:neq; uirtutis:neq; uirium:neq; corporis:neq; animi adſit cura. Tum deniq; iis uere dici poteſt effœminato eſſe & animo & corpore:qui neq; ſeſe:neq; alind curet:niſi pecuniã. Tum Phauorinus aut hoc inquit:quod dixiſti probabile eſt:aut Salluſtius odio auaritiæ pluſq̃ potuit eam criminatus eſt.

Quemnam eſſe natalem diem. M. Varro dicat eorũ:qui ante noctis hore ſextam:poſt ue eã nati ſunt Atq; inibi de tẽporibus terminiſq; dierum:qui ciuiles nominantur. & uſq; quaq; gentiũ uarie obſeruã

tur.& præterea qd.Q.Mutius scripserit sup ea:quā maritus nō iure usurpasset:q rōne ciuilis āni nō habuerit. Cap.II.

q Væri solitum ē:qui noctis hora tertia:quarta ue:siue qua alia nati sunt:uter dies natalis haberi appellariq; debeat is ne quē nox ea cōsecuta est:an q dies noctē cōsecutus est. M.Varro in libro rerū hūanarū:quē de diebus scripsit homines inquit:q media nocte ad pximā mediā noctē in his horis.xxiiij.nati sunt:una die nati dicūtur. Quibus uerbis ita uidetur dierū obseruationē diuisisse:ut qui post solē occasum ante mediā noctē natus sit iis ei dies natalis sit:a quo die ea nox cœperit.Cōtra uero qui in sex horis posterioribus nascitur:eo die uideri natū:q post eā noctē diluxerit. Athenięses autē aliter obseruare idē Varro in eodem libro scripsit eosq; a sole occaso ad solē iterū occidentē omne id mediū tēpus unū diem eē dicere.Babylonios porro aliter. A sole exorto ad exortū eiusdē incipientē:totum id spaciū unius diei noīe appellare:Multos uero in terra umbria unū & eundē diē esse dicere a meridie usq; ad insequentē meridiē.Quod q quidē Varro inquit nimis absurdū est. Nā qui calendis hora sexta natus est:apud umbros dies eius natalis uideri debebit & calendarū dimidiarū:& qui est post calēdas dies ante horā eiusdē diei:vi.Populū autē romanū ita uti Varro dixit:dies singulos annumerare a media nocte usq; ad mediā proximā multis argumētis ostēditur. Sacra sunt romana partim diurna:ptim nocturna.Sed ea quæ inter noctē fiunt:diebus addiciuntur:nō noctibus.Quæ igit sex posterioribus noctis horis fiunt:eo die fieri dicūtur:q proximus eam noctē illucescit. Ad hoc ritus quoq; & mos auspicandi eadē esse obseruatiōem docet.Nā magistratus qn una die eis est auspicādum:& id sup quo auspicauerunt agēdū post mediā noctā auspicantur:&

post exortū solē agunt: auspicatiq; esse: & egisse ex eodē die dicuntur. Praeterea tribuni plaebei: quos nullū diē ab esse Roma licet: cū post mediā noctē pficiscūtur: & post primā facē ante mediā sequentē reuertūtur nō dicūtur ab fuisse unū diē quā do ante horā noctis sextā regressi: pte aliqua illius in urbe Roma sunt. Q. quoq; Mutiū iuriscōsultū dicere solitū legi: nō esse usurpatā mulierē calēdis Ianuariis: quae apd uirū causa matrimonii eē coepisset ante diē. iiii. calēdas Ianuarias sequētis usurpatū esset. Nō enim posset impleri trinoctiū qd ab eē uiro usurpādi causa ex. xii. tabulis deberet. qm̄ tertiae noctis posterioris sex horae alterius anni eēnt: q incipiret ex calēdis. Istaec aūt oīa de dierū tēporibus et finibus ad obseruationē disciplināq; iuris antiqui pertinētia: quū in libris ueterū inueniremus nō dubitabamus: qn Virgilius quoq; id ipsum ostēderit: nō exposite: atq; apte: sed ut hominē decuit poeticas res agentē recōdita: & quasi operta ueteris iuris significatione. Torqt inqt medios nox humida cursus. Et me saeuus eqs oriēs afflauit anhelis. His em̄ uersibus obliq sicuti dixi: admōere uoluit diē: quē Romāi ciuilē appellauerūt. a. vi. noctis horā oriri

De noscendis explorandisq; Plauti comoediis quoniam p miscue uerae atq; falsae nomine eius inscriptae feruntur. At q; inibi q Plautus in pistrino: & Neuius in carcere fabulas scriptitarunt. Cap. III.


Erum esse comperior: quod quosdam bene literatos homines dicere audiui: qui pleraśq; Plauti comoedias curiose: atq; contente lectitarunt: non indicibus Helii nec Claudii nec Aurelii: nec Aurelii: nec Accii: nec Manilii: sup his fabulis: quae dicuntur ambiguae: credituros: sed ipsi plauto moribusq; in genii: atq; linguae eius. Hac em̄ iudicii norma Varronē quoq; eē usum

uidemus Nam præter illas unam & uiginti: quæ uarronianæ uocantur quas iccirco a cæteris segregauit: quoniam dubiosæ non erant: sed consensu omniũ Plauti essæ censebantur: quasdam item alias probauit adductus stilo atq; facetia sermonis Plauto congruẽtis. Easq; iam nominibus aliorum occupatas: Plauto uindicauit. Sicuti istam quam nuperrime legebamus cui est nomen boetia: nã quum in illis una: & .xx. non sit: & esse aquiliĩ dicatur: nihil tamẽ Varro dubitauit quin Plauti foret: neq; alius quisq; non infrequens Plauti lector dubitauerit: si uel hos solos uersus ex ea fabula cognouerit: qui quoniã sunt (ut de illius Plauti more dicã) plautinissimi: propterea & meminimus eos: et ascripsimus. Parasitus ibi esuriens hæc dicit.

Boetia cõœdia

Vt illum dij perdant: primus qui horas repperit:
Quiq; adeo primus statuit hic solarium.
Qui mihi cõminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uetus erat solarium.
Multo omnium istorum optimum: & uerissimum.
Vbi ubi iste monebat esse. nisi cum nihil erat.
Nunc etiã quod est: non estur: nisi eum soli lubet:
Itaq; adeo iam oppletur oppidum solarijs.
Maior pars populi aridi reptant fame.

Phauorinus quoq; noster (quũ Neruulariam Plauti legerem) quæ inter incertas est habita; & audisset ex ea comœdia uersum hunc. Stratæ scruppæde de strato uuluæ sordidæ Delectatus faceta uerborũ antiquitate: meretricũ uitia: atq; deformitates significantium uel unus hercle (inquit) hic uersus Plauti


Neruularia. cõ.

esse hāc fabulam satis potest fidei fecisse. Nos quoq; ipsi nuperrime quū legeremus fretum: nomen est id comœdiæ: quā Plauti esse quidā nō putāt: haud quicq̄ dubitauimus: quin Plauti foret: & omniū maxīe genuina. Ex qua duos uersus exscripsimus: ut historiam quæreremus oraculi arietini. Nunc illud ē q̄d Arietini responsum magnis ludis dicitur: Peribo si nō fecero. Si faxo: uapulabo. M. tñ uarro ĩ libris de cōœdiis plautinis p̄rio actu uerba hæc pōit. Nā nec gemini: nec leōes: nec cordoliū: nec anus plauti nec biscōp̄ssa: nec Boetia unq̄ fuit. neq; adeo αγροικός: neq; commorientes: sed. M. Accutici. ĩ eodem libro. M. Varronis id quoq; scriptum est: Plautium fuisse quēpiam poetam comœdiarum. Cuius q̄m fabulæ Plauti inscriptæ forent: acceptas eē: quasi plautinas: quū essent nō a Plauto plautinæ: sed a Plautio plautianæ. Ferūtur aūt sub Plauti noīe comœdiæ circiter centū atq;. xxx. Sed homo eruditissimus Lælius q̄nq; &. xx. esse eius solas existimauit. Nō tamē dubium est: q̄n ista: & quæ scripta a Plauto nō uidenť & nomini eius adiiciūtur: ueterū poetarū fuerit & ab eo retractatæ & expolitæ sint. As p̄pterea recipiant dictū plautinū. Sed enim Saturionē & Addictū & tertiā quandā cuius nūc mihi nomē nō suppetit. in pristino eū scripsisse Varro & pleriq; alii memoriæ tradiderūt cū pecunia omni quā in operis artificū scænicorū pepererat in mercationibus p̄dita inops Romā redisset & ob quærēdū uictū ad circum agēdas molas quæ trusatiles appellanť operā pistori locasset. Sicuti de Neuio quoq; accepimus fabulas

Fretū comœdia.

Plautius poeta

Molæ trusatiles



Neuius eũ in carcere duas ſcripſiſſe: Areolũ & Leontẽ: quũ
ob aſſiduam maledicentiam: & probra in principes
ciuitatis: de græcorum poetarum more dicta: in uin
cula Romæ a triumuiris coniectus eſſet: Vnde poſt
a tri. ple. exẽptus eſt: cũ his quas ſupra dixi fabulis:
delicta ſua & petulantias dictorum quibus multos
ante læſerat: diluiſſet.

Quod Publio Africano: & aliis tũc uiris nobili
bus ante ætatẽ ſenectam barbã: & genas radere: pa
trii moris fuit. Cap. IIII.

P. Scipio Africanus N libris: quos de uita. P. Scipiõis Afri
cãi cõpoſitos legimus ſcriptũ animad
uertimus. P. Scipioni Pauli filio: poſt
q̃ de pœnis triumphauerat: cenſorq;
fuerat: eidẽ diẽ dictum ad populũ a Claudio Aſel
lio tribuno plæbis cui equum in cenſura adem erat.
Eumq; quum eſſet reus: neq; barbam deſiſſe radi: ne
q; non candida ueſte uti: neq; fuiſſe cultu ſolito reo
rum. Sed quũ in eo tẽpore Scipionẽ minorẽ. xl. anno
Radendæ barbæ mos rũ fuiſſe cõſtaret: quod de barba raſa ita ſcriptũ eſſet
miraбamur. Cõperimus aũt cæteros quoq; i iiſdẽ tẽ
poribus nobiles uiros: barbã i eiuſmõi ætate raſitauiſ
ſe. Iccircoq; plæraſq; imagines ueterum: non admo
dum ſenum: ſed in medio ætatis ita factas uidemus.

Delitiarũ uitiũ: & mollicies oculorũ: & corpori,
Archeſilai uerbum. ab Archeſiao philoſopho cuidam obprobrata acer
be ſimul & feſtiuiter. Cap. V.

P Lutarchus refert Archeſilaũ philoſophũ ue
hemẽti uerbo uſum eẽ: de quodã nimis delica
to diuite: q̃ icorruptus tñ: et caſtus p integer di
cebat. Nã quũ uocẽ eius ifractã: capillũq; arte cõpoſi

tũ:et oculos ludibundos atq; illecebræ uoluptatisq; plenos uideret: nihil interest (inquit) quibus membris cinædi sitis posterioribus:an prioribus.

De uiatq; natura palmæ arboris quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur. Cap. VI

Per hercle rem mirandam Aristo.in.Vij.problematum : & plutar.in.Viii.symphosicorum scribit. Si super palmæ inquit arboris lignum magna pondera imponas:ac tam grauiter urgeas.oneresq;:ut magnitudo oneris sustineri non queat:non deorsum palma cædit:nec intra flectitur sed aduersus pondus resurgit:& rursum nititur :recuruaturq;.Propterea inquit Plutarchus in certaminibus palmam signum esse placuit uictoriæ :quoniam ingenium eiusmodi ligni est:ut urgẽtibus prementibusq; non cedat.

Palmæ natura.

palma

Historia ex annalibus sumpta de. Q . Ceditio trib.militum:uerbaq; ex originibus.M.Catonis apposita:quibus Cedití uirtutem cum Spartano leonida æquiparat. Cap.VII.

Pulchrum dij boni facinus:græcarumq; facundiarum magniloquentia condignum. M.Cato in libris originum de. Q. Ceditio trib.militum scriptum reliquit.Id ꝑfecto est ad hãc ferme sentẽtiã.Imperator pœnus ĩ terra siciliabello carthaginẽsi primo:obuiã romano exercitui progredi ẽ:colles locosq; idoneos prior occupat.Milites Romani:uti res narrata est:ĩ locũ ĩsinuãt fraudi et perniciei obnoxiũ.Tribunus ad consulẽ uenit. Ostendit exitũ de loci importunitate:& hostiũ circunstantia.

Verruca Maturũ cẽseo inquit(si rẽ seruare uis) faciundũ:ut cccc.aliquos milites ad uerrucã illã(sic cm̃.M.Cato. locũ editu; asperũq; appellat)ire iubeas.Eãq; uti oc cupẽt:imperes horterisq;:hostes ꝑfecto ubi id uiderit fortissimus quisq; et prõptissimus:ad occursandum pugnãdumq; in eos præuertetur:unoq; illo negocio sese alligabũt:atq; illi oẽs.cccc.ꝓculdubio obtruncabuntur.Tu interea occupatis in ea cæde hostibus:tẽpus exercitus ex hoc loco educẽdi habebis.Alia: nisi hæc salutis uia nulla est.cõsul tribuno respõdit:cõsilium quidẽ fidũ:atq; ꝓuidẽs sibi uiderier.Sed istos inquit milites.cccc.ad eu; locum in hostiũ cuneos:q̃s nã erit:qui ducat?Si aliũ(inquit tribunus) nemine; reperis:me licet ad hoc periculũ utare.Ego hãc tibi: et reip.aĩam do:cõsul tribuno gratias laudesq; agit

Ceditius tribunus, Tribunus et.cccc.ad moriẽdu; proficiscũtur. Hostes eoru; audaciã demirãtur.Quorsum ire ꝑgãt in expectãdo sunt:Sed ubi apparuit:ad eãdẽ uerrucã occupãdã iter intẽdere mittit aduersu; illos imperator carthaginẽsis peditatũ equitatumq;:quos in exercitu uiros habuit strenuissimos:Romani milites circũueniuntur:circumuẽti repugnãt.Fit prœliũ diu ãceps. Tãdẽ superat multitudo. Quadrigẽti oẽs tum una perfossi gladijs:aut missilibus operti cadunt:Cõsul interibi:dũ ea pugna fit:se in locos tutos:atq; editos subducit.Sed q̃d illi tribuno duci militum.cccc.diuinitus in eo prœlio usu uenit.nõ iam nostris sed ipsius Catonis uerbis subiecimus.uerba catonis:Di immortales trib.militũ fortunã ex uirtute eius dedere. Nam ita euenit:Quum sautius multifariam ibi fa

ctus esset:tum uulnus capiti nullũ euenit:Eumq; inter mortuos defatigatũ uuneribus:atq; spirãtẽ quod sanguen defluxerat : cognouere:eum sustulere.Isq; cõualuit.Sæpeq; post illã operã reip.fortẽ:atq; strenuam perhibuit:Illoq; facto:quod illos milites subduxit:exercitum cæterum seruauit.Sed idem benefactu; in quo loco ponas:nimium interest. Leonides Lacedæmonius laudatur:qui simile apud Thermopylas fecit.Propterea eius uirtutes omnis græcia gloriam:atq; gratiam præcipuã claritudinis inclytissimæ decorauere monumẽtis:signis : statuis:elogĳs: historĳs.Aliĳsq; rebus gratissimũ ie eius factũ habuere.At tribuno militum parua laus pro factis relicta qui idem fecerat:atq; rempublicã seruauerat.Hanc.Q.Cedituĳ uirtutẽ.M.Cato tali suo testimonio decorauit.Claudius autem Quadrigarius annali.iĳ.nõ Ceditio nomen fuisse refert:sed Laberio. Sãguẽ. Leonides.

Iteræ eximiæ consulum.C.Fabritĳ. et Aemilĳ ad regẽ Pyrrhum a Quinto claudio scriptore historiarum in memoriam datæ. Cap.Viĳ.



Vum Pyrrhus rex i terra Italia esset: et unã atq; alteram pugnam prospere pugnasset:satisq; angerẽtur Romani et plæraq; Italia ad rege; desciuisset:tum ambraciensis quispiam Thimochares Regis Pyrrhi amicus ad.C.Fabricium cõsulem furtim uenit:ac premium petiuit:& si de premio conueniret:promisit regem uenenis necare .Id quod facile factu esse dixit:quoniam filĳ sui pocula Pyrrhus thimochares.

Fabritius in conuiuio regi ministraret. Eã rẽ Fabritius ad senatũ scripsit senatus legatos ad regẽ misit. mãdauit ut de Thimochare nihil proderẽt: sed monerent: uti rex circũspectius ageret: atq́; a ꝓximorum insidiis salutẽ tutaretur. Hoc ita (uti diximus) in Valerii Antiatis historia scriptũ est. Quadrigarius autem in libr. iii. nõ Thimocharẽ: ſ; Niciã adiisse ad cõsulẽ scripsit. Neq́; legatos a missos: ſ; a senatu cõsulibus. Et regẽ a populo romano laudes atq; gratias scripsisse: captiuosq́; oĩs: quos tũ habuerit: restituisse: & reddidisse. Cõsules tũ fuerũt. C. Fabritius: et Aemilius. Literas quas ad regẽ Pyrrhũ super ea causa miserũt Clau. Quadrigarius scripsit fuisse hoc exẽplo. Consules Romani salutẽ dicunt Pyrrho regi. Nos ꝓ tuis iniuriis continuo animo strenui cõmoti inimiciciter tecum bellare studemus. Sed cõmunis exẽpli: et fidei ergo uisum est uti te saluum uelimus: ut esset quem armis uicere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus: qui sibi preciu; a nobis peteret si te clam interfecisset. Id nos negauimus uelle Neue ob ea; rem quicq́; commodi expectaret: et simul uisum est: ut te certiorem faceremus: ne quid eiusmodi si accidisset nostro consilio ciuitates putarent factum. & quod nobis nõ placet prætio: aut præmio aut dolis pugnare Tu nisi caueas iacebis.

Nicias.

Quis et cuiusmodi fuerit qui in prouerbio fertur equus seianus: et qualis color equorũ sit: q spadices uocatur. Deq́; istius uocabuli ratione.

Cap. IX.

Assus in commētarijs suis:itē Iulius modestus in secundo quæstionum confusarum historiam de equo seiano tradunt. dignā memoria:atq; admiratione. Cn. Seiū quēpiā scribunt fuisse. Eumq; habuisse equum natum argis in terra græcia de quo fama cōstans esset:tāq; de genere equorū progenitus foret:qui Diomedis thracis fuissent.quos Hercules diomede occiso e Thracia argos perduxisset.Eum equum dicunt fuisse magnitudine iusitata ceruice ardua colore Phœniceo:flaua et comāti iuba.Omnibusq; alijs equorū laudibus quoq; longe prestitisse. Sed eundem equū tali fuisse fato:siue fortuna ferunt:ut quisquis haberet eū:possideretq;:is cū omni domo:familia fortunisq; omnibus suis ad internitionem usq; deperiret. Itaq; primū illū.Cn.Seiū dominū eius a.M. Antonio:qui postea triumuir reip.cōstituēdæ fuit:capitis dam natum miserando supplicio affectum esse.Eodem tempore Cor.Dolobellam consulem in Syriam proficiscentem fama istius equi adductū argos diuertisse Cupidineq; habēdi eius exarsisse.Emisseq; sestertijs centum milibus.Sed ipsum quoq; Dolobellā in Syria bello ciuili obsessum atq; interfectum esse. Mox eundem equum qui Dolobellæ fuerat.C Cassium:qui Dolobellā obsederat ab duxisse.Quū Cassium postea satis notum est uictis Parthis fusoq; exercitu suo: miseram mortem oppetijsse. Deinde Antonium post interitum. Cassij parta uictoria: equum illum nobilem Cassij requisisse: & cū eo potius esset:ipsū quoq; postea uictū atq; de

Equi Diomedis

Equus seianus.

equus seianus

sertum: detestabili exitio interisse. Hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum: diciq; solitum. Ille homo habet equum seianũ. Eadem sentẽtia est illius quoq; ueteris prouerbij: quod ita dictum accepimus Aurum tolosanum. Nã quum oppidum tolosanum in terra Italia. Q. Cepio consul diripuisset: multumq; auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptione aurum attigit: misero cruciabiliq; exitu periit. Hunc equum. C. Bassus uidisse se Argis refert haud credibili pulchritudine: uigoreq;: & colore exuperantissimo. Quẽ colorẽ nos (sicuti dixi) puniceum: græci partim φοινικα alij σπαδικα appellant: quoniã palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur.

Aurũ tolosanu;.

Puniceus color Spadix

Qđ est quædã septenarij numeri uis et facultas: ĩ multis naturæ rebus animaduersa: de qua. M. Varro in hebdomadibus disserit copiose. Cap. X.



Arro ĩ primo librorũ qui inscribuntur hebdomades: uel de imaginibus septenarij numeri (quẽ Græci hebdomada appellãt) uirtutes: potestatesq; multas uariasq; dicit. Is nãq; numeres (inquit) septẽtriones maiores minoresq; facit in cœlo. Item uergilias quas greci πλειαδας uocãt Facit etiam stellas: quas alij erraticas. P. Nigidius errones appellat: Circulos quoq; ait in cœlo circum longitudinẽ axis septẽ esse: e quis duos minimos qui axem extimu; tãgunt πολους: i dest axes appellari dicit. Sed eos in sphæra quæ κρικωτη: id est sphæra pertusa uocatur propter breuitatẽ non inesse. At qui neq; ipse

septenarius numerus

Vergiliæ. Pleiades

Errones

Zodiacus septenario caret numero. Nam in septimo signo fit solstitiũ a bruma. In septimo: bruma a solstitio. In septimo: æquinoctiũ ab æquinoctio. Dies deinde illos quibus halcyones hyeme anni in aqua nidulãtur: eos quoq; septẽ esse dicit. Præterea scripsit lunæ curriculũ cõfici integrum quater septenis diebus. Nam duo detricesimo luna inquit: ex quo uestigio ꝑfecta est: eodẽ redit. Auctorẽq; opiniõis huius Aristidẽ esse samiũ: in qua re nõ id solũ aiaduerti debere dicit: ꝙ quater septenis. i. octo & .xx. diebus cõficeret iter luna suũ. Sed ꝙ is septenarius: si ab uno profectus: dũ ad semetipsum ꝓgreditur: omnis (per quos ꝓgressus est) numeros cõpræhendat: ipsumq; se addat facit numerũ octo & .xx. quod dies sunt curriculi lunaris. Ad hoĩes quoq; nascendos uim numeri istius porrigi: pertinereq; ait. Nam quum in uterum inquit mulieris genitale semen datum est: primis septem diebus conglobatur coagulaturq;. Fitq; ad capiendam figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade: quod eius uirile fœtus futurũ est: caput & spina: quæ est in dorso informatur. Septima autem fere hebdomade. i. nono et. xl. die totus inquit homo: in utero absoluitur. Illam quoq; uim numeri huius obseruatam refert: ꝙ ante mensem septimum: neq; masculus: neq; fœmina salubriter: ac secundũ naturam nasci potest. et ꝙ ii qui iustissime in utero sunt: post. cclxxx. dies: postq; sunt cõcepti: quadragesima deniq; hebdomade ita nascuntur. Pericula quoq; uitæ fortunarũq; hoĩm: quæ climateras Chaldæi appellant: grauissima quæq; fieri affirmat septena te-

Zodiacus. Clima

rijs. Præter hæc modũ eſſe dicit ſummũ adoleſcẽdi
humani corporis ſeptẽ pedes: qđ eſſe magis uerũ ar
Herodo bitramur: q̃ quod Herodotus hõ fabulator in primo
tus fabu hiſtoriarũ iuẽtũ eſſe ſub terra ſcripſit Oreſti corpus
lator. cubita lõgitudinis hñs ſeptẽ: quæ faciũt pedes duos
deciꝫ et quadrãtẽ. Niſi ſi (ut Homerus opinatus eſt)
uaſtiora: & ꝓlixioraq; fuerint corpora hoim̃ antiq
quorũ: et nũc quaſi iã mũdo ſeneſcẽte: rerũ atq; homi
nũ detrimẽta ſunt. Dẽtes quoq; & in primis ſeptem
mẽſibus: & ſeptenos ex utraq; parte gigni ait: &
cadere annis ſeptenis: et genuinos an naſci annis fe
re bis ſeptenis. Venas ẽt ĩ hoibus: uel potius arterias
medicos muſicos dicere ait. nũero moueri ſeptenario
qđ ipſi appellãt την διατεσσαρων συμ
φωνιαν. i. ꝑ quaternariũ conſonantiã quæ fit in
collatione quaternarũ nũeri. Diſcrimina ẽt ꝑiculorũ
in morbis maiore ui fieri putãt in diebus: q̃ cõficiũt
ex nũero ſeptenarij. Eoſq; dies oim̃ maxime ita ut
medici appellãt: κριτικους η κρισιμους
i. iudiciarios uel iudiciales cuiq; uideri primã heb
domadam & ſecundã & tertiã. Necnõ id eſt ẽt ad
uim facultateſq; eius nũeri augẽdas: ꝙ q̃bus inedia
Varro mori cõſiliũ eſt: ſeptimo demum die mortẽ appetũt.
ſcripſit Hæc Varro de nũero ſeptenario ſcripſit admodũ cõ
libros quiſite. Sed alia quoq; ibidẽ cõgerit frigiduſcula.
q.oo. Veluti ſeptẽ opa eẽ in orbe terrarũ mirãda: & ſapiẽ
tes itẽ ueteres ſeptẽ fuiſſe: & curricula ludorũ circen
ſiũ ſolẽnia ſeptẽ eſſe: ad oppugnandas thebas duces
ſeptẽ delectos. Tũ ibi addit ſe quoq; iã duodecimã
annorũ hebdomadã ingreſſum eſſe: & ad eũ diẽ ſe

ptuaginta hebdomadas librorum conscripsisse. Ex quibus aliquandiu quũ proscriptis esse: direptis bibliothecis suis non comparuisse.

Quibus & q̃ friuolis argumẽtis Actius in didascalicis utatur: quibus docere nititur Hesiodũ esse q̃ Homerum natu antiquiorẽ. Cap.XI.



SVper ætate Homeri atq; Hesiodi non cõsentitur. Aliĩ Homerum: q̃ Hesiodũ maiorem natu fuisse scripserũt. In quibus Philochorus & Xenophanes. Aliĩ minorẽ inquis. L. Actius poeta: et Ephorus historiæ scriptor. M. aũt Varro ĩ primo de imaginibus: uter prior natus sit: parum constare dicit. Sed non esse dubium quin aliquo tempore eodem uixerit: idq; ex epigrammate ostendit: quod in tripode scriptum est qui in monte helicone ab Hesiodo positus traditur. Actius autem in primo didascalico leuibus admodũ argumentis utitur: per que ostendit Hesiodum natu priorem. Quod Homerus inquit quum in principio carminis Achillem esse filiũ Pelei diceret: quis esset Peleus nõ addidit. Quam rem procul (inquit) dubio dixisset: nisi ab Hesiodo iam dictum uideret. De cyclope itidẽ inquit uel maxime q unoculus fuit rem tam insignem non præterisset nisi æque prioris Hesiodi carminibus uulgatum esset. De patria quoq; Homeri multo maxime dissensum est. Aliĩ colophonium: aliĩ smyrnæũ: sunt q Athenienſem: sunt qui ægyptium dicãt fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Varro in libro de imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma apposuit.

Homerus Hesiodus

Homeri patriæ concertatio.

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.
επταπολεισ διεριζουσι περὶ ρὶζα-
μομηρου:
σμυρμα ροδοσ κολοφωμ σαλαμι-
νιοσ άργοσ αθηναι.
Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri.
Smyrna:rhodus:colophō:ſalamin:ius:argos:athenæ

Largum atq; auidum bibendi a.P.Nigidio doctiſſimo uiro nouo & propemodum abſurdo uocabulo biboſum dictum.

Cap.Xij.

Bibax
Biboſus



Ibendi auidum.P.Nigidius in commentarijs grammaticis bibacem & biboſum dici.Bibacem ego:ut edacem a plæriſq; alijs dictum lego.Biboſum dictum:etiā nuſq̄ repperi:niſi apud Laberium. Neq; aliud eſt: q̄ ſimili inclinatu dicatur.Non enim ſimile eſt: ut uinoſus.aut uitioſus:ceteraq; quæ hoc modo dicūtur quoniam a uocabulis non a uerbo inclinata ſunt. Laberius in mimo uel primo :qui ſalinator inſcriptus uerbo hoc ita utitur.Non mammoſa:non annoſa: nō biboſa : nō procax.

Quod Demoſthenes etiā tum adoleſcens : quum Platonis philoſophi diſcipulus foret:audito forte Calliſtrato rhetore in concione populi deſtitit a Platone & ſectatus eſt calliſtratum.

Cap.XIII.

Hermippus hoc scriptum reliquit: Demosthenē admodū adolescētē uētitare i academiā: Platonēq; audire solitū. Atq; is inquit Demosthenes domo egressus (ut ei mos erat) quū ad Platonem pergeret: cōplurisq; populos currentes uideret: percontatur eius rei causam. Cognoscitq; currere eos auditum Callistratum Is Callistratus athenis orator in repu. fuit: quam illi ΔΗΜΑΓΩΓΟΥΣ appellāt. uisum ē paulū diuertere: expeririq; an ad digna auditu tanto ꝓperatum studio foret. Venit inquit: atq; audit Callistratū: nobilē illam ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΟΡΩΠΟΥ ΔΙΚΗΝ .i. de oropo causam dicentē: Atq; ita motus & demulctus: et captus ē ut Callistratum iā inde sectari cœperit academiā cū Platone reliquerit. Demosthenes. Callistratus.

Dimidiū librū legi aut dimidiā fabulā audiui: aliaq; huiuscemodi qui dicat uitiose dicere. Eiusq; uitij causas reddere. M. Varronē necquēq; ueterū iis ce uerbis ita usum esse. Cap. XIIII.

Dimidiū librū legi: aut dimidiā fabulā audiui uel quid aliud huiuscemodi: & male & uitiose dici existimat Varro. Oportet enim (inqt) dicere dimidiatū librū nō dimidiū. & dimidiatā fabulā: nō dimidiā. Cōtra autē si ex sextario hemina fusa est non dimidiatū sextariū fusum dicēdum est. Et ꝗ quoq; ex mille nummū qđ ei debebatur: quingētos recepit nō dimidiatū recepisse dicemus: ſ dimidiū. At si scyphus inqt argēteus mihi cū alio cōmunis in duas partes disiectus sit dimidiatū meum dicere eē scyphū debeo

nō dimidiū. Argēti autē q̄d in eo ſcypho ineſt dimi
dium meum eē: nō dimidiatū: diſſerit ac diuidit ſubti
liſſime: quid dimidiato interſit & . Q. Enniū ſcien
ter hoc in aīalibus dixiſſe ait. Sicuti ſiq̄s ferat uas ui
ni dimidiatū. Sic p̱s quæ deeſt a uaſe nō dimidiata
dicēda ē ſed dimidia. Oīs autē diſputatiōis eius quā
ſubtiliter quidē ſed ſubobſcure explicat ſumma hæc
Dimidiatum est Dimidiatū ē quaſi diſmediatū & in partis duas
pares diuiſum dimidiatū ergo niſi ipſum q̄d diui-
Dimidium. ſum eſt dici haud cōuenit: Dimidiū uero eſt: non q̄d
ipſum dimidiatū eſt: ſed quæ ex dimidiato pars alte
ra eſt. Quum igitur partem libri dimidiam legiſſe
uolumus dicere: aut partem dimidiam fabulæ audiſ
ſe: ſi dimidiam fabulam aut dimidiū librum dice-
mus: peccabimus Totum enim ipſum q̄d dimidiatū
aut diuiſum eſt: dimidiū dicis. Itaq̄ʒ Lucilius eadem
ſecutus: uno oculo inquit pedibuſq̄ʒ duobus dimidia
Scutarius tus: ut porcus. Et alio loco: quid ni & ſcuta quidem
ut uendat: ſcutarius laudat. Perfractam ſtrigilē ſole
am improbus dimidiatā. Iā in. xx. manifeſtius dimi
diā horā dicere ſtudioſe fugit. Sed ꝓ dimidia dimi
diū ponit in hiſce uerſibus.

Tempeſtate ſua: atq̄ʒ eodem uno tempore & horæ
Dimidio tribus confectis dūtaxat eandem: & quartā

Nam quū obuiū ꝓximūq̄ʒ eſſe dicere hora dimidia
tribus confectis: uigilate atq̄ʒ attēte uerbū nō probū
mutauit: p̱ q̄d ſatis apparet: ne horā quidē dimidiā
recte dici: ſed uel dimidiatā horā: uel dimidiatā par
tē horæ. Propterea plautus ī bacchidibus dimidiū au
ri dicit: nō dimidiatū aurū. Itē in aulularia: dimidiū

obsonij:nõ dimidiatũ obsoniũ in hoc uersu. Et adeo
obsonij hic iussit dimidiũ dari. In mœnæchmis autẽ
dimidiatũ diem:nõ dimidium in hoc uersu. Dies qui
dem iam ad umbiculũ dimidiatus mortuus est. Etiã.
M. Cato in libro:quem de agricultura cõscripsit: se
men cupressi serito crebrũ:ita uti linũ seri solet:eo cre
bro terram insternito dimidiatum digitum. Iam id
bene tabula:aut pedibus aut manibus complanato:
dimidiatum inquit digitum:non dimidium. Nam
digiti quidem dimidium:digitum autem ipsum di
midiatum dici oportet. Item. M. Cato de Carthagi-
nensibus ita scripsit. Homines defoderũt in terram
dimidiatos:ignẽq; circũ posuerũt:ita interfecerunt.
Ne quisq̃ omniũ qui probe locuti sunt his uerbis se
cus q̃ dixi usus est.

Extare in literis:perq; hominum memorias tradi:q̃
repẽte multis mortem attulit gaudiũ ingens inspe-
ratum:interclusa anima:& uim magni:nouiq; mo-
tus non sustinente. Cap. XV.



Ognito repente insperato gaudio expi-
rasse animã refert Aristoteles philoso-
phus Policratam nobilẽ fœminã e naxo Policrata
insula. Philippides quoq; comœdiarũ
poeta:haud ignobilis ætate iam edita:cum in certa- Philippides
mine poetarum præter spem uicisset: & lætissime
gauderet: inter illud gaudium repente mortuus
est. De rhodio etiam Diagora celebrata historia est.
Is Diagoras tris filios adolescẽtes habuit:unum pu- Diagoras
gilem: alterum pancra tiasten: tertium lucta-
torem. Eosq; omnis uidit uincere: Coronariq;

eodem olympiæ die & quũ ibi cum tres adolescentes amplexi:coronis suis ĩ caput patris positis sauiarentur cũq; populus gratulabũdus flores undiq; in eum iacerent:ibi in stadio inspectãte populo in oculis atq; in manibus filiorũ animã efflauit. Præterea in nostris annalibus scriptum legimus qua tempestate apud cannas exercitus populi Romani cæsus ẽ anum matrẽ nuncio de morte filij allato luctu atq; mœrore affectã esse. Sed is nuncius non uerus fuit. Atq; is adolescens non diu post ex ea pugna in urbẽ redit. Anus repẽte filio uiso copia atq; turba & quasi ruina incidẽtis opinati gaudij oppssa exaĩataq; ẽ

Temporis uarietas in puerperijs mulierum:quenam sit a medicis & philosophis tradita. Atq; inibi poetarum quoq; ueterũ sup eadẽ re opiniones. Multaq; alia auditu:atq; memoratu digna. Verbaq; ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta:qui inscriptus est περι τροφησ. idest de alimento. Id quoq; esse a grauissimis uiris memoriæ mandatum.

Cap. XVI.



T medici & philosophi illustres de tempore humani partus quæsiuerunt ποσοσ οτησ τωμ αμθρωπωμ κυησεωσ χρόμοσ. id est q̃ntum est hominum gestationis tẽpus. Et multa opinio est: Eaq; iã p uera recepta. Post q̃ mulieris uterus conceperit semen gigni homine; septimo mense rarenter: nunq̃ octauo: sæpe nono: sæpenumero decimo mense. Eumq; esse hominem gignendi summum finem: decem menses non inceptos

ſed exactos. Idq; plautum ueterem poetarum dicere uidemus: in comœdia ciſtellaria: his uerbis. Tum illa: quã compreſſerat decimo poſt mẽſe exacto: hic peperit filiam. Hoc idẽ tradit etiã Menãder poeta uetuſtior: humanaru; opinionum uel peritiſſimus. Verſus eius ſuper ea re de fabula Plocio poſui. γυνη κυει δεκαμηνος: mulier decimeſtris parit. Sed noſter Cecilius cũ faceret eodẽ nomine: & eiuſdem argumenti comœdiam: ac plæraq; a Menãdro ſumeret: in menſibus tamen genitalibus nominãdis: nõ prætermiſit octauũ: que; prætericrat Menander. Cecilij uerſus hi ſunt.

Inſolet ne mulier decimo menſe parere?
Pol nono quoq;: ſeptimo: atq; octauo.

Eã rem Ceciliũ non inconſiderate dixiſſe: neq; temere a Menandro: atq; a multorum opinionibus deſciuiſſe. M. Varro uti credamus facit. Nam menſe non nunq̃ octauo editũ eſſe partum in libro. xiiij. rerum diuinarum ſcriptum reliquit. Quo in libro etiã undecimo menſe aliquãdo naſci poſſe hoĩem dicit. Eiuſq; ſententiæ tam de. viij. q̃ de. xi. menſe Ariſtotelem laudat auctorẽ. Sed huius de menſe. viij. diſſenſiõis cauſa cognoſci poteſt in libro Hippocratis: q inſcriptus eſt: περι τροφης de alimẽto: ex quo libro: uerba hæc ſunt: εστι δε και ουκ εστιν οκταμηνος γενησιος: id eſt. Eſt autẽ & nõ eſt octimeſtris partus. Id tam obſcure: atq; preciſe: tanq; aduerſe dictum Sabinus medicus: qui Hippocratẽ commodiſſime cõmẽtatus eſt: his uerbis enarrauit. εστι μεν φαινομηνα ως ζωα μετα την

τὴν ἐκτρωσιν οὐκέστι λέως θρησκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασία μὲν παραυτίκα ὄντα ζῶα, μεῖ λε οὐκέστι. Idē apparēt q̄dē: ueluti aīalia post abortū. Sed nequaq̄ sunt: quippe q̄ statim uita excedāt. Itaq; esse quidē tantisper imaginātur: sed potētia non sunt. Antiquos aūt Romanos Varro dicit nō recepisse huiusmodi quasi monstrosas raritates: Sed nono mense: aut decimo: neq; præter hos alias partionē mulieris secundū naturam fieri existimasse. Iccirco eos nomīa parcis tribus fecisse a pariendo: & a nono: atq; decimo mēse. Nā parca inquit immutata litera una a partu nominata. Item nona & decima a partus tempestiui tempore. Cesellius autē uindex in lectionibus suis antiquis tria inquit noīa

Nona. Decima Morta. parcarū sunt: Nona: Decima morta. Et uersum hunc Liuij antiq̄ssimi poetæ ponit ex ὀδυσσεία. i. ulyssea. Quādo dies adueniet: quē profata morta ē. Sed homo minime malus Cesellius mortem quasi nomē accepit: quū accipere quasi mœrā deberet. Præterea ego de partu humano: p̄terq̄ quæ scripta in libris legi hoc qaoq; uenisse usu Romæ cōperi. Fœminam bonis atq; honestis moribus: nō ambigua pudicitia i xi. mense post mariti mortem peperisse. Factumq; esse negocium propter rationem temporis: quasi marito mortuo: postea concepisset: quoniam decemuiri in decimo mense gigni hominem: non in undecimo scripsissent. Sed diuum Hadrianum causa cognita

Hadrianus. decreuisse in. xi. quoq; mense partū edi posse. Id quoq; ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decer

to Hadrianus ita ſtatuere ſe dicit requiſitis ueterum philoſophorum: & medicorũ ſententiĳs. Hodie quoq; in ſatyra forte. M. Varronis legimus: quæ inſcribitur teſtamẽtũ uerba hæc. Si quis mihi filius: unus pluresue in decem menſibus gignuntur: ĳ ſi erunt ὀμοι λυρασ. ideſt aſini ad lyram ex hæredes ſunto. Quod ſi quis undecimo menſe: κατ᾽ ἀριστοτέλη. i. ſecundum Ariſtotelem natus eſto: Accio idè: quod Titio ius eſto apud me. Per hoc uetus prouerbium Varro ſignificat: ſicuti uulgo dici ſolitum erat: de rebus iter ſe nihil diſtãtibus. Idẽ Accĳ quod Titũ ita pari eodemq; iure eſſe in. x. menſibus natos & in. xi. Quod ſi ita neq; ultra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt: quæri oportet cur Homerus ſcripſerit Neptunum dixiſſe puellæ a ſe recens compreſſæ. Asini ad lyrã

Χαῖρε μυμφι λότητι περὶ πλωμέμου Δεμιαυτου.
τέξεισ αγλαα τεκμαεπει οὐκ αποφωλιοι ευμ αι.
αθαματωμ.

Nunc gaude dilecta aſt cum ſe euoluerit annus.
Illuſtres. neq; enim diuum cubilia uana.
Natos nixa dabis. Id quum ego ad compluris grammaticos attuliſſem partim eorum diſputabant: Homeri quoq; ætate: ſicuti Romuli annum fuiſſe non. xĳ. menſium: ſed. x. Alĳ conueniſſe Neptunno: maieſtatiq; eius dicebant: ut longiore tempore fœtus ex eo grandeſceret. Alĳ alia quædam nugalia. Sed Phauorinus mihi ait.

ϖηρίϖλωμενου ενιαυτου:idest uoluente
Affecta anno nõ cõfecto esse anno sed affecto. In qua re usus
uerbo nõ uulgariæ significatõis. Affecta em̃: sicuti.
M. Cicero: & ueterũ elegãtissimi locuti sunt: ea pro
priæ dicebãtur: quæ nõ ad finẽ ipsum: sed proxĩe fi
ni pgressa deductaue erãt. Hoc uerbũ ad hãc sentẽ
tiam Ciceronis in oratione fuit: quam dixit de pro
uinciis cõsularibus: Hippocrates aũt in eo libro (de
quo supra scripsi) quũ et numerũ dierũ: quibus con
ceptũ in utero coagulũ cõformatur: et tempus ipsius
partionis nono aut decimo mense definisset: neq id
tamẽ semper eadẽ esse fini dixisset: sed alias ocius
fieri: alias serius: hisce ad postremum uerbis usus est
γινεται δε εν τουτοισ και ϖλειω και
ελασσω και ολου· κατα μεροσ και
γινομενα δε και ϖλειω ϖλειονων· και
ελασσω ελασσονων. idest i hisce uero et
plura fiunt: et pauciora; et ex toto: et p ptes. Dicimus
etiã plura pluribus et pauciora paucioribus: quibus
uerbis significat quod aliquãdo ocius fieret: nõ mul
to tamen fieri ocius. Neq quod serius multo serius.
Memini ego romæ accurate hoc: atq sollicite quæsi
tum: negocio nõ rei tunc paruæ postulante: an. VIII.
mense infans ex utero uiuus editus. et statim mor
tuus ius trium liberorũ suppleuisset: quum abortio
quibusdã: nõ partus uideretur mensis octaui intem
pestiuitas. Sed quoniam de Homerico annuo partu
ac de XI. mense diximus quæ cognoueramus: uisum
est non prætereũdũ: quod in Plinii secũdi libro. VII.
naturalis historiæ legimus. Id aũt: quia extra fidem

ũ deri poteſt:uerba ipſius Pliniĩ poſuimus. Maſſuri Plinius
us auctor eſt. L. Papyrium pretorẽ ſecundo hærede
lege agente: bonorũ poſſeſſionem cõtra eum dediſſe
quũ mater partũ ſe.xiii.menſibus tuliſſe diceret: q̃m
nullũ certũ tempus pariendi: ſtatutũ ei uideretur. In
eodẽ lib. Plinij ſecundi uerba hæc ſcripta ſunt. Oſci-
tatio ĩ nixu lætalis ẽ: ſicut ſtrenuiſſe accĩ abortiuũ:

Quod tres libros Plato Philolai pythagorici
et Ariſtoteles pauculos Speuſippi philoſophi mer-
cati ſunt: pretiis fidẽ nõ capientibus. Cap. XVII.



Emoriæ mãdatũ eſt Platonẽ philoſophũ
tenui admodũ pecunia familiari fuiſſe.
Atq; cũ tamen tres Philolai pythagori
ci libros decem milibus Denarium mer-
catum Idei præciũ donaſſe quidã ſcripſerũt amicum Plato
eius Dionem ſyracuſanum. Ariſtotelẽ quoq; traditũ
libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt mortem
eius emiſſe talentis atticis tribus: ea ſumma fit num-
mi noſtri duo ꝯ.lxx.milia. τιμων amarulentus
librũ maledicentiſſimũ conſcripſit: qui σιλλοσ
Sillus inſcribitur. In eo libro Platonem philoſophũ
quem dixeramus admodum tenui pecunia famili-
ri fuiſſe contũelioſe appellat ꝙ: impẽſo precio librũ
pythagoricæ diſciplinæ emiſſet. Exq; eo Timæũ no
bilem illum dialogũ cõtinuaſſet. Verſus ſuper ea re
τιμώνοσ hi ſunt: και σὺ πλάτων καὶ
γὰρ σε μαθητην ο ποθοσ. εχεν. πολλων
δ αργυριων ολιγην ηλλαξασ βιβλο
ν οθεν ἀπαρχομενοσ γραφειν ἐδιδά
χθησ id eſt tuq; Plato Nam diſcipulum te dira

cupido Abstulit:exiguũ redimus grandi ære libellũ Scribere per quẽ orsus:præ doctus ab inde fuisti.

Quid sint pedarij senatores et quã ob causã; ita appellati: Quamq; habeant originẽ uerba hæc ex edicto translatio cõsulũ. Senatores quibusq; in senatu sententiam dicere licet.

Cap. XVIII.



On pauci sunt:qui opinantur pedarios senatores appellatos:qui sententiã in senatu nõ uerbis dicerent:sed in alienam sentẽtiã pedibus irẽt. Quid igitur quũ se.con.per dicessionẽ fiebat:nõne uniuersi senatores sniam pedibus ferebãt? At qui hæc etiã uocabuli istius ratio dicitur:quã. C. Bassus in cõmẽtarijs suis scriptam reliquit: Senatores.n.dicit in ueterũ ætate:qui curulẽ magistratũ gessissent:curru solitos honoris gratia in curia uehi:in quo curru sella esset:supra quam cõsiderẽt quæ ob eam causam curulis appellaretur Sed eos senatores:q magistratũ curulẽ nõdu; cœperãt:pedibus itauisse in curiã Propterea senatores nõdum maioribus honoribus functos pedarios noĩatos M.aũt Varro ĩ satyra Menipea.quæ ΙΠΠΟΚΥΩΝ. id est equi catella inscripta ẽ:equites quosdam dicit pedarios appellatos. Videturq; eos significare:q nõdum a censoribus in senatum lecti:senatores quidem non erant. Sed quia honoribus populi usi quidem erant:in senatum ueniebant:& sententiæ ius habebant. Nam & curulibus magistratibus functi : qui nondum a censoribus in senatum lecti erant:senatores non erant. Et qui in postremis scripti erant : non

Sella. Curulis

Pedarij senatores.

rogabantur sententias: sed quas principes dixerant in eas descendebant. Hoc significabat edictum quo nunc quoq; cõsules: quũ senatores in curiam uocant: seruandæ consuetudinis causam: translatio utũtur. Verba edicti hæc sunt. Senatores quibusq; in senatu sententiam dicere licet. Versum quoq; Laberij: in quo id uocabulum positum est: notari iussimus: quem legimus in mimo: qui scriptor inscriptus est caput sine lingua: pedaria sententia est. hoc uocabulum a plerisq; barbare dici animaduertimus: nã pro pedarijs pedaneos appellant. Pedanei

Qua ratiõe. C. Bassus. scripserit parcum hominem appellatum & quam eius uocabuli causam putarit: & contra quem in modum: quibusq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluserit

Cap. xix.



Pud Cœnã Phauorini philosophi quũ discubitum fuerat cœptusq; erat apponi cibus: seruus assistens mẽsæ eius legere inceptabat aut literarum quid græcarum: aut nostratium uelut eo die: quo affui: ego legebatur. C. bassi eruditi uiri liber de origine uerborum & uocabulorum. In quo ita scriptum fuit. Parcus composito uocabulo ductus est: quasi par arcæ: quando sicut in arca oĩa recõdunt: eiusq; custodia seruãtur: et continẽtur: ita hõ tenax: paruoq; cõtẽtus: oĩa custodita: et recõdita ha Parcus.

bet: sicuti arca: quã ob causam parcus: quasi par arcæ nominatus est. Tũ Phauorinus ubi hæc audiuit: superstitiose inquit: & nimis moleste atq; odiose cõ fabricatus: cõmolitusq; magis est originẽ uocabuli: C. iste Bassus: q̃ enarrauit. Nam si licet res dicere cõ mentitias: cur non probabilius uideatur. ut accipiamus parcũ ob eã causam dictũ q̄ pecuniam consumi atq; impẽdi arceat: & prohibeat: quasi pecuniarcus

Pecuniarcus.

Quin potius: quod simplicius inquit ueriusq; est id dicimus. Parcus enim neq; ab arca: neq; ab arcendo: sed ab eo quod est parũ: & paruũ denominatus est.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVARTVS.

Sermo quidam Phauorini philosophi cũ grãmatico iactãtiore factus in Socraticum modũ. Atq; ibi inter sermonem dictum quibus uerbis pœnus a. Q. Sceuola definita sit: q̄q; eadẽ definitio culpata: repræhensaq; sit. Caput primum.



IN uestibulo ædiũ palatinarũ omnis fere ordinũ multitudo opperiẽtes salutationem Cæsaris constiterant. atq; ibi in circulo doctorũ hominũ: Phauorino philosopho p̄sente: ostẽdebat q̄spiã grãmaticæ rei doctor: scholica quædã nugalia: die generibus & casibus uocabulorũ differens: cũ arduis supcilijs uocisq; et uultus grauitate composita: tanq̃ interpres & arbiter sibyllæ oraculorũ. Tum aspiciẽs ad Phauorinũ: q̃q̃ ei etiã nõdũ satis notus esset. Penus quoq; inquit uarijs generibus dictũ: &

uariæ declinatū eſt. Nā et hoc penus: & hæc penus: Penus
& huius peni: & peniris: et penitiris: et penoris ue Mundū
teres dictauerunt. Mundū quoq; muliebrē Lucilius in ſatyrarū: xvi. nō uirili genere (ut cæteri) ſed neu tro appellauit his uerſibus.

Legauit quidam uxori mundum omne: penumq;
Quod mūdum atq; penum? nā quis diiudicet iſtuc?

Atq; omniū horū et teſtimonijs: & exēplis cōſtrepe bat. Cūq; nimis ocioſe ſibi placeret intercessit placi te Phauorinus: & iā bone (īquit) magiſter quicquid eſt nomē tibi: abūde multa docuiſti: quæ quidē igno rabamus: et ſcire haud ſane poſtulabamus. Quid. n. refert mea eiuſq; quicum loquor: quo genere penum dicā: aut in quas extremas literas declinem: ſi nemo id: nō nimis barbare fecerit? Sed hoc plane indigeo adiſcere quid ſit penus: & quo ſenſu id uocabulū di catur: ne rem quotidiani uſus: tanq; qui in uenalibus latine loqui tētāt: alia q; oportet uoce appellē. Quæ ris (inquit iſte) rē minime obſcurā. Quis adeo igno rat penū eſſe uinū: & triticū: & oleū: & lentē: et fa bam: atq; huiuſcemodi cætera. Etiā ne (inquit Pha uorinus) meli: & panicū: et glās: et ordeū penus eſt? Sunt eñ ꝓpemodū hæc quoq; huiuſmodi. Cūq; ille reticēs hæreret: nolo īquit hoc iā labores: an iſta quæ dixi: penus appellentur. Sed poteſne mihi: nō ſpe ciem aliquā de penu dicere: ſed definire: genere ꝓpo ſito: et differētijs appoſitis quid ſit penus? Quot ſint penus genera: et quas differentias dicas: nō hercle in quit intelligo. Rē (inquit Phauorinus) plane dicā. Poſtulas quod difficilius eſt: dici planius. Nam hoc

quidem peruulgatum est:definitionem omnem : ex genere & differetia cōsistere. Sed si item mihi præ mandare(quod aiunt) postulas:faciam sane id quo ꝙ honoris tui habēdi gratia : atq; deinde ita exorsus est. Si inquit ego te nunc rogem : uti mihi dicas : & quasi circunscribas uerbis : quid homo sit : non opinor respondeas hominem esse te : atq; me. Hoc enim quis homo sit : ostendere est: non quid homo sit:dicere. Sed si inquit peterem : ut ipsum illud:quod homo est definires : tum profecto mihi diceres hoiem esse mortale animal rationis : & scientiæ capiens:uel quo alio modo diceres : ut eum a cæteris animalibus omnibus separares. Perinde igitur nunc te rogo ut quid sit penus dicas : non ut aliquid ex penu nomines. Tum ille ostentator : uoces iam molli atq; demissa: philosophias inquit ego non didici : nec discere appetiui. Et si ignoro:an ordeū ex penu sit:aut quibus uerbis penu definiatur non ea re : litteras quoꝙ alias nescio. Scire (inquit ridens iam Phauorinus)quid penus : sit non ex nostra magis est philosophia : ꝙ̄ grammatica tua. Meministi enim credo quæri solitum quid Virgilius dixerit penum instruere : uel longam uel longo ordine. Vtrunꝙ enim profecto scis legi solitum. Sed ut faciam:æquiore animo ut sis:ne illi quidem ueteris iuris magistri : qui sapientes appellati sunt: definisse satis recte existimantur : quid sit penus. Nam. Q. Scæuolam ad demonstrandam penum his

Penus. uerbis usum audio. Penus est inquit : quod esculen

tum: aut poculentum est. Quod enim ipsius pa-
tris: aut liberorum patrisfamilias: eiusq; familiæ
quæ circum eos: aut liberos eius est: & opus non
facit: causa paratum est (ut Mutius ait) penus uide-
ri debet. Nam quæ ad edẽdum bibendumq; in dies
singulos parandũ: aut cœnæ causa parantur: penus
non sunt. Sed ea potius. quæ huiusce generis longe
usionis gratia contrahuntur: & reconduntur ex eo:
ꝙ non in promptu sint: sed intus: & penitus habe-
antur: penus dicta sunt. Hæc ego inquit: quum phi-
losophiæ me dedissem: nõ insuper tamen habui di-
scere: quoniam ciuibus Romanis latine loquentibus:
rem non suo uocabulo demonstrare: non minus tur
pe esset: q̃ hominem non suo nomine appellare. Sic
Phauorinus sermones in genus commune: a rebus
paruis et frigidis abducebat ad ea: quæ esset magis
utile audire ac discere: non allata extrinsecus: non
per ostentationem sed in diem nata: acceptaq;. Præ
terea de penu ad scribendum hoc etiam putaui. Ser
uium sulpitium in repræhensis Scæuolæ capitibus
scripsisse: Saco helio placuisse: non quæ esui tãtum:
& potui forent: sed tus quoq; & cæteros in penu es
se. Quod esset eius ferme rei causa comparatũ. Mas-
surius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo etiam
quod iumentorum causa apparatum esset quibus
dominus uteretur penori attributum dicit. Ligna
quoq; & uirgas carbones quibus conficeretur pe-
nus quibusdam ait uideri esse in penu. Ex his autẽ
quæ promercalia & usuaria in locis iisdem essent
ea sola esse penoris putat quæ sint usui annuo.

Quid differāt et quā uim habeāt uocabula ista in edicto ædilium & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint diuersæq; super ea re sētētiæ Cap. II.

Erro

morbus

Eunuchus.

In edicto ædilium curuliū: qua parte de mancipijs uendundis cautū est: scriptū sic fuit. Titulus seruorū singulorū: ut scriptus sit: curato ita uti ītelligi recte possit: quid morbi uitijq; cuiq; sit. Quis fugitiuus: erro ue sit. Noxaue solutus nō sit. Præterea quæsierūt iurecōsulti ueteres: quid mancipiū morbosum: quid ue uitiosum recte diceretur? Quātūq; morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro: quē de edicto ædilium curulium composuit Labeonē refert: quid esset morbus hisce uerbis definisse. Morbus est habitus cuiusq; corporis cōtra naturam: qui usum eius facit deteriorē. Sed morbum alias in toto corpore accidere dicit: alias in parte corporis. Totius corporis morbū esse: ueluti φθίσις. i. tabes: aut febris. Partis autem: ueluti cæcitas: aut pedis debilitas. Balbus autem inquit: et athiphus uitiosi magis q̄ morbosi sunt: ut equus mordax: aut calcitro: uitiosus: non morbosus est: Sed cui morbus est: is uitiosus est. Neq; id tamen contra fit. Potest eñi qui uitiosus est nō morbosus esse. Quamobrem quum de homine morboso ageretur: nequaq̄ inquit ita diceretur: quanto ob id uitiū minoris erit. De eunucho quidem quæsitum est: an contra edictum ædilium uideretur uenundatus: si ignorasset emptor: eū eunuchū esse Labeonē respondisse aiunt: redhiberi posse? quasi morbosum. Sues aūt fœminas si steriles essent: &

uenum issent ex edicto ædilium posse agi: Labeonē scripsisse. De sterili autem muliere si natiua sterilitate sit. Trebatiū cōtra Labeonē respōdisse dicūt: Nā quū redhiberi eā Labeo: quasi minus sanā putasset: nō oportere aiūt Trebatiū ex edicto apposuisse: si ea mulier a pricipio genitali in sterilitate eēt. Ac si ualitudo eius offendisset: exq; ea uitium factum eēt: ut concipere fœtus nō posset: tum sanam non uideri et eē in eā redhibitiōis: de myope ϖερι μωλουμ i. de edētulo qui lusciosus latine appellat̄: quoq; dissensum est. Aliꝗ eñ redhiberi oīno oportere: Aliꝗ contra: nisi id uitiū morbo contractū esset. Eum uero cui dens deesset. Seruius redhiberi posse respōdit. Labeo in causa esse redhibendi: negauit. Nam & magna inquit pars dente aliquo caret. Neq; eo magis plæriq; homines morbosi sunt. Et absurdū admodum est dicere: nō sanos nasci homines: quoniā cū infantibus nō simul dentes gignūtur. Non prætereundū id quoq; in libris ueterum iurisperitorum scriptū eē morbum & uitium distare. Quod uitium perpetuum: morbus cum accessu: discessuq; sit: Sed hoc si ita est: neq; cæcus: neq; eunuchus morbosus ē: contra Labeonis (quā supra dixi) sententiam. Verba Massuriꝗ Sabini apposui: ex libro iuris ciuilis secundo. Furiosus mutusue: cui ue quod membrum lacerū: læsumq; est: aut obest: quo ipse minus aptus sit: morbosi sint. Qui nō longe uidet tam sanus est: q̄; ꝗ tardus currit

Lusciosus.

Vitium morbus

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante carbilianum diuortium: atq; inibi ꝗd sit pellex. Cap. III.


Emoriæ traditum est quingentis fere annis post Romam cōditam nullas rei uxoriæ: neq; actiones: neq; cautiones in urbe Roma: aut in latio fuisse: quia profecto nihil desiderabantur: nullis etiam tunc matrimoniis diuertētibus. Seruius quoq; sulpitius in libro quem composuit de dotibus. Tū primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse uisas scripsit: quū. Sp. Carbilius: cui ruga cognomētū fuit: uir nobilis diuortiū cū uxore fecit: q̄a liberi ex ea corporis uitio nō gignerētur: anno urbis conditæ quingentesimo uicesimo tertio. M. Atilio. P. Valerio consulibus: Atq; is Carbilius traditur uxorem: quā dimisit: egregie dilexisse: charissimāq; morū eius gratia: habuisse: & iurisiurādi religionē animo: atq; amori præuertisse: q̄ iurare a censoribus coactus erat uxorem se liberorū quærēdorum gratia habiturū. Pellicem autē appellatā; probrosamq; habitam eam quæ iuncta consuetaq; esset cum eo: in cuius manu mancipioq; alia matrimonii causa foret: hac antiquissima lege ostenditur: quam Numæ regis fuisse accepimus: Pellex ædem Iunonis non tanguto. Si tāgit: Iunoni crinibus dimissis: agnū fœmina; cædito. Pellex autē quasi ασπασλλαξ .i. talpa. i. quasi παλλᾶκισ .i. cōcubina: ut pleraq; alia: ita hoc quoq; uocabulum de græco flexū ē

Sp. carbilius ruga.

Pellex.

Quid seruius Sulpitius in libro: qui est de dotibus scripserit de iure atq; more ueterū sponsaliorū. Cap. IIII.

S Ponsalia in ea parte Italiæ: quæ latium appellatur: hoc more atq; iure solita fieri scrip

sit Seruius Sulpitius in libro: quem scripsit de dotibus. Qui uxorem inquit ducturus erat: ab eo unde ducenda erat: stipulabatur eã in matrimonium ductum iri. qui daturus erat: itidem spondebat daturũ. Is contractus stipulationum: sponsionumq; dicebat͂ sponsaria. Tum quæ promissa erat: sponsa appellabatur. Qui sponderat ducturũ: sponsus. Sed si post eas stipulatiões uxor nõ dabat͂ aut nõ ducebatur ꝗ stipulabatur: ex spõsu agebat. Iudices cognoscebãt. Iudex quamobrem data acceptaue non esset uxor: quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebatur: litem pecunia æstimabat. Quantiq; interfuerat eam uxorem accipi: aut dari: eum qui spopõderat: aut qui stipulatus erat condemnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus: quo ciuitas uniuersa Latio: lege iulia data est Hec eadem Neratius scripsit in libro: quem de nuptijs composuit. Spõsalia Sponsa Spõsus

Historia narrata de perfidia aruspicum etruscorum ꝙꝙ ob eam rẽ uersus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est. Malum consilium consultori pessimum est. Cap. V.

S Tatua Romæ in comitio posita Horatij Coclitis fortissimi uiri de cælo tacta est. Ob id fulgur piaculis luẽdũ aruspices ex etruria acciti: inimico atq; hostili ĩ populũ Romanũãio: instituerant eam rẽ cõtrarijs religiõibus procurare. Atq; illã statuã suaserũt ĩ iferiorẽ locũ ꝑperẽ trãspõi quẽ sol oppositu circũ undiq; aliarũ ediũ nũq̃ illustraret. Qđ quũ ita fieri ꝑsuasissẽt: delati ad populũ ꝓditiq; sũt. Et quũ de ꝑfidia cõfessi eẽnt: necati sũt Horatius Cocles

cōstitit4; eā statuā pinde: ut ueræ rationes post cōpertæ monebāt: in locū editū subducēdā. Atq; ita i area Vulcani sublimiori loco statuendā. Eaq; res bñ: & pspere reip. cessit. Tūc igitꝫ qꝫ in Etruscos aruspices male cōsulenteis aīaduersum: uindicatūq; fuerat uersus hic scite factus. cantatusq; pueris urbe tota fertur. Malum consiliū cōsultori pessimū ē: Ea historia de aruspicibus: ac ne uersu isto senario scripta est in annalibus maximis libro undecimo. Et i Verrij Flacci libro primo rerū memoria dignarū. Videt autē hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.

Η Δε κακη βουλη τω βουλευσαντι κακιστη.

Consultum male consultori pessima res est.

Verba ueteris senatusconsulti: ista: quo decretum est hostijs maioribus expiādū: qꝫ in sacrarium hastæ martiæ mouissent. Atq; ibi enarratū qđ sint hostiæ succidāeæ. Quid itē tpa pcidanea. Et qđ Capito Atteius ferias quasdā pcidaneas appellauit. Cap. vi.


T terrā mouisse nunciari solet: eaq; res procuratur: ita i ueteribus memorijs scriptum legimus: nūciatum esse senatui in sacrario: in regia: hastas martias mouisse. Eius rei causa senatuscon. factum est. M. Antonio Au. Posthumio cōsu. eiusq; exēplum hoc ē. Q đ. C. Iulius. L. filius pōti. nūciauit: i sacrario: in regia hastas martias mouisse: de ea re ita cēsuerunt. Vt. M. Antonius cō. hostijs maioribus Ioui: & marti procuraret: qꝫ cæteris dis: qbus uideretur placādis iui pcurasset: satis habēdum cēsuerunt. Si qđ succidaneis opus eēt

robigus accederet. Q̄d succidaneas hostias senatus appellauit: quaeri solet ꝙd uerbũ id significet. In Plauti quoq; cōoedia quae Epidicus inscripta ē: sup eodē ipso uerbo reqri audio ĩ his uersibus Men piacularē: op; fieri ob stultitiā tuā: ut meũ tergum stultitiae tuae subdas succidaneum. Succidaneae aũt hostiae dicũtur e litera ꝑ morē cōpositi uocabuli in i literā cōmutata. Nā quasi succedāeae appellatae. qm̄ si primis hostijs litatũ nō erat: aliae post easdē ductae hostiae caedebantur: quae quasi prioribus iā caesis luendi piaculi gratia subdebātur: & succedebātur: ob id succidaneae nominatae: litera i sc; tractim ꝓnunciata audio enī quosdā eam literā in hac uoce barbare corripere.

Eadē autem ratiōe uerbi Praecidaneae quoq; hostiae dicuntur: quae ante sacrificia solennia pridie caeduntur. Porca etiam praecidanea appellata: quā piaculi gratia ante fruges nouas fieri coeptas immolari Cereri mos fuit: siq familia funesta aut non purgauerant: aut aliter eam rem: q̄ oportuerat: procurauerāt Sed porcā & hostias quasdam praecidaneas: sicuti dixi appellari ulgo notum est. Ferias praecidaneas dici id opinor a uulgo remotum est: propterea uerba Attei Capitonis ex quinto librorum: quos de pontificio iure composuit: scripsi: Lib. Cornuacario pōtifice maximo feriae praecidaneae matrum diem inauguratae sunt. Collegium decreuit: non habendum religioni: quin eo die feriae praecidaneae essent.

De epistola Valerij Probi grāmatici ad Marcellū scripta sup accentu nōium quorundam punicorum. Cap. VII.

Succidaneae hostiae

Praecidaneae hostiae

Praecidanea porca

Praecidaneae feriae

Probus  Alerius Probus grammaticus inter suā ætatem præstanti scientia fuit. Is Annibalem: & Asdrubalem: & Hamilcarē ita pronunciabat: ut penultimam circū flecteret: ut testis est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautum & Ennium: multosq; alios ueteres eo modo pronunciasse affirmat. Solius tamen Ennij uersum unum ponit ex libro: qui Scipio inscribitur. Eum uersum quadrato numero factum subiecimus: in quo nisi tertia syllaba de Annibalis nomine circunflexe ponatur numerus claudus est.

Versus Ennij: quem dixit: ita est.

Qui propter annibalis copias considerant.

Quid. C. Fabritius de Cornelio Rufino homine auaro dixerit. Quem quum odisset: inimicusq; esset: designandum eum consulem curauit. Cap. viij.

Fabritius. Rufinus.  Abritius lucinus magna gloria uir uir magnisq; rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus manu q̄dē strenuus & bellator bonus: militariq; disciplinæ pitus admodū fuit. Sed furax homo & auaritia acri erat. Hunc Fabritius nō probabat: neq; amico utebatur. Osusq; eam morum causa fuit. Sed quum temporibus reipu. difficillimus consules creandi forent: & is Rufinus peteret consulatum: competitoresq; eius essent imbeles quidem: & futiles summa ope adnixus est Fabritius: uti Rufino consulatus deferretur. Eam rem plærisq; admirantibus. q̄ hominem auarum: cui esset inimicissimus: creari consulem peteret: quem hostiliter oderat. Fabritius inquit: mihi est:

quod miremini: si malui compilari: q̄ uenire. Hunc Rufinum postea bis cõsulatu: & dictatura functũ censor Fabritius senatu mouit: ob luxuriæ notã: ꝙ decẽ pondo argẽti factitaret. Id autẽ quod supra scripsi: Fabritiũ de cor. Rufino ut ĩ pleræq; historia scriptũ est: dixisse. M. Cicero: nõ aliis a Fabritio. s; ipsi Rufino: gratias agẽti: ꝙ eius gratiã dedignatus nõ esset: dictum esse refert: in libro secundo de oratore. Verba Ciceronis hæc sunt. Arguta etiam significatio est. cũ parua re: & sæpe uerbo: res obscura. & latens illustratur: ut quũ. C. Fabritio. P. Cornelius homo (ut existimat̃) auarus: et furax: s; egregie: fortis et bonus ĩperator g̃ras ageret: ꝙ si hõ inimicus cõsulẽ fecisset bello præsertĩ magno et graui: nihil est quo mihi g̃ras agas iq̃t: si malui cõpilari: q̄ uenire.

Quid significat proprie religiosus. Et in quæ diuerticula significatio istius uocabuli flexa sit, Et uerba Nigidii Figuli ex commẽtariis eius ea super ea re sumpta. Cap. IX.

n Igidius Figulus hõ (ut ego arbitror) iuxta M. Varronẽ doctissimus: in. xi. cõmẽtariorũ grãmaticorũ uersũ ex ãtiquo carmine refert memoria hercule dignũ. Religentẽ esse oportet: religiosum nefas. Cuius aũt id tamẽ sit non scribit. At in eodẽ loco Nigidius hoc inquit inclinamẽtũ sempꝫ huiuscemodi uerborũ: ut uinosus mulierosus: religiosus nũmosus: significat copiam quadã immodicam rei: super qua dicitur: Quo circa religiosus is appellabatur: qui nimia et superstitiosa religione sese alligauerat. Eaq; res uitio assignabatur. Sed præter si-

Nigidius. figulus
Religẽs
Religiosus.
Religio

Dies Religiosa delubra. Nefasti dies.

ista q̃ Nigidius dicit: alio quodam diuerticulo significationis: religiosus pro casto: atq; obseruanti cohibētiq; sese certis legibus: finibusq; dici cœpus. Simili aũt modo: illa quoq; uocabula ab eodẽ profecta origine: diuersum significare uidẽtur. religiosi dies et religiosa delubra. Religiosi enim dies dicũtur tristi omine infames: impeditiq;: in quibus et res diuinas facere: et rẽ quãpiam nouã exordiri tẽperãdum est: quos multitudo imperitorũ: praue: et perperã nefastos appellant. Itaq; Marcus cicero in libro epistolarum. ix. ad Atticũ maiores inquit nostri funestiorem diẽ esse uoluerũt haliensis pugnæ: q̃ urbis captæ: q; hoc malũ ex illo. Itaq; alter religiosus etiã nunc dies: alter in uulgus ignotus. idẽ tamẽ. M. T. in oratione de accusatore cõstituẽdo: religiosa delubra dicit: non ominosa nec tristia: sed maiestatis uenerationisq; plena Massurius aũt Sabinus in cõmentariis: quos de indigenis cõposuit. Religiosum inquit est: quod propter sanctitatẽ aliquã remotũ: ac se positũ a nobis est. Verbũ a relinquẽdo dictũ: tanq; cerimoniæ a carẽdo. Secũdũ hanc Sabini interpretationẽ tẽpla quidẽ ac delubra: quia horũ cumulus in uituperationẽ nõ cadit: nec illorũ quoq; laus imodesta est: q̃ nõ uulgo: ac temere: s; cũ castitate: cerimoniaq; adeũda & reuerẽda et reformidãda sunt: magis q̃ inuulgãda. Sed dies religiosi dicti quos ex cõtraria causa propter ominis diritatem relinquimus. Iccirco ait Terentius eunucho. Tum quod dem: recte est: Nã nihil eẽ mihi religio ẽ dicere. Quod si (ut ait Nigidius) omnia istius modi inclinamẽta: nimiũ ac præter modũ

Cerimoniæ.

significãt: et iccirco in culpas cadũt: ut uinosus mu- lierosus: uerbosus. morosus: famosus. Cur igeniosus et formosus: & officiosus: et speciosus: quæ pariter ab ingenio & forma: et officio inclinata sunt: cur etiã disciplinosus: consiliosus: uictoriosus: quæ. M. Cato ita effigurauit: cur item facũdiosa quod Sempronius Asellio. xiiii. rerum gestarũ ita scripsit. Facta sua spectari oportere: dicta non: si minus sint facũdiosa: cur inquã ista oĩa: nunq̃ in culpã sed in laudẽ dicũtur: q̃q̃ hæc quoq; incremẽtum sui nimiũ demõstrarent? An propterea quia illis quidem q̃ supra posui adhibendus est modus quidã necessarius? Nã et gratia si nimia quidẽ atq; immodica: et mores: si multi atq; uariĩ: et uerba: si perpetua: atq; infinita: et obtũdẽtia: et fama si magna. & inquieta: et inuidiosa sit neq; laudabilia: nec utilia sunt Ingeniũ autẽ: et officiũ: et forma: et disciplina: et consilium: et uictoria et facundia: sicut ipse uirtutũ ãplitudines nullis finibus cohibẽtur. Sed quanto maiora: auctioraq; sunt etiam tanto laudatiora sunt. Noĩa in osus.

Quid obseruatũ de ordine rogandarũ sentẽtiarũ: iurgiorũq; in senatu. C. Cæsaris cõsulis: & M. Catonis diẽ dicẽdo eximẽtis. Cap. X.



Nte legem: quæ nunc de senatu habendo obseruatur: ordo rogãdi sententias uarius fuit. Alias primus rogabat: quia a sensoribus princeps in senatu; lectus fuerat. Alias qui designati consules erant. Quidam e consulibus: studio aut necessitudinæ aliqua adducti quẽ iis uisum erat honoris gratia extra ordinẽ sentẽ

tiā primū rogabāt. Obseruatū tñ est quū extra ordinē fieret nequis quēq; ex alto q̄; ex cōsulari loco sententiā primū rogaret. C. Cæsar in cōsulatū quē cum M. Bibulo gessit quatuor solos extra ordinē rogasse snīa; dicit. Ex ijs quatuor principē rogabat. M. Crassuz. S; postq̄; filiā Cn. Pōpeio despōderat primū cœpat Pōpeiū rogare. Eius rei rōnē reddidisse eū senatui Tyro Tullius. M. Cicerōis libertus refert itaq; se ex patrono suo audisse scribit idipsum Capi Atteius in libro quem de officio senatorio cōposuit scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis id quoq; scriptum est. C. inquit Cesar consul. M. Catonem sententiā rogauit. Cato rem quæ consulebatur quoniam non e repu. uidebatur perfici nolebat. Eius rei gratia ducendæ longa oratione utebatur. Eximebatq; dicendo diem. Erat enim ius senatori ut sententiā rogatus diceret ante quicquid uellet aliū rei: et quoad uellet. Cæsar consul uiatorē uocauit. cumq; quū finem non faceret: prehendi loquentem: & in carcerem duci iussit. Senatus cōsurrexit: & prosequebatur Catonem in carcerem. Hac inquit inuidia facta Cæsar destitit: & mitti Catonem iussit.

C. Cæsar | Tyro Tullius | Cato

Quæ qualiaq; sint: quæ Aristoxenus: quasi magis cōperta de Pythagora memoriæ cōmēdauit. et quæ Plutarchus in eūdē modū de eodē Pythagora scripserit. Cap. xi.



Pinio uetus falsa occupauit et conualuit: Pythagorā philosopū non exitauisse ex animalibus. Itē abstinuisse fabulo: quem κιαμον græci appellant. ex hac opi

Pythagoras

nione callimachus poeta scripsit. καῖ κυαμον απο χειρασ εχεν αμιωντῶν εδεσθαι καγω. πιθαγορασ ωσ εκελευε λεγω A fabul oq; manus tristante amouit edentes. Hoc ut Pythagoras iusserat ipse loquor. ex eadem item opinione. M. Cicero in libro de diuinatione primo: hæc uerba posuit. iubet igitur Plato sic ad summum proficisci corporibus affectis: ut nihil sit: quod errorem animis: perturbationemq; afferat. Ex quo etiã Pythagoreis interdictũ putatur ne faba uescerentur. quæ res habet inflationẽ magnã. Is cibus tranquillitatem mẽtis quærẽtibus cõstat esse cõtrarius. Hæc quidem M. Cicero. S; Aristoxenus musicus uir literarũ ueterũ diligẽtissimus: Aristotelis philosophi auditor in libro quẽ de Pythagora reliquit: nullo sæpius legumẽto Pythagoram dicit usum q̃ fabis. quoniam is cibus & et subduceret sensim aluũ et leuigaret. Verba ista Aristoxeni subscripsi. πυθαγορασ λεγων οσπριων. μαλιστα τον κυαμων εδοκιμασε λίαν κηκτικον τε γαρ ειναῖ και διαφορητικον διὸ και μαλίστα κεχρεται αυτω. i. quum dicat Pytagoras in legumentis fabam præcipue approbauit: admodum enim genitalem esse & alui discussiuam quam ob rem ea maxime utitur. Porculis quoq; minusculis. & hædis tenerioribus uictitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem uidetur cognouisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo: & ex quibusdam aliis natu maioribus: qui ab ætate Pythagoræ haud multũ aberãt. Ac de animalibus Alexis etiã poeta in

Faba nociua

comœdia: quæ pythagoræ uita inscribitur docet. Videtur autẽ de κυαμω.i.de faba: nõ esitato causam erroris fuisse: quia in Empedoclis carmine: qui disciplinas Pythagoræ sectatus est uersus hic inuenitur.

δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.

Ah miseri a cyamo miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt plerique κυάμων legumentum uulgo dici. Sed qui diligentius scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt κυάμους hoc in loco testiculos significare dicunt: Eosque more Pythagoræ operte atque symbolice κυάμους appellatos quia sunt: εἰς τὸ κυεῖν δεινοί. καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν.i.in ferendo utero ualidi causeque uteri ferendi: & geniture humanæ uim præbeant. Iccirco Empedoclem uersu isto non a fabulo edẽdo: sed a rei ueneriæ proluuio uoluisse homines deducere. Plutarchus quoque homo in disciplinis graui auctoritate in primo librorum quos de Homero composuit Aristotelẽ philosophum scripsit: eadẽ ipsa de pythagoricis scripsisse: qui nõ abstinuerunt edundis animalibus. nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi (quoniam res inopinata est) subscripsit.

ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλύφης. καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικοὺς χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. Id est Aristoteles a uulua corde & marina urtica: atque id genus quibusdam aliis abstinere pythagoricos dicit: cæterorũ aũt usum habuisse. ἀκαλύφη

ἀκαλύφη

autem est animal marinum: quod urtica appellatur Vrtica
Sed & piscibus nonnullis abstinere pythagoricos. Plutarchus in symphonicis dicit. Pythagoram uero ipsum. sicut celebre est. Euphorbũ primo se fuisse: dictasse: ita hæc remotiora sunt ijs quæ Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderunt: fuisse eũ postea Pyrandrum: deinde Callidenam: deinde fœminam pulchra facie meretricem. cui nomen fuerit Alce.

Notæ et animaduersiones censoriæ in ueteribus monumẽtis repertæ memoria dignæ. Cap. xij.

SI quis agrũ suũ. passus fuerat sordescere: eũq; indiligenter curabat: ac neq; arauerat neq; purgauerat: siue quis arborẽ suã uineãq; habuerat derelictui: nõ is sine pœna fuit. S; erat opus cẽsoriũ. Censoresq; ærariũ faciebãt. Itẽ si quis eques romanus equum habere gracilentum: aut parũ nitidum uisus erat: impolitiæ notabãt. Id uerbũ significat: (quasi tu dicas) icuriæ. Cuius rei utriusq; auctoritates sunt: et. M. Cato id sæpenumero attestatus est Impolitia.

Quod incẽtiones quædã tibiarũ certo modo factæ ischiadicis mederi possunt. Cap. XIII. Ischiadici.

CReditũ hoc a plærisq; est & memoriæ mãdatũ ischiadici quũ maxime doleãt tũ si modulis lenibus tibicẽ incinat: minui dolores. Ego nuprime ĩ libro Theophrasti scriptũ ĩueni: uiparũ morsus sib tibicinẽ scite: modulateq; adhibitũ mederi Refert et Eemocriti liber: qui inscribiĩ ϖερι λοιμων η λοιμικων καιρων. i. de pestibus: aut rationalium regula. Inquo docet plurimis hominum morbis medicinã fuisse incentiones tibiarum. Tanta

prorsus est affinitas corporibus hoim:mẽtibusq;:& propterea quoq; uitijs:aut medelis iaorũ:et corporũ

Narratur historia de Hostilio Mãcino ædili:& Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorum ad quos a Manulia pro uocatũ est. Cap.XIIII.

q Vum librũ.ix.cõiectaneorũ Attei Capitonis legeremus qui inscriptus est de iudicijs publicis:decretũ tribunorũ uisum ẽ grauitatis antiquæ plenũ:propterea id meminimus:Atqui ob eã causam et in hãc sentẽtiã scriptũ est. A. Hostilius Mãcinus ædilis curulis fuit: Is Manuliæ meretrici diẽ ad populũ dixit:q de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. Vulnusq; ex eo lapide ostẽtabat. Manulia ad tri.ple.prouocauit. Apud eos dixit:Comesatorẽ Mãcinũ ad ædes suas uenisse. Eũ sibi recipere nõ fuisse in æde sua. Sed quũ ui irrũperet:lapidibus depulsum. Tribuni decreuerũt ædilẽ ex eo loco iure deiectũ:quo eũ uenire cũ coronario nõ decuisset. Propterea ne cũ populo ædilis ageret:intercesserunt.

Hostilius. Mancinus Manulia meretrix

Defensa a culpa sententia ex historia Sallustij: quã inimici antea cum insectatione maligna reprehenderũt. Cap.XV.

e Legãtia oratiõis Sallustij:uerborũ facũdia et nouãdi studiũ cũ multa prorsus inuidia fuit. Multiq; non mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraq; et obtrectare. In quibus plura inscite:aut maligne uellicãt. Nõnulla tamẽ uideri possunt:nõ indigna reprehẽsione. Quale illud in catilinæ historia repertũ est quod habeat eã speciẽ:quasi parũ attẽte dictũ. Verba Sallustij

Sallustius.

hæc sunt. At mihi quidem tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorē et auctorē rerū: tamen in primis arduū uidetur res gestas scribere. Primū quod facta dictis exæquanda sunt. Deinde quia plerique quæ delicta reprehenderis: maliuolentia: et inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atque gloria bonorū memores: quæ sibi facilia quisque factu putat: æquo animo accipit. Supra ueluti ficta pro falsis ducit. Proposuit inquiūnt dicturū causas: quamobrem uideatur eē arduū res gestas scribere: atque ibi nō primū causam: sed querelas dicit. Nō enim causa uideri debet: cur historiæ opus arduū sit: quod ij qui legāt: aut inique interptātur quæ scripta sunt: aut uera eē nō credāt. Obnoxia quippe: et obiectā falsis existimatiōibus eā rē dicēdā: magis aiūt quam arduā: quia quod arduū est: sui operis difficultate ē arduū: nō opinionis alienæ erroribus. Hæc illi maliuoli repræhēsores dicūt: Sed arduū Sallustius nō pro difficili tm̄: sed pro eo quoque ponit quod græci Διοχερεσ: aut χαλεωοψ appellāt: quod est cū difficile: tū molestū quoque: et incōmodū: et intractabile. Quorū uerborū significatio a sentētia Sallustij suprascripta non abhorret. Arduū.

De uocabulis quibusdam a Varrone: et Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinē declinatis. Atque inibi id genus quædam cum exemplis ueterum relata. Cap. XVI.



Arronem et P. Nigidium uiros romani generis doctissimos cōperimus non aliter locutos esse: et scripsisse: quam senatuis: et domuis: et fluctuis qui est patrius casus ab eo: quod est senatus: domus et fluctus Gti et dti qua te declinatiōise.

Senatuis huic senatui domui fluctui. Cæteraq; his consimilia pariter dixisse. Terētij quoq; comici uersus in libris
Domuis ueteribus itidē scriptus est. Eius anuis opinor causa
Fluctuis. quæ est mortua. Hanc eorum auctoritatem quidam e ueteribus grammaticis ratione etiā firmare uolue
Anuis. rūt: q̄ oīs datiuus singularis litera finitus. i. si non similis est genitiui singularis s litera addita: genitiuum singularem facit: ut patri patris: duci ducis: cædi cædis. Quum igitur īquiūt in casu dandi huic senatui dicamus: genitiuus ex eo singularis senatuis est: & non senatus. Sed nō omnes concedunt in casu datiuo senatui magis dicendum: q̄ senatu: sicut Lucilius in eodem casu uictu et anu dicit: non uictui et anui: in hisce uersibus. Quod sumptum atq; epulas uictu præponis honesto. Et alio ī loco Anu noceo inquit. Virgilius quoq; in casu dandi aspectu dicit: nō aspectui. Teq; aspectu ne subtrahe nostro. Et in georgicis. Quod neq; concubitu indulgent. C. autem Cæsar grauis auctor linguæ latinæ: in anticatone: unius (inquit) arrogantiæ: superbiæq;: dominatuq;:. Item in Dolobella actionis allibuisti: quorū in ædibus fanisq; posita & honori erant & ornatu. In libris quoq; analogicis omnia illiusmodi sine i litera dicenda censet.

De natura quarūdā pticularū quæ præpositæ uerbis ītēdi atq; pduci barbare atq; īscite uidēt exēplis rationibusq; plusculis disceptatū. Cap. XVII.

Lucilij ex undecimo uersus sunt.

L Scipiade magno īprobus obijciebat asellus
Lustrū illo cēsore malum infœlixq; fuisse.

Obiiciebat o litera producta multos legere audio. Id Obiitio
q; eo facere dicunt ut ratio numeri ſalua ſit. Idem in
fra: Et id. Coniicere in uerſus dictũ præconis uolebã Cõiicio
Graii. In hac quoq; prima uerbi præpoſitiõe ob ean
dem cãm ꝓducit. Itẽ quintodecimo. Subiicit hinc hu
milẽ: & ſuffercatus poſteriorem. Subiicit u litera lõ
ga legũt: quia primã ſyllabam breuem eſſe in uerſu
heorico nõ conuenit. Item apud Plautum in Epidi
co con ſyllabam productam pronunciant. Age nũc
iam ornate Epidice & pallium in collum coniice.
Apud Virgilium quoq; ſubiicit uerbum producta
pleriſq; audio. Etiam parnaſia laurus Parua ſub
ingenti matris ſe ſubiicit umbra. Sed neq; ob: neq;
ſub præpoſitio producendi habent natu neq; item
conniſi quum eam literæ ſequuntur: quæ in uerbis
conſtitui: & cõſecit: ſecundum eam primæ ſunt: uel
quũ eliditur ex ea n. litera: ſicut Salluſtius fœnori-
bus inquit coopertus. In iis autẽ quæ ſupra poſuit: et
metrum eſſe integrum poteſt: & præpoſitiões iſtæ
poſſunt non barbare protendi. Secunda enim litera
in his uerbis per duo ii non ꝑunũ ſcribenda eſt. Nam
uerbum iſtuc cui ſupradictæ particulæ præpoſitæ
ſunt: nõ icio eſt: ſed iacio: & præteritum non icit fa-
cit: ſed iecit. Idq; ibi compoſitũ eſt: ex a litera quæ in
i mutatur. Sicut fit in uerbis inſilio: & incipio: atq;
ita uim cõſonantis capit. Et iccirco ea ſyllaba produ
ctius: latiuſq; paulo pronunciata priorem ſyllabam
breuem eſſe non patitur. Sed reddit eam poſitu lon
gam. Propterea & numerus in uerſu: & ratio in ꝓ
nunciatu manet. Hæc quæ diximus. eo etiã conducũt

ut quod apud Virgilium in.vi.positum inuenimus.
Iniice. Eripe me his inuicte malis;aut tu mihi terrã iniice.
Sic eẽ iniice(ut supra dixi)et scribẽdũ et legẽdũ scia
mus.Nisi qs tã indocilis ẽ:ut ĩ hocquoq; uerbo:ĩ præ
positionẽ metri causa protendat.Querimus igitur ĩ
obiicibus o litera qua ratione intendatur:quum id uo
cabulum factũ sit a uerbo obiicio:& nequaq; simile
sit:quod a uerbo moueo motus:o litera longa dicitur.
Equidem memini Sulpitium Apollinarem uirum
præstanti literarũ sciẽtia:obices:& obicibus o litera
correpta dicere in Virgilio quoq; sic eũ legere.Qua
ui maria alta tumescant Obiicibus ruptis:sed ita ut
Obiicibus subiices dixímus i literã quæ in uocabulo quoq; gemina esse
debet:paulo uberius:largiusq; pronunciabat. Con
gruens igitur est.& subiices etiam quod perinde ut
obiices cõpositum est u litera breui dici oporteat.En
nius in tragœdia:quæ Achilles inscribitur : subiices
pro aere alto ponit:q cælo subiectus ẽ ĩ his uersibus.
Ergo deum sublimis subiices:humidus
Vnde oritur hymber:sonitu sæuo:et strepitu. Plærosq;
omnis tamẽ legere audias u litera producta.Idip
sum autem uerbum.M.Cato sub alia præpositione
dicit in oratione:quam de consulatu suo habuit. Ita
hos inquit fert uentus ad priorem pyreneum : quos
proiicit in altum.Et Pacuuius item in Anchise:id p
montorium:cuius lingua in altum proiicit.

De Africano superiore sumpta quædam ex an
Scipio africãus nalibus memoratu Dignissima. Cap.XVIII

Cipio Africanus antiquior quanta uirtutũ
S gloria præstiterit:et qua fuerit altus animo

atq; magnificus:et qua sui cōscientia subnixus:plu-
ribus rebus:quas dixerit: quasq; fecerit daclaratum
est.Ex quibus sunt hæc duo exempla eius fiduciæ ac
exuperantiæ ingentis.Quum.M.Neuius tri.ple.ac
cusaret eum ad populum:diceretq; accepisse a rege
Antiocho pecuniam:ut cōditionibus gratiosis:et mol
libus pax cum eo:populi romani nomine fieret. Et
quædam item alia crimini daret:in digna tali uiro:
tum Scipio pauca præfatus:quæ dignitas uitæ suæ:
atq; gloria postulabat.Memoria(inquit)quirites re
peto diem esse hodiernum:quo Annibalem pœnum
imperio nostro inimicissimū:magno prœlio uici in
terra africa:pacēq; & uictoria uobis peperi inspera
bilem.Nō igitur simus aduersum deos ingrati. Sed
censeo relinquamus nebulonem hunc:eamusq; nunc
protinus Ioui optimo maximo gratulatum.Id quuq; Scipio.
dixisset:auertit:& ire in capitolium cœpit.Tum con
cio uniuersa quæ ad sententiam de Scipione feren-
dam conuenerat:relicto tribuno:Scipionem in capi
tolium comitata:atq; inde ad ædes eius cum lætitia
& gratulatione solenni prosecuta est.Fertur etiam
oratio quæ uidetur eo die habita a scipione:& qui
dicunt eam non ueram:non eunt inficias:quin hæc
quidem uerba fuerint:quæ dixi scipionis.Item aliud
est factum eis præclarum. Petilius quidam tri.ple.
M(ut aiunt) Catone inimico Scipionis compara-
tus in eum atq; immissus desyderabat in senatu in
stantissime:ut pecuniæ antiochenæ prædæq; quæ
in eo bello capta erat:rationem redderet. Fue-
rat enim.L.scipioni asiatico fratri suo impe-

ratori:ĩ ea prouincia legatus. Ibi Scipio exurgit: & prolato e sinu togæ libro: rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ: omnisq; p̃dæ: ille tum ut palã recitaretur: & ad erarium deferretur. Sed enim id iam non faciam inquit: nec meipse afficiam cõtumelia. eumq; librum statim coram discidit suis mãibus et concerpsit: ægre passus q̃ cui salus ac imperiũ rei publicæ accepta fieri deberet: ab eo ratio pecuniæ prædaceæ posceretur.

p̃dacea

Quid. M. Varro in longa historia scripserit: de moderando uictu puerorum impubium.

Cap. XIX.

Impuberum educatio



Veros impuberes compertu; est: si plurimo cibo: nimioq; somno uterentur hebetiores fieri: animaduertimusq; hinc elici tarditatẽ. Corporaq; eorũ improcera fieri minusq; adolescere. Idẽ plæriq; alij medicorũ: philosophorũq;: & M. Varro in lõga historia scripsit: quæ ĩscripta ẽ Capis: aut de liberis educãdis

Notati a censoribus: qui audientibus ijs dixerant ioca quædem intẽpestiuiter. ac de eius quoq; nota deliberatũ: qui steterat forte apud eos oscitabundus.

Cap. XX.



Nter censorias seueritates tria hæc exẽpla in literis sunt castigatissimæ disciplinæ. Vnũ est huiusmodi. Censor agebat de uxoribus solẽne iusiurandũ. Verba hæc erant ita concepta. & tu ex animi tui sentẽtia uxorẽ habes: Qui iurabat cauillator quidã: & canicula: & nimis ridicularius fuit. is locum eẽ sibi ioci

dicendi ratus: quum ita (ut mos erat) cēsor dixisset et tu: ex animi tui sententia uxorem habes? habeo eqdē (inqu it) uxorē: sed non hercle ex animi tui snīa. Tū censor eū: q̄ intēpestiue lasciuisset in ærarios retulit. Causamq; hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Altera seueritas eiusdem sectæ disciplinæq; est: deliberatū est de nota eius qui ad censores ab amico aduocatus est: & in iure stans: clare nimis ac sonore oscitauit. Atq; inibi ꝑpe ut plecteretur: fuit tanq̄ illud indiciū uagi animi foret. & hallucinãtis: & flexæ: atq; aptæ securitatis. Sed quū ille deierasset: inuitissimū sese: & repugnantem oscitatione uictū. Teneriq; eo uitio: qđ oscedo appellatur: tū notæ iā destinatæ exēptus est. P. Scipio Africanus Pauli filius utraq; historiā posuit: ī oratiōe: quā dixi ī cēsura: quū ad maiorū mores populū hortaretur. Item aliud refert Sabinus Massurius: in septio memorali seuere factū. cēsores inqt. P. Scipio Nasica: & M. Pōpilius quū equitū cēsum agerent: equū nimis strigosum: & male habitū: sed equitē eius uberrimum: & habitissimū uiderūt. Et cur inquiūt ita ē: ut tu scis: q̄ equus curatior Q̄m̄ (inqt) egome curo: equū Statius meus seruus. Visu; ē parū reuerē; cē m̄sum: relatusq; ī ærarios: ut mos est. Statius autem seruile nomen fuit: plæriq; apud ueteres serui eo nomine fuerunt, Cecilius: quoq; ille comœdiarum poeta inclytus seruus fuitr & propterea nomen habuit Statius Sed postea uersum ē ī cognomētū appellatusq; ē Cecilius Statius.

Oscedo uicium.

Staius.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMETNRARII LIBER. V.

Quam Ausonius philosophus repræhendit improbauitq; laudari philosophum differentem a uociferantibus: & in laudãdo gestientibus. Cap. I.

Ausonius philosophi



Vsoniũ philosophũ solitũ dicere accepimus: quũ philosophus inquit hortatur: monet: suadet: obiurgat: aliudue quid disciplinarum differit: tũ qui audiunt si de summo: & soluto pectore: obnias ulgatasq; laudes effutiunt si clamitant et si gestiunt: si uocum eius festiuitatibus: si modulis uerborum: si quibusdam quasi frequentamẽtis orationis mouentur: exagitatur: & gestiũt: tũ scias & q audiunt frustra cẽ: neq; illic philosophũ loq: sed tibicinẽ canere. Animus is inqt audiẽtis philosophũ: q̃ dicũtur utilia: ac salubria sunt & errorũ atq; uitiorũ medicinas ferũt: laxamẽtũ atq; ociũ plixe: pfuseq; laudãdi nõ hẽt (qsqs ille est) qui audit: nisi ille plane deperditus inter ipsam philosophi orationẽ: et phorrescat necesse est: & pudeat tacitus: & pœniteat: & gaudeat: & admiretur: uarios adeo uultus: disparilesq; sensus gerat: perinde ut eum cõscientiaq; eius affecerit: utrarũq; animi partiũ: aut sincærarum: aut ægrarũ philosophi ptractatio. Præterea dicebat magnã laudem nõ abesse ab admiratõe. Admirationẽ aũt: q̃ maxima ẽ: nõ pere uerba ß silẽtiũ. Iccirco inqt poetarũ sapiẽtissimus auditores illos Vlixi labores suos illustrissime narrãtis: ubi loquẽdi finis factus: nõ exultare: nec strepere: nec uociferari facit. Sed cõsiluisse uniuersos dicit: quasi attõitos: et obstupidos: delinimẽtis

aurium ad origines usq; uocis permanantibus.

Sup equo Alexādri Regis: q bucephalas appellatus est. Cap.ii. Bucephalas

Quus Alexandri Regis & capite: et nomine bucephalas fuit. Emptum eares scrip sit talentis. xiii. & regi philippo donatum. æris nostri summa est sestertia: cccxii. Sup hoc equo dignum memoria uisum. q ubi ornatus erat: armatusq; ad prælium: haud unq̄ inscēdi sese ab alio nisi a Rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est: quod quum in eo insidēs Alexāder bello indico: & facinora faciens fortia: in hostiū cuneū (nō satis sibi puidēs) immisisset: cōiectisq; undiq; i alexādrū telis uulneribus altis in ceruice: atq; in latere equus pfossus est. Moribundus tamē ac ppe id exanguis e mediis hostibus regē uiuacissio cursu rettulit atq; udi eū extra tela extulerat: ilico cōcidit et domini iā supstitis securus: quasi cū sensus humani solatio aīam expirauit. Tū rex Alexāder parta eius belli uictoria opidū in iisdem locis cōdidit: atq; ob equi honores bucephalon appellauit. Bucephalon

Quæ causa: quodq; initiū fuisse dicatur Protago opi. ræ ad philosophiæ literas adeundi. Cap. iii.

PRotagorā uirū in studiis doctrinarū egregiū cuius nomē Plato libro suo illi inclyto inscripsit. Adolescētē aiunt uictus quærēdi gratia i mercede missū Vecturasq; onerū corpe suo factitauisse. qd genus græci βαστα ζοφτασ uocāt. Latine baiulos appellamus. Is de pximo rure i abderā oppidū: cuius popularis fuit: caudices ligni plurimos

Protagoras Batulus

funiculo breui circundatos portabat. Tum forte Democritus ciuitatis eiusdem ciuis homo ante alios uirtutis: & philosophiæ gratia uenerãdus: quũ egrederetur extra urbem: uidet illum cũ illo genere oneris tã impedito: ac tã incoibili: facile: atq; expedite incedẽtem. Et prope accedit: et iuncturã: posituramq; ligni scite: periteq; factam considerat Petitq; ut paulũ acquiescat. Quod ubi protagoras: ut erat petitum fecit: atq; itidẽ Democritus aceruũ illũ: et quasi orbẽ caudicum: breui uinculo cõpressum ratiõe quadã quasi geometrica librari: contineriq; aiaduertit: interrogauit quis id lignum ita composuisset: et quum ille a se compositũ dixisset: desiderauit: uti solueret: ac denuo in modum eũdẽ collocaret. At postq̃ ille soluit. et similiter cõposuit: tum Democritus animi aciẽ solerciãq; hõis nõ docti demiratus. Mi adolescens inquit quũ igeniũ benefaciẽdi habeas: sunt maiora melioraq;: quæ facere mecũ possis. Abducitq; eũ statim Secũq; habuit: et sumptum ministrauit: & philosophias docuit: et esse eum fecit: quantus postea fuit. Is tñ ꝓtagoras in syncærus quidẽ philosophus: s: acerrimus sophistarũ fuit. Pecuniã quippe ingẽtẽ: quũ a discipulis accipet annuã: pollicebat̃ se id docere quanã uerborũ industria causa infirmior fortior fieret. Quam rẽ græce ita dicebat τον ἥττω λογον κρειττω ποιειν. id est causã inferiorẽ superiorẽ efficere.

De uerbo duo et uicesimo: quod uulgo icognitũ est: a uiris doctis multifariã i libris scriptũ est. Cap. IIII.



Pud sigillaria forte i libraria ego; & .L. Paulus pœta uir memoria nostra doctissimus: cōsederamus: atq; ibi expositi erāt Fabij ānales bonæ atq; sincæræ uetustatis libri: quos uenditor sine mendis esse contendebat. grammaticus autem quispiā de nobilioribus ab emptore ad spectandos libros adhibitus: reppertisse unū in libro mēdū dicebat. Sed contra librarius in quod uis pignus uocabat: si in una uspiā litera delictum esset. Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro iiij. Quapropter tū primū ex plebe alter consul factus est: duodeuigesimo anno postq̄ romā galli ceperūt. Non inquit duodeuigesimo: sed duodeuigesimo scribi oportuit. Quid enim est: duodeuigesimo? alio quoq; loco hic ita scripsit. Mortuus est āno duo & uigesimo. Rex fuit anno. xxi. duodeuigesimo

Cuiusmodi ioco cauillatus sit Antiochum regem pœnus Annibal. Cap. v.

IN libris ueterū memoriarū scriptū est Annibalē carthaginensem apud Regē antiochū facetissimū cauillatum esse Ea cauillatio huiuscemodi fuit. Ostendebat ei antiochus in campo copias ingentis: quas bellum populo Romano facturus cōparauerat. cōuertebatq; exercitū insignibus argenteis: et aureis florentē. Inducebat etiam currus cū falcibus: et elephantos cū turribus. Equitatūq; frenis ephippijs: monilibus: phaleris præfulgentē. atq; ibi rex cōtemplatione tanti: ac tam ornati exercitus gloriabundus annibalem aspicit: et putasne inquit conferri posse: ac satis esse credis romanis hæc omnia? Tū

Annibalis cauillatio in antiochum. Antiochus.

pœnus eludens ignauiã imbelliãq; militum eius preciose armatorũ: satis plane inquit: satis esse credo romanis hæc oĩa: etiã si auarissimi sunt. Nihil prorsum: neq; tam lepide: neq; tã acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui: ac de æquiparanda æstimatione quæsierat. Respondit Annibal de preda.

De coronis militaribus: quæ sit earu; triumphalis: quæ obsidionalis: quæ ciuica: quæ mũralis: quæ castrensis: quæ naualis: quæ oualis: quæ oleagina. Cap. VI.



Ilitares coronæ multifariæ sunt. Quarũ quæ nobilissimæ sunt: has ferme esse accepimus: triũphalẽ: obsidionalẽ: ciuicam muralem: castrensem: naualem. Est ea quoq; corona: quæ: oualis dicitur. Est item postrema oleagina: qua uti solent: qui in prælio non fuerunt: sed triũphum procurãt. Triũphales coronæ sunt aureæ quæ imperatoribus ob honorẽ triũphi mittũtur. Id uulgo dicitur aurum coronariũ. Hæc antiquitus e lauro erant: post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis est quã ij qui liberati sunt obsidiõe: dant ei duci: qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruariq; solitũ ut fieret e gramine quod i eo loco generatum esset intra quem clausi erant qui obsidebãtur. Hanc coronã gramineam. S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit bello pœnorum secundo ꝙ urbem Romam obsidione hostium liberasset. Ciuica corona appellatur quã ciuis ciui a quo seruatus est in prelio testem uitæ salutisq; perceptæ dat. Ea fit e fronde querna quoniam cibus uictusq; antiquissimus quercus capi solitus sit

Triuphalis corona. Obsidionalis corona. Ciuica corona.

Fit etiam ex ilice:quod genus ſuperiori proximum
eſt:Sicuti ſcriptum eſt in quadã comœdia Cæcilij
Aduehuntur inquit cum ilignea corona:& chlamy-
di.Di uoſtrã fidem.Maſſurius autem Sabinus in.xi.
librorum memoralium:ciuicam coronã tum dari ſo-
litam dicit:cum is:qui ciuẽ ſeruauerat eodem tempo-
re:etiam hoſtem occiderat.Neq; locũ in ea pugna re
reliquerat.Aliter ius ciuicæ coronæ negat cõceſſum
Tiberium tamẽ Cæſarem conſultũ:an ciuicã coronã
capere poſſet:qui ciuem in p̃lio ſeruaſſet:et hoſtis ibi
dem duos interfeciſſet:ſed locũ in quo pugnabat:nõ
retinuiſſet:eoq; loco hoſtes potiti eẽnt reſcripſiſſe di
cit:cũ quoq; ciuica dignũ uideri:q̃ appareat:e tã ini-
quo loco ciuem ab eo ſeruatũ:ut etiam a fortiter pu-
gnantibus retineri nõ quieuerit.Hac corona ciuica.
L.Gelius uir cenſorius in ſenatu Ciceronẽ conſulem
donari a rep.cenſuit:q̃ eius opera eſſet atrociſſima il
la Catilinæ coniuratio detecta uindicataq;.Muralis Mura-
eſt corona:qua donatur ab ĩperatore:qui primus mu- lis coro-
rum ſubijt.Inq; opidum hoſtium per uim aſcen- na.
dit. Iccirco quaſi muri pinnis decorata eſt. Ca- Caſtren
ſtrenſis eſt corona:qua donat eum imperator: qui ſis coro-
primus hoſtium caſtra pugnans introiuit. Ea coro- na.
na inſigne ualli habet. Naualis eſt: qua donari Naua-
ſolet maritimo prœlio qui primus in hoſtium na- lis coro.
uem ui armatus tranſiliuit. Ea quaſi nauium ro-
ſtris inſignita eſt.Et muralis autem & caſtrenſis: Oualis
et naualis fieri ex auro ſolẽt.Oualis uero corona myr corona.
tea eſt:ea utebãtur ĩperatores:q̃ ouãtes ĩtroibãt urbẽ.

Ouandi autē ac nō triūphandi causa est: quū aut bella nō rite indicta: neq; cū iusto hoste gesta sunt: aut hostiū nomen humile: et nō idoneū est ut seruorū pyratarūq; aut deditiōe repēte facta in puluere (ut dici solet) incruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptā esse ueneris frondē crediderūt ꝙ nō Martius s; quasi Veneris quidā triūphus foret. Hac myrtea coronā. M. Crassus cū bello fugitiuorū cōfecto ouans rediret insolēter aspernatus est. Senatusq; consultū faciundū per gratiā curauit ut lauro nō myrto coronaretur. M. Cato obiecit. M Fuluio nobiliori ꝙ milites per ambitionē coronis leuissimis de causis donasset. de qua re uerba ipsa apposui Catonis. Nam principio quis uidit corona donari quenquam quū oppidū captū nō esset? aut castra hostiū incēsa nō essent? Fuluius autē in quem hoc a Catone dictum est coronis donauerat milites quia uallum curauerant aut quia puteum strenue foderant. Prætereundum non est quod ad ouationes attinet. sup quo dissensisse ueteres scriptores accipio. Partim enim scripserūt qui ouarent introire solitos equo uehentes & Sabinus. Massurius pedibus ingredi ouantis dixi sequētibus eos non militibus sed uniuerso senatu.

Personæ uocabulum quā lepide interpretatus: quāq; esse uocis eius originem dixerit. C. Bassus.

Cap. VII.

l Epide me hercle: et scite. C. Bassus in libris, quos de origine uocabulorū composuit: unde appellata psona sit: interpretatur. A per persona sonando enim id uocabulum factum esse coniectat:

Nam caput inquit & os:cooperimento personæ te-ctum undiq;:unaq; tantum uocis emittẽdæ uia peruiũ:quoniam nõ uaga:neq; diffusa est in unum tantũmodo exitum collectã:coactãq; uocem: & magis claros:canorosq; sonitus facit. Quoniã igitur indumentum illud oris clarescere:& resonare Vocem facit:ob eam causam persona dicta:o littera ꝓpter uo-cabuli formam productiore.

Defensus error a Virgilij uersibus:quos arguerat Iulius Higinus grammaticus. Et ibidem quid sit litus:& de etymologia uocis eius.

Cap. VIII.



Pse quirinali lituo paruaq; sedebat
Succinctus trabea:leuaq; ãcile gerebat
In his uersibus errasse Virgiliũ Higinus scribit tanq; nõ animaduerterit deesse aliquid hisce uerbis. Ipse quirinali lituo. nam si nihil inquit deesse animaduertimus:uidetur ita di-ctum ut fiat lituo.trabea succinctus quod est inquit absurdissimũ. Quippe quum lituus sit uirga breuis in parte:qua robustior est:incurua:qua augures utũtur:quonã modo succinctus lituo uideri potest? Immo ipse Higinus parũ aĩaduertit sic hoc esse dictũ: ut plæraq; dici ꝑ defectionem solẽt:ueluti quũ dicitur. M. Cicero homo magna eloquẽtia:atq; Roscius histrio summa uenustate:non plenũ hoc utrũq;:neq; perfectum est. Sed.n.pro pleno atq; ꝑfecto auditur ut Virgilius alio in loco. Victorẽ buten im̃ani corpore.i.corpus immane habẽtẽ. Et item alibi. In mediũ geminos im̃ani põdere cestus Proiecit. Ac similiter. Lituus

Domus sane: dapibusq; cruentis Intus opaca: ingens Sic igitur id quoq; uideri dictum dent: picus quirinali lituo erat: sicut dicimus: statua grandi capite erat. & est autẽ & erat & fuit plerũq; absunt cum elegantia absq; detrimento sentẽtiæ. Et quoniã facta litui mẽtio est; nõ prætermittẽdũ est quod posse queri animaduertimus utrũ lituus auguralis a tuba quæ lituus appellatur: an tuba a lituo augurum lituus dicta sit? Vtrũq;.n. pari forma es pariter incuruum est. Sed si (ut quidam putant) tuba a sonitu: lituus appellata est ex illo homerico uersu λι γξε βιὸσ.i. insonuit neruus necesse est ita accipi ut uirga auguralis a tubæ similitudine lituus uocetur. Vtitur autem uocabulo isto Virg: pro tuba. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.

Tuba.

Historia de Crœsi filio sũpta ex Herodoti libris. Cap. IX.

Filius crœsi.

f Ilius Crœsi regis: quum iam per ætatẽ fari posset infans erat & quum iam multũ adoleuisset: item nihil fari quibat. Mutus adeo & elinguis diu habitus est: quum uero in patrem eius bello magno uictũ: & urbe (in qua erat) capta hostis gladio deductum regem esse ignorans inuaderet: diduxit adolescẽs os clamare nitens: eoq; nixu: atq; impetu spiritus uitium: nodumq; linguæ rupit. Planeq; & articulate locutus est clamans in hostem: ne rex Crœsus occideretur. Tũ & hostis gladium reduxit & rex uita donatus est: & adolescẽs loqui prorsum deinceps incœpit. Herodotus in histo riis huius memorie scriptor ẽ: eiusq; uerba sunt: quæ

pria dixisse filiũ Crœsi refert.ὦ ἄνθρωπε μὴ κ
τεῖνε Κροῖσον:id est Heus hõ nõ occide Crœ-
sum. Sed & quispiam samius athleta: nomne illi
fuit αἴγλης.i.Aegles:quũ antea nõ loquẽs fuis- Aegles.
set:ob similẽ dicitur causam loqui cœpisse. Nã quũ
in sacro certamine sortitio inter ipsos:& aduersari-
os nõ bona fide fieret:sed sortem nõis falsam subijci
aĩaduertisset:repẽte ĩ eũ qui id faciebat sese uidere:
quid faceret:magnum inclamauit.Atq; is oris uin-
culo solutus:per omne inde uitæ tempus non turbi-
de:neq; adhæse locutus est.

De argumẽtis:quæ græcæ ἀντιστρέφοντα antistrephõta.
appellantur:a nobis reciproca dici possunt.

Cap.X.

i Nter uitia argumẽtorũ:longe maximũ esse
uitium uidetur eorum:quæ ἀντιστρέ-
φοντα græci dicunt,Et quidã ex nostris:
non hercle nimis absurde reciproca appellauerunt Reciproca.
id autem uitium accidit:hoc modo:quum argumen
tum propositum referri contra: conuertiq; in eum
potest:a quo dictũ est.& utrũq; pariter ualet.Qua-
le est prouulgatũ illud quo Protagorã sophistarum Protagoras.
acerrimum usum esse ferũt:aduersus Euathlum di-
scipulũ suum.Lis nãq; inter eos:& cõtrouersia sup Euathlus.
pacta mercede hæc fuit Euathlus adolescens diues
eloquẽtiæ discẽdæ:causarũq; orandi cupiens fuit.Is
in disciplinam Protagoræ sese dedit:daturũq; pro
misit mercedẽ grandẽ pecuniã:quãtã protagoras pe
tiuerat.Dimidiũq; eius dedit iam tũc statim:priusq̃
disceret.pepigitq; ut reliquũ dimidiũ daret quo prio

die causam apud iudices orasset: & uicisset. Postea quum diutule auditor assectatorq; Protagorae fuisset: & in studio quidem facundiae abunde promouisset: causas tamen non reciperet: tempusq; iam longum transcurreret: & facere id uideretur: nec reliquum mercedis daret. capit consilium Protagoras (ut tum existimabat) astutum: Petere instituit ex pacto mercedem Litem cum Euathlo contestatur & quum ad iudices conijciendae consistendaeq; causae gratia uenisset: tum Protagoras sic exorsus est. Disce inquit stultissime adolescens: utroq; id modo fore uti reddas: quid peto: siue contra te pronunciatũ erit siue pro te. Nam si contra te lis data erit merces mihi ex sententia debebitur: quia ego uicero Sin uero secundum te iudicatum erit: merces mihi ex pacto debebitur: quia tu uiceris. Ad ea respondit Euathlus: potui inquit huic tuae tam ancipiti captioni isse obuiam: si uerba ipse nõ facerẽ: atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi in ista uictoria proludium est: quũ te non in cã tantũ: sed in argumento quoq; isto uinco. disce igitur tu quoq; magister sapientissime utroq; modo fieri uti nõ reddam. quod petis: siue cõtra me pnũciatũ fuerit: siue p me. Nã si iudices pro cã mea senserit: nihil tibi ex sentẽtia debebitur: quia ego uicero. Sin cõtra me pronũciauerint. nisi tibi ex pacto debebo: quia ego non uicero. Tum iudices dubiosum hoc: inexplicabileq; esse: quod utrimq; dicebatur rati ne sententia sua utracumq; in partem dicta esset. ipsa sese rescinderet: rem iniudicatã relique runt. Causam in diem longissimam distulerunt: sic

ab adoleſcēte diſcipulo magiſter diſciplinæ eloquē tiæ inclytus: ſuo ſibi argumēto cōfutatus eſt: & captionis uerſutæ excogitatæ fruſtratus fuit.

Biantis de re uxoria ſyllogiſmum non poſſe uideri αμτιστρεφομτα. i. reciprocū. Cap. XI.



Xiſtimauit quidē ēt illud Biantis uiri ſapientis: ac nobilis reſponſum conſimile eſſe: atq; eſt Protagorion illud de quo dixi mō αμτιστρεφομ. i. reciprocans. Nam quum rogatus eſſet a quodā Bias: deberet ne uxorem ducere an uitam uiuere cælibem ητὸι inq̄t κἀλην αξεισ ηαἴσχραν. και ει κἀλεν εξεἰσ κοιμην. ει δεαιχραν εξεισ ποὶμην. εκατερον δε ουκ αγαθὸν: ὀυ ληπτεον ἀρα: i. aut pulchram duces: aut deformem. Si pulchram: habebis cōmunem. Sin turpem habebis pœnam. Neutru; autē bonum Non eſt igitur ducenda uxor. Sic autem hoc reſponſum cōuertunt: ει μεν καλην αξω: ὀυχἑξω ποιμην ει δεαισκραμ: ουχἑξω κὀιμην γαμητεὀν αρα. i. ſi formoſam ducā non habebo pœnam. Sin deformem: non habebo cōmunem. Ducenda eſt ergo uxor. Sed minime hoc eē uidetur αυτιστρεφον. i. reciprocū: quoniā ex altero latere cōuerſum frigidiuſē: īfirmiuſq;. Nā bias ꝓpoſuit nō eſſe ducēdā uxorē ꝓpter alterutrū īcommodū: quod neceſſario patiendū erit ei: qui duxerit. Qui cōuertit aūt: non ab eo ſe defendit incommodo: quod adeſt ſed carere ſe altero dicit quod non adeſt. Satis eſt aūt tuēdæ ſentētiæ: quā Bias dixit: ꝙ eū qui

Bias

duxit uxorẽ pati necesse est ex duobus incõmodis al
terũ:ut aut κοινην.i.communem habeat:aut ποι
νην.i.pœnã.Sed Phauorinus noster:quũ facta eẽt
forte mẽtio syllogismi huius:quo Bias usus est:cuius
prima προτασισ id est propositio est ητοι
καλην αξεισ η αισχραν.i.aut pulchrã du
ces.aut turpẽ:nõ ratũ id neq; iustum disiunctum eẽ
ait:ꝗ̃do nõ necessariũ ẽ alterũ ex duobusquæ disiun
guntur:quod in proloquio disiunctiuo necessarium
est.Eminentia enim quædam significari formarum
turpes:& pulchræ uidentur.Est autẽ inquit tertium
quoq; inter duo ista:quæ disiunguntur cuius ratio-
nem ꝓspectumq; Bias nõ habuit.Inter enĩ pulcher
rimã fœminam:& deformissimã media quædam
forma est:quæ a nimie pulchritudinis periculo:& a
summo deformitatis odio uacat.Qualis a.Q.Ennio
in Menalippa:per qua eleganti uocabulo stata dici
tur:ꝗ neq; κοινη:idest communis futura sit:neq;
ποινη:idest pœna:quam formam modicã & mo
destam Phauorinus non me hercule inscite appella
bat uxoriam.Ennius autẽ in ista quã dixi tragœdia
eas fere fœminas ait incolumi pudicitia eẽ:quæ sta-
a forma forent.

Protasis

De nominibus deorum populi Romani:Dijouis:
& Veiouis. Cap.XII.



N antiquis spectationibus nomina hæc
deorum inesse animaduertimus.Dijo-
uis & Veiouis Est arcem ædes Veiouis
Romæ inter arcem & capitolium.Eo
rum nominum rationem esse hanc comperi.Iouẽ lat-

Stata forma

Dijouis ueiouis iuppiter.

ni ueteres a iuuādo appellauerunt. Eundemq; alio
uocabulo iuncto patrem appellauere. Nam quod est
in elisis. aut immutatis quibusdam literis Iuppiter
id plenum atq; integrum est: Iouis pater. Sic & Ne
ptunnus pater: coniuncte dictus: & Saturnus pa-
ter. & Ianus pater. & Mars pater. hoc enim ē Mar
spiter. Itemq; Iouis diespiter appellatus id est diei
& lucis pater. Iccircoq; simili nomīe Dijouis dictus
est: & Lucetius: ꝙ nos die & luce: quasi uita ipsa af
ficeret: & iuuaret Lucetiū aūt Iouē Cn. Neuius in li
bris belli punici appellat. Quum iouem igitur: &
Dijouē a iuuādo noīassent eum quoq; contra deum
qui non iuuandi potestatem sed uim nocendi habe-
ret (Nam deos quosdam ut prodessent celebrabant:
quosdam ut ne obessent placabāt) Veiouē appellaue
runt: dempta atq; detracta iuuandi facultate. Væ enī
particula: quæ in alijs atq; alijs uocabulis uariatim
per has duas literas cum a litera media inmissa di-
citur: duplicem significatum: eundemq; inter se di-
uersum capit. Nam & augendæ rei: & minuen
dæ ualet: sicuti aliæ particulæ plurimæ: propter
quod accidit: ut quædam uocabula: quibus parti-
cula ista præponitur: ambigua sint. & utroq; uer-
sum dicantur: uescum uæhemens: & uægrande:
de quibus alio in loco uberiore tractatu facto ad-
monuimus. Vesanos autem: & uecordes ex una
tantum parte dici: quæ priuatiua est: quam græ-
ci στερετικον μοριον. i. priuatiuā p̄ticulā
dicūt. Simulacrū igit̄ dei Veiouis: qđ ē ī æde: de q̄ su
pra dixi: sagittas tenet: quæ sūt Videlicet paratæ ad

Neptunus
Saturnus
Ianus.
Mars
marspiter.
Diespiter
Lucetius.
Væ
Væscū
Vehemens
Vægrāde
Vesanus
Vecors

nocendũ. Quapropter eũ deũ plærique Apollinem eẽ dixerunt. Immolaturque illi ritu humano capra. Eiusque animalis figmentũ iuxta simulacrũ stat. Propterea Virgiliũ quoque aiunt multæ antiquitatis hominẽ sine ostẽtationis odio peritũ: numina leua in georgicis deprecari: significantẽ quãdam uim esse huiusmodi deorum in lædendo magis quam in iuuando potentem. Versus Virgilij hi sunt.

Numia leua

In tenui labor est: at tenuis non gloria: si quem
Numina leua sinunt: auditque uocatus apollo.

In hijs autẽ dijs: quos placari oportet: uti mala a nobis: uel a frugibus natis amoueantur. Arũgus quoque habetur: & Rubigus.

Arũgus Rubigus

De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani obseruato. Cap. XIII.



Eniorum hominũ: & Romæ nobiliũ atque in morum disciplinarum ueterũ doctrina memoriaque præstantiũ disceptatio quædã fuit: præsente: atque audiente me de gradu: atque ordine officiorum. Cũque quæreretur quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret: si necesse eẽt in opera danda: faciundoque officio: alios alijs anteferre: non constabat. Conueniebat autẽ facile: constabatque ex moribus po. ro. Primum iuxta parentes locũ tenere pupillos debere: fidei tutelæque nostræ creditos. Secundũ eos proximũ locũ clientes habere: qui sese itidem in fidẽ patrociniũque nostrũ dedederunt. Tũ in tertio loco esse hospites: postea esse cognatos: affinesque: huius moris obseruatiõisque multa sunt testimonia: atque documẽta in antiquitatibus per

ſcripta. Ex quibus unũ hoc interi; de clientibus: cognatiſq; (quod præ manibus ẽ) ponemus. M. Cato ĩ oratione quã dixit apud cẽſores in Lentulũ ita ſcripſit: q̃ maiores ſanctius habuere defendi pupillos: q̃ cliẽtẽ nõ fallere. Aduerſus cognatos: p̃ cliente teſtatur. Teſtimoniũ aduerſum clientẽ nemo dicit. Patrẽ primũ: poſtea patronũ proximũ nomẽ habere. Maſſurius aũt Sabinus in libro iuris ciuilis tertio: antiquiorẽ locũ hoſpiti tribuit: q̃ clienti: uerba ex eo libro hæc ſunt. In officijs apud maiores ita obſeruatũ ẽ: primũ tutelæ deinde hoſpiti: deinde cliẽti: tũ cognato: poſt ea affini: de qua cauſa fœminæ uiris potiores ſunt habitæ: pupillariſq; tutela mulieri prælata: & iam aduerſus: quẽ affuiſſent eius filij tutores relicti: i eadem cauſa pupillo aderant. Firmũ atq; clarum iſti teſtimoniũ rei perhibet auctoritas. C. Cæſaris pontificis maximi: qui in oratione quã pro Bithynijs dixit hoc principio uſus eſt Vel p̃ hoſpitio regis Nicomedis: uel pro horũ neceſſitate: quorũ res agitur: refugere hoc munus Mumi non potui. Nam neq; hominũ morte memoria deleri debet: q̃n a proximis retineatur: neq; clientes ſine ſumma infamia deſeri poſſũt: quibus etiam a propinquis noſtris auxilium ferre inſtituimus.

Quod appiõ doctus homo: qui polyhiſtor appellatus ẽ: uidiſſe ſe Romæ ſcripſit: recognitionem inter ſeſe mutuã ex uetere amicitia hominis & leonis.

Cap. XIIII.

a Ppion: qui polyhiſtor appellatus eſt: literis homo multis præditus: rerũq; græcarũ plu

Appiō rima atq; uaria sciētia fuit. Eius libri non incelebres ferūtur: quibus omnibus ferme: quæ mirifica in ægypto uisuntur: audiunturq; historia cōprehendit. Sed in his quæ audisse uel legisse sese dicit: fortasse a uitio studioq; ostentationis fit loquacior. Est. n. sane q̄ in prædicandis doctrinis suis uendicator. Hoc autē; quod in libro ægyptiacorum quinto scripsit: neq; audisse: neq; legisse: sed ipsum sese in urbe roma uidisse oculis suis confirmat. In circo maximo (inquit) uenationis amplissimæ pugna populo dabatur. Eius rei (Romæ quum forte essem) spectator inquit fuit. Multæ ibi sæuientes feræ: magnitudines bestiarum excellentes: omniūq; inusitata: aut forma erat: aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum (inquit) immanitas admirationi fuit Præterq; omnis cæteros unus Is unus leo corporis impetu & uastitudine: terrificoq; fremitu: et sonoro: toris: comisq; ceruicum fluctuātibus animos oculosq; omnium in sese conuerterat. Introductus erat inter compluris cæteros ad pugnā bestiarum dacus seruus uiri consularis. Ei seruo Androdus nomen fuit. Hunc ille leo ubi uidit procul. repente inquit quasi admiratus stetit. Ac deinde sensim: atq; placide tanq̄ noscitabundus ad hominem

Andro-
dus.

accedit. Tum caudam more atq; ritu adulantium canum clemēter: & blande mouet: hominisq; sese corpori adiungit. Cruraq; eius & manus prope iam exanimati metu: lingua leniter demulcet. Homo Androdus inter illa tam atrocis feræ blandimēta amissum animum recuperat. Paulatimq; oculos ad con-

tuendũ leonem refert. Tum quasi mutua recognitione facta: lætos inquit & gratulabundos uideres hominem & leonem. Ea re prorsus tam admirabili: maximos populi clamores excitatos dicit. Arcessitumq́ a Cæsare Androdũ: quesitumq́ causam: cur ille atrocissimus leonum uni pacisset. Androdus rem mirificam narrat: atq́ admirabilem. Quum prouinciam inquit africam pro consulari imperio meus dominus obtineret: ego ibi iniquis eius: & quotidianis uerberibus ad fugam sum coactus: & ut mihi a domino terræ illius præside tutiores latebræ forent: in camporum & arenarum solitudines concessi. Ac si defuisset cibus: consilium fuit mortem aliquo pacto quærere: Tum sole inquit medio rapido & flagranti. specum quandam nactus remotam latebrosamq́: in eam me penetro: & recondo: neq́ multo post ad eandem specum uenit hic leo debili uno: & cruento pede gemitus edens & murmura: dolorem cruciatumq́ uulneris commiserantia. Atq́ illic primo quidem cõspectu aduenientis leonis territum sibi & pauefactum animum dixit. Sed postq̃ introgressus inquit leo: uti re ipsa apparuit: in habitaculum illud suum uidet me procul delitescentem: mitis & mansuetus accessit & sublatum pedem ostẽdere mihi & porrigere: quasi opis petendæ gratia uisus est. Ibi inquit ego stirpem ingentem uestigio pedis eius hærentem reuulsi. Conceptamq́ saniem uulnere intimo expressi. Accuratiusq́ sine

magna iam formidine siccaui penitus: atq; detersi cruorē. Ille tūc mea opera: et medela leuatus: pede in manibus meis posito recubuit et requieuit. Atq; ex eo die triēniū totū ego et leo in eadē specu: eodēq; uictu uiximus. Nā quas uenabatur feras: mēbra opimiora ad specū mihi suggerebat: quae ego: ignis copia non habens: sole meridiano torrens edebā. Sed ubi me inquit uitae illius ferinae iam pertaesum est leone in uenatū pfecto reliqui specū: et uiā ferme tridui permēsus: a militibus uisus: apprehensusq; sum. Et ad dominū ex africa Romā deductus. Is me statim rei capitalis dānādū dādūq; ad bestias curauit. Intelligo autē inquit hūc quoq; leonē: me tūc separato captum gratiā nunc mihi beneficū et medicinae referre. Haec Appion dixisse Androdū tradit. Eaq; omnia scripta circūlataq; tabula populo declarat. Atq; ideo cūctis petētibus dimissum Androdū: et poena solutū. Leonēq; ei suffragiis populi donatū. Postea inquit uidebamus Androdū: et leonem loro tenui reuinctum urbe tota circum tabernas ire: donari aere Androdū floribus spargi leonē Omnesq; fere ubiq; obuios dicere: hic ē leo hospes hominis: hic est hō medicus leonis

Corpus ne sit uox: an ἀσώματον. i. incorporeū uarias esse philosophorū sentētias.

Cap: xv.


Etus atq; perpetua quaestio inter nobilissimos philosophorū agitata est: corpus ne sit uox: an incorporeū? hoc eñ uocabulum quidā finxerūt proinde: φ graece dicitur ἀσώματον. Corpus autē est: quod aut ef-

Corpus Vox.

ficiēs ē aut patiēs id græce dicit τὸ δρώμενον
ἢ πάσχον σῶμά ἐστι.i.aut efficiēs aut patiēs
corpus est. Quam definitionē significare uolens Lu
cretius ita scripsit. Tangere em̄ aut tangi:nisi corpus
nulla potest res. Alio quoq; modo corpus esse græci
dicūt: τὸ τριχῆ διαστατόν.idest triplici di
mensione distās. Sed uocem stoici corpus esse conten
dūt. Eamq; esse dicunt ictum aera. Plato aūt nō esse
uocē corpus putat. Nō enim percussus inquit aer:sed
plaga ipsa:atq; percussio uox est. οὐχ ἁπλῶς
πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή· πλήττει
γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγό
μενος· καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν· ἀλ
λὰ ἡ πόση πληγὴ καὶ σφοδρὰ καὶ τόση
δ' ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι.idest non
simpliciter plaga aeris uox est:nā digitus quoq; ae
rem percutit:nō ita tamē uocē facit. Sed quanta pla
ga:et uehemēs:et tanta ut audibilis fiat. Democritus
ac deinde Epicurus ex indiuiduis corporibus uocem
cōstare dicūt. Eamq; ut ipsis eorū uerbis utar ῥεῦ
μα λόγων.i.flumē uerborū appellāt:hos' aliosq;
tales:argutæ delectabilisq; desidiæ aculeos:cum au
diremus uel lectitaremus:neq; in his scrupulis:aut
emolumētum aliquod solidum ad rationem uitæ
pertinens:aut finem ullum quærendi uideremus:en
nianum Neoptolemum probamus:qui profecto ita
ait. Philosophandū ē paucis:nā omnino haud placet

De ui uocabulorum:atq; uidēdi rationibus.

Cap.XVI.

E uidendi ratione: deq; cernendi natura diuersas esse opiniones philosophorum aiaduertimus. Stoici causas esse uidendi dicũt: radiorũ ex oculis in ea: quæ uideri queunt emissioné: aerisq; simul intẽtioné. Epicurus affluere semper ex omnibus corporibus simulachra quædã corporũ ipsorũ: eaq; sese in oculis inferre: atq; ita fieri sensum uidẽdi putat. Plato existimat genus quoddã ignis: lucisq; de oculis exire. adq; coniunctũ continuatũq; uel cũ luce solis: uel cum alterius ignis lumine sua ui: et externa nixũ efficere: ut quæcunq; offenderint: illustrauerintq; cernamus. Sed; et hic: ea quæ dissetimus imaginadũ. Eiusdẽq; illius Enniani neoptolemi: de quo supra scripsimus: cõsilio utendum est: qui degustãdũ ex philosophia censet non in eam ingurgitandum.

Quam ob causam dies primi post calendas: nonas: idus atri habeantur: & curdiem quoq; quartum ante calendas: uel nonas: uel idus quasi religiosum plæriq; uitant.

Errius Flaccus in quarto de uerborũ significatiõe dies qui sunt postridie calẽdas nonas: idus: quos uulgus imperite nefastos dicit: ꝓpter hãc causam dictos habitosq; atrosq; esse scribit. Vrbe inquit a gallis senonibus recuperata. L. Attilius i senatu uerba fecit. Q. Sulpitiũ trib. militum ad halliam aduersus gallos pugnaturum. rem diuinam dimicandi gratia postridie idus fecisse: Tum exercitum po. Ro. occidione occisum: & post diem tertium eius diei urbẽ præter

capitolium captam esse. Complures'qꝫ alii senatores recordari sese dixerūt: quoties belli gerendi gratia res diuina postridie calendas: nonas: idus. a magistratu populi Ro. facta esset eius belli proximo deinceps prœlio reipu. male gestum esse. Tum senatus eam rem ad pontifices reiecit: ut ipsi: quod uideretur statuerent. Pontifices decreuerunt nullum iis diebus sacrificium recte futurum: ante diem quoqꝫ quartū calendas: uel nonas: uel idus: tanqꝫ innominalem diem plæriqꝫ uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita quæri solet. Nihil super ea re scriptum inuenimus: nisi ꝙ Claudius annalium quinto cladem illam pugnæ cannensis uastissimam factam dicit ante diem quartum nonas sextiles.

In quo & quantum differat historia ab annalibus. Superqꝫ ea re uerba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Asellionis primo.

Cap. xviii.


Historiam ab annalibus quidam differre eo putant: ꝙ quum utrūqꝫ sit rerum gestarum narratio. earum tamen proprie rerum sit historia quibus rebus gerēdis interfuerit is: qui narret. Eamqꝫ esse opinionem quorūdā Verrius Flaccus refert in libro de significatu uerborū quarto. Ac se quidē dubitare sup ea re dicit. Posse aūt uideri putat nōnihil eē rationis in ea opiniōe: ꝙ historia græce significat rerū cognitionē

præſentiũ. Sed nos audire ſoliti ſumus annales om-
historia nino id eſſe: quod hiſtoriæ ſint. Hiſtorias non omni-
no eſſe id quod annales ſint. Sicuti quod eſt homo:
id neceſſario animal eſt. quod eſt animal: nõ id neceſ-
ſe eſt hominẽ eſſe. Ita hiſtorias quidẽ eſſe aiunt rerũ
geſtarum: uel expoſitionem: uel demõſtrationẽ: uel
quo alio nomine id dicendum eſt. Annales uero eſſe:
annales quum res geſtæ plurium annorum: obſeruato cuiuſ-
q; anni ordine: deinceps componuntur. Quum uero
non per annos: ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcri-
buntur: ea hiſtoria græco uocabulo εφημερισ: id
Ephe- eſt diarium dicitur. Cuius latinum interpretamen-
meris tum ſcriptum eſt ĩ libro Aſellionis primo ex quo li-
Diariũ bro plura uerba adſcripſimus: ut ſimul ibidẽ: quid
ipſe inter res geſtas: & annales eſſe dixerit: oſtende-
remus. Verum inter eos inquit: qui annales relinque-
re uoluiſſent: et eos qui res geſtas a Romanis perſcri-
bere conati eſſent: oĩm rerum hoc interfuit. Annales
libri tãtummodo: quod factum quoq; anno geſtum-
ue ſit: id demonſtrabant. Id eorum eſt: qui quaſi dia-
rium ſcribunt quam græci εφημεριδα uocant.
Nobis nõ modo ſatis eſſe uideo quod factum eſſet id
ꝓnunciare: ſed etiã quo cõſilio: qua rõne geſta eſſent
demõſtrare. Paulo autẽ poſt idẽ Aſellio in eodem li-
bro. nã neq; alacrioris ad rẽpu. defendendã: neq; ſe-
gnioris ad res ꝓperã faciundas annales cõmouere
quicq̃ poſſunt. Scribere aũt bellum quo initum cõſu-
le: et quõ cõfectum ſit: et quis triumphãs ĩtroierit: ex
ꝗ eo libro q̃ in bello geſta ſunt iterare: id fabulas
eſſe predicare ait: aut interea qd ſenatus decreuerit:

aut quae lex:rogatõe lata sit:neq; qbus cõsiliis ea ge sta sunt iterare id fabulas pueris est narrare nõ historias scribere.

Quid sit adopatio:quid item sit arrogatio:quãtumq; haec inter se differãt:uerbaq; eius quae qualiaq; sint:qui in liberis arrogandis super ea re populum rogat. Cap.XIX.

q Vum in alienã familiã:inq; liberorũ locu; extranei sumuntur:aut per praetorẽ fit aut per populum.Quot per praetorem fit:adoptatio dicitur.Quod per populum arrogatio.Adoptantur autẽ:quum a parẽte:in cuius potestate sunt: tertia mancipatione in iure ceduntur.Atq; ab eo qui adoptat:apud eum:apud quẽ legis actio est:Vindicantur.Arrogãtur ii:qui quum sui iuris sint:in alienã sese potestatẽ tradunt.Eiusq; rei ipsi auctores fiunt.Sed arrogationes nõ temere:nec inexplorate cõmittuntur.Nã comitia arbitris pontificibus praebẽtur:quae curiata appellãtur.Aetas quoq; eius:qui arrogare uult:an liberis potius gignundis idonea sit: bonaq; eius:qui arrogatur:ne isidiose appetita sint: consideratur.Iusq; iurandum a ponti.maxi. conceptum dicitur.quod in arrogãdo iuraretur: Sed arrogari nõ põt:nisi iã uesticeps.Arrogatio autẽ dicta: quia genus hoc in alienã familiã trãsitus per populi rogationẽ fit.Eius rogatiõis uerba haec sunt.Velitis:Iubeatis:uti.L.Valerius.L.Titio tã iure legiq; filius sibi fiat quasi ex eo patre matreq; familias eius natus esset.Vtiq; ei uitae:necisq; in eum potestas fiet uti pariendo filio est:hec ita ut dixi:ita uos quirites

Adoptatio.
Arrogatio.
comitia curiata
Vesticeps.

rogo. Neq; pupillus autem: neq; mulier: quæ in parentis potestate est arrogari potest: quoniam et cum fœminis nulla comitiorũ communio est: et tutoribus in pupillos tãtã esse auctoritatem: potestatemq; fas non est: ut caput liberum fidei suæ cõmissum aliene ditioni subijciant. Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidæm iure posse Massurius Sabinus scripsit. Sed id neq; pmitti dicit: neq; permittẽdum esse unq̃ putat: ut homines libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorũ inuadãt. Alioquin inquit si iuris ista antiquitas seruetur: etiã seruus a domino p pretorem dari in adoptionem potest. Idq; ait plærosq; iuris ueteris auctores posse fieri: scripsisse. Animaduertimus in oratione. P. Scipionis: quam censor habuit ad populum de moribus: inter ea: quæ repræhendebat: q, contra maiorum instituta fierẽt: id etiã eum culpauisse: q filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrũ pdesset. Verba ex oratiõe hæc sũt: ĩ alia tribu patrẽ: ĩ alia filiũ suffragiũ ferre. Filiũ adoptiuũ tã pcedere: q̃ si senatum habeat absentis cẽseri iubere: ut ad cẽsũ nemini necesse sit uenire

Quod uocabulum latinũ solœcismo fecerit Capito asinius: quod autem ipsum appellauerint ueteres latini: quibusq; uerbis solœcismũ definierit idẽ Capito asinius. Cap. XX.

Solœcismus. Imparilitas. Stribiligo.

Solœcismus latino uocabulo ab asinio Capitone eiusdẽq; ætatis alijs imparilitas appellatus: a uetustioribus latinis stribiligo dicebatũ: a uersura uidelicet: et prauitate tortuosæ orationis: tanq̃ sterobligo quædam. Quod uitium Asi

nius capito in litteris: quas ad Clodium Thuscum dedit hisce uerbis definit. Solœcismus est inq̃t impar & incõueniens cõpositura partium orationis. Quũ græcũ autẽ uocabulũ sit solœcismus: an attici hoĩes q̃ elegãtius locuti sũt: usi eo sint quæri solet. S; nos neq; solœcismũ neq; barbarismũ apd græcorũ idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βάρβαρον . id est barbarũ ita σόλοικον .i. solœcum dixerunt. Nostri quoq; antiquiores solœcum facile: solœcismũ haud scio an unq̃ dixerint. Quod si ita est neq; in græco: neq; in latino solœcismus probe dicitur. Barbarismus. solœcus

Pluria qui dicat: et compluries non barbare dici sed latine.

Cap. XXI.


Luria forte quis dixit sermocinans uir apprime doctus meus amicus non hercle studio ferens ostentandi: neq; quo plura dicendum non putaret. Est enim doctrina homo seria: & ad uitæ officia deuincta: ac nihil de uerbis laborante: sed opinor assidua ueterum scriptorum tractatione inoleuerat linguæ illius uox: quam in libris sæpe offenderat. Aderat: quũ ille hoc dixit: repræhẽsor audaculus uerborum: qui perpauca eademq; a uulgo pertrita legerat. Habebatq; nõnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas: partim rudis: inchoatasq; partim non probas. Easq; quasi puluerem ob oculos: quum adortus quẽq; fuerat aspergebat. Sicut tunc amico nostro barbare inquit dixisti pluria. Nam neq; rationem uerbo Pluria. Cõpluria.

rũ hoc neq; auctoritates habet. Ibi ille amicus ridens amabo te inquit uir bone quid nunc mihi a magnis seriisq; rebus ocium est uelim doceas nos cur pluria siue compluria (nihil enim differt) non latine sed barbare dixerint. M. Cato. & Q. Claudius Vale. Antias. L. Lælius. P. Nigidius. M. Varro quos subscriptores approbatoresq; huius Verbi habemus Præter poetarũ oratorumq; ueterum multã copiam. Ad quæ ille nimis arrogãter: ibi inquit habeas auctoritates istas: ex faunorũ: & aboriginum scæculo repetitas: atq; huic rationi respõdeas. Nullũ eñi uocabulum neutrum cõparatiuũ: numero pluratiuo: casu recto: ante extremum a habet i literam: sicuti meliora: maiora: grauiora: proinde igitur plura et nõ pluria dici cõuenit: ne contra formam perpetuã in cõparatiuo i litera sit ante extremũ a. Tum ille amicus noster quum hominẽ cõfidentẽ pluribus uerbis non dignum existimaret: Asinij inquit Capitonis doctissimi uiri epistolæ sunt: uno in libro multæ opinor positæ in tẽplo pacis. Prima epistola scripta est ad Pacuuiũ Labeonẽ: cui titulus præscriptus est pluria: nõ plura dici debere: mea epistola ratiões grammaticas posuit: per quas docet pluria latinũ esse: plura barbarum. Ad capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoq; simul disces: si modo assequi poteris: qd in ea epistola scriptum est. pluria siue plura absolutũ est siue simplex: nõ (ut tibi uidetur) cõparatiuũ. Huius opinionis asinianæ: id quoq; adiumẽtum est: quod compluries quũ dicimus: non cõparatiue dicimus. Ab eo autem quod est compluria: aduerbium est factũ cõ-

Cõpluries.

pluries. Id quoq; quoniã minus usitatũ est: uersum Plauti subscripsi ex comœdia: quæ persa inscribitur Quid metuis? do. Metuo hercle uero. Sensi ego compluries. Item. M. Cato in quarto originum eodem in loco ter hoc uerbum posuit. Compluries eorum milites mercenarij inter sese multi alteri alteros occidere. Compluries multi simul ad hostis transfugere. Compluries in imperatorem impetum fecere.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVS

Quemadmodũ responderit Chrysippus aduersus eos: qui prouidentiam consistere negauerunt. Caput Primum.



HOmines fecisse dicitur tantam uim esse ærũnarũ & malorum aduersus ea Chrysippus: quũ i libro περι προνοιας. i. de prouidẽtia quarto dissereret: nihil ẽ prorsus istis (inquit) nihil ipertius: qui opinant̃ bona eẽ potuisse: si nõ eẽnt itidem mala. Nã quũ bona malis contraria sint: utraq; necessariũ est opposita iter sese: & quasi mutuo aduersoq; fulta nixu cõsistere. Nullum adeo cõtrariũ sine cõtrario altero: quo eñi pacto iustitiæ sensus esse posset: nisi eẽnt iniuriæ? Aut qd aliud iustitia ẽ: q̃ iniustitiæ priuatio? Quid itẽ fortitudo itelligi posset: nisi ex ignauiæ oppositiõe? Quid cõtinẽtia nisi ex intẽperantiæ? Quo itẽ mõ prudẽtia eẽt: nisi foret cõtra imprudẽtiã? Proinde inqt homines stulti: cur

nõ hoc etiã desiderant: ut ueritas sit: & non sit mendacium. Namq; itidem sunt bona & mala: fœlicitas & infortunitas: dolor et uoluptas. Alterũ em̃ ex altero (sicuti Plato ait) uerticibus inter se cõtrariis deliquatũ est. Si tuleris unũ: abstuleris utrũq;. Idẽ Chrysippus in eodem libro tractat: consideratq; dignum ẽe id quæri putat: ει αι των ανθρωπων νοσοι κατα φυσιν γινονται. idest an hominũ morbi secundũ naturam proueniant. idest natura ne ipsa rerũ: uel prouidentia: quæ cõpagẽ hanc mundi: & genus hominũ fecit: morbos quoq; & debilitates: & ægritudines corporũ: quas patiũtur homines: fecerit. Existimat autem nõ fuisse hoc principale naturæ consiliũ: ut faceret homĩes morbis obnoxios. Nũq̃.n. hoc cõuenisse naturæ auctori parentiq; rerũ omniũ bonarũ. Sed quũ multa inquit atq; magna gigneret: pareretq; aptissima: et utilissima: alia quoq; simul agnata sunt incommoda iis ipsis: quæ faciebat cohærentia. Eaq; non per naturã sed p sequelas quasdã necessarias facta dicit: quod ipse appellat κατα παρακολουθησιν. idest p sequelam Sicut inq̃t: quũ corpa hominũ natura fingeret: rõ subtilior: & utilitas ipsa operis postulauit: ut tenuissimis minutisq; ossiculis caput cõpingeret. Sed hãc utilitatẽ rei maioris: alia q̃dã ĩcõmoditas extrinsecus cõsecuta est ut fieret caput tenuiter munitũ: & ictibus offensiõibusq; paruis fragile. Proinde morbi quoq; & ægritudines partæ sunt dũ salus parit̃. Sic hercle inq̃t dũ uirtus hominibus p cõsiliũ naturæ gignitur uitia itidẽ per affinitatẽ contrariã nata sunt.

Quo itidē modo & uim necessitatēq; fati consti tuerit & esse tamē in nobis cōsilij iudicijq; nostri ar bitrium confirmauit. Cap.II.



Atum quod græci πεπρωμενην uel ειμαρμενην uocant ad hāc fer me sententiam Chrysippus stoicæ prin ceps philosophiæ definit. Fatū est inqt sempiterna quædam & indeclinabilis series rerū et catena uoluens semetipsa sese & implicās per æter nos consequentiæ ordines ex quibus apta connexaq; est. Ipsa autē uerba Chrysippi q̄ꝫtum ualui memo ria adscripsi ut sicut meum istud interpretamētum uidebitur esse obscurius ad ipsius uerba animaduer tat. In libro.n. περι προνοιασ id est de proui dentia quarto ειμαρμενην (fatum esse dicit) φυσικην τινα συνταξιν των ολων εξ αιδιου των ετερων τοισ ετεροισ επακολουθοντων και μεν ουν απαραβατου ουσοσ τησ τοιαυτεσ συμπλοκησ. id est naturalem quendam ordinem omnium rerum ex æterno alijs ad alia consequenti bus & incommutabili manente eiuscemodi com plicatione. Aliarum autem opinionum discipli narumq; auctores huic definitioni ita obstrepunt: si Chrysippus inquiunt fato putat omnia moue ri: & regi: nec declinari: transcendiq; posse ag mina fati: & uolumina: peccata quoq; homi num & delicta non subsistenda: neq; condicenda sunt ipsis: uoluntatibusq; eorum: sed necessitati cuidam: & instantiæ quæ oritur ex fato: omniumq;

Fatum.

rerum domina: & arbitra: per quam necesse sit fie
ri: quicquid futurum est. Et propterea nocentium pœ
nas legibus inique constitutas: si homines ad malefi
cia non sponte ueniūt: sed fato trahuntur. Contra ea
Chrysippus tenuiter multa: & argute disserit. Sed
omnium fere: quæ super ea re scripsit: sententia hu
iuscemodi est. Quamq̃ ita sit (inquit) ut ratiōe prin
cipali quadam necessario coacta: atq; connexa sint
fato oīa: ingenia tñ ipsa mētiū nostrarū: p̃inde sūt fa
to obnoxia: ut ꝓprietas eorū ē ipsa & qualitas. Nā si
sunt per naturam primitus salubriter: utiliterq; fi
cta: omnē illā uim: quæ de fato extrinsecus ingruit:
inoffensius: tractabiliusq; transmittunt. Sin uero sūt
aspera: & inscita: & rudia nullisq; artiū bonarum
adminiculis fulta: & si paruo siue nullo fatalis in
cōmodi cōflictu urgeantur: sua tamen leuitate: et uo
luntario impetu in assidua delicta & in errores ru
unt. Idq; ipsum ut ea ratione fiat: naturalis illa et ne
cessaria rerum cōsequentia efficit: quæ fatū uocatur.
Est enim genere ipso: quasi fatale: & consequens: ut
mala ingenia peccatis: & erroribus nō uacent. Hu
ius deinde rei exemplo nō hercle nimis aliene: neq;
Cylin- illepide utitur. Sicut (inquit) lapidē cylindrū si per
drus. spatia terræ prona: atq; diruta iacias: causam quidē
ei: & initiū præcipitātiæ feceris: mox tamē ille præ
ceps uoluitur: nō quia tu id iam facis: sed quomā ita
sese modus eius & formæ uolubilitas habet. Sic or
do: & ratio & necessitas fati: genera ipsa: & prin
cipia causarum mouet. Impetus uero consiliorū: men
tiumq; nostrarum actionesq; ipsas: uoluntas cuius

q; propria: & animorum ingenia moderantur. Infert deinde uerba hæc iis: quæ dixi congruentia. Διο ὑπο των πυθαγορειων ουτως ειρηται· γνωση δανθρωπους αυθαιρετα πηματ εχοντας ως των βλαβων εκαστοις παρ αυτοις γινομενων: και καθορμην αυτων αμαρτανων των τε και βλαπτομενων καὶ κατα την αυτων διανοιαν καὶ προθεσιν, i. quãobrem a pythagoreis sic dicitur. Nosces homines spontaneas haurire calamitates: quasi detrimēta singulis a seipīs fiant: & suo īpetu delinquant: & in incōmoda ruant sua uolūtate atq; ppo sito. Propterea negat oportere ferri auditriq; hoīes aut nequã: aut ignauos: & nocētes: & audaces: qui quū in culpa: & maleficio reuincti sunt. pfugiūt ad fati necessitatē: tãq; in aliqd fani asylum, & q̃ pessime fecerūt ea: non suæ temeritati: sed fato esse attribuenda dicunt. Primus autem homo sapientissimus & antiquissimus pœtarum dixit in hisce uersibus

ωποποι· οἷον δη νυ θεους βροτοι αιτιοωνται:
εξ ημεων γαρ φασι κακ εμμεναί· οἱ δε
καὶ αυτους·
σφησιν ατασθαλιησιν· ὑπερ μορον·
αλγε εχουσιν·

Hei mihi quid dãnant mortales numina cæli: Esse aiunt et enim per nos mala. cum tamen ipsis Vecordi præter fatū sint mente dolores Itaq;. M. Cicero in libro quem de fato scripsit: quū quæstionē istam di-

ceret obscurissimã esse & implacatissimã. Chrysippum quoq; philosophũ nõ expedisse se in ea refert his uerbis. Chrysippus æstuans laboransq; quonam pacto explicet: & fato omnia fieri: & esse aliquid in nobis intricatur hoc modo.

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente inusitatæ longitudinis. Cap. III.



Braga da Serpẽs ĩmanis.

Vbero in historijs scriptũ reliq̃t: bello primo punico Attiliũ Regulũ consulẽ i Africa castris apud Bragadã flumẽ positis i prœliũ grãde: atq; acre fecisse aduersus unum serpentem in illis locis stabulãtem inuisitate immanitatis. Eumq; magna totius exercitus conflixione balistis: atq; catapultis diu oppugnatum. Eiusq; interfecti longum corium pedes cẽtum & uiginti Romam misisse.

Quid idẽ Tubero nouæ historiæ de Attilio Regulo a Carthaginẽsibus capto memoriæ mãdauerit Quid etiam Tuditanus sup eodẽ Regulo scripserit Cap. IIII.

Attilius regulus.

q Vod satis celebre de Attilio Regulo ꝗd nuperrime legimus scriptum in Tuditani libris Regulũ captũ ad ea quæ in senatu Romæ dixit: suadens ne captiui cum Carthaginẽsibus permutarentur: id quoq; addidisse. Venenũ sibi carthaginenses dedisse: non præsentaneum: sed eius modi q mortem in diem proferret: eo consilio: ut uiueret quidẽ tãtisp: quoad fieret ꝑmutatio. Post aũt grassante sensim ueneno cor tabesceret. Eundẽ uero regulum Tubero in historijs redijsse carthaginẽ: nouisq;

exẽplorũ modis excruciatum a Pœnis dicit. In atras inq̃t et profundissimas tenebras eũ claudebãt: ac diu post: ubi erat uisus sol ardẽtissimus: repẽte educebãt & aduersus ictus solis opposituũ cõtinebãt. Atq; intẽdere i cœlũ oculos cogebãt. Palpebras quoq; eius ne cõniuere posset sursum ac deorsum diductas insuebãt. Tutidanus aũt somno diu ꝓhibitũ atq; ita uita priuatum refert: Idq; ubi Romæ cognitũ est: nobilissimos pœnorũ captiuos liberis Reguli a senatu deditos & ab iis in armario muricibus prefixo destitutos: eadẽq; insomnia cruciatos interisse.

Quod Alphenus iuriscõsultus in uerbis ueteribus interpretãdis errauit. Cap. V. Alphe.

a Lphenus iuriscõsultus: Ser. Sulpitii discipulus. rerũq; atticarum nõ incuriosus: in libro digestorũ. xxx. & iiii. Coniectaneorum aũt secundo in fœdere inquit: quod inter populum Ro. & Carthaginenses factum & scriptũ inuenitur: ut carthaginenses quot annis populo Ro. darẽt certum pondus argenti puri puti. quæsitũ est quid esset argentum purum putum? Respondi ego (inquit) purũ putũ ualde purũ: sicut nouũ nouitiũ dicimus: et proprium ꝓpritiũ: augere: atq; intẽdere uolẽtes noui atq; proprii significationẽ, Hoc ubi legimus: mirabamur eãdẽ affinitatẽ uisam eẽ Alpheno puri & puti: quæ sit noui & nouitii. Nã si esset: puritium tum sane uidereẽ dici: quasi nouitiũ: id etiam mirũ fuit: quod nouitiũ per augẽdi figurã dictũ existimauit: quũ sit nouitiũ: nõ quod magis nouum sit: sed quod a nouo dictum: inclinatumq; sit. Is ergo as

P urum Putum A rgẽtũ Nouum Nouitiũ Propriũ Propitium.

sentimus qui putũ esse dicũt a putãdo dictũ: et ob eã causam prima syllaba breui ꝓnunciãt nõ longa: uti existimasse Alphenũ uidetur: quia a puro id esse fa-

Putare ctum scripsit. Putare aũt ueteres dixerũt: uacantia ex quaqꝫ re: ac nõ necessaria: aut etiã obstãtia et aliena auferre et excidere. et quod esset utile: ac sine uitio ui deretur relinquere. Sic nãqꝫ arbores et uites: et sic eti am rationes putari dictũ. Verbũ autẽ ipsum puto: qđ declarãdæ sentẽtiæ nostræ causa dicimus: nõ signat ꝑfecto aliud: q̃ id agere nos in re dubia obscuraqꝫ: ut decisis amputatisqꝫ falsis opinionibus: quod ui- deatur esse uerũ: et integrum: et incorruptũ retinea- mus Argentum ergo in carthaginẽsi fœdere putum esse dictũ: quasi exputatũ ex coctũqꝫ omniqꝫ aliena materia carens: omnibusqꝫ ex eo uitijs detractis: ema culatum et candefactũ: Scriptũ est autem purum pu tum non in carthaginensi solum fœdere. sed quũ in multis alijs ueterũ libris Lum etiã in. Q. Ennij tra gœdia: quæ inscribitur Alexander: et in satyra. M. Varronis quæ inscripta est. δὶς παῖδες οἱ γέροντες idest bis pueri senes.

Temere ineptęqꝫ repræhensum esse a Iulio Hi- gino Virgilium: qꝫ prepetes dædali pennas dixe rit: atqꝫ ibi quid sint aues prepetes. Et quid illæ sint aues: quas Nigidius inferas appellauit.

Cap. vi.

d Edalus: ut fama est: fugiens minoia regna:

Præpe- Præpetibus pennis ausus se credære cælo

tes aues Insuetũ ꝑ iter gelidos enauit ad arctos:

In his Virgilij uersibus repræhẽdit Higinus præ

petibus pennis quasi.improprie et inscite dictũ: Nã prepetes inquit aues ab auguribus appellantur: quæ aut opportune præuolãt: aut idoneas sedes capiunt. Nõ apte igitur usum uerbo augurali existimauit in Dædali uolatu nihil ad augurũ disciplinã pertinẽte Sed Higinus nimis hercle ineptus est: cũ qd præpetes essent se scire ratus est. Virgiliũ autẽ et Trimatiũ doctũ uirũ ignorasse: qui in secũdo Iliadis uictoriã uolucrẽ præpetẽ appellauit in hoc uersu. Dũ dat uincẽti præpes uictoria palmã: Cur autem nõ. Q. quoq Enniũ reprehẽdit? qui in annalibus nõ ut Virgilius pẽnas dædali præpetes: sed longe diuersius inquit Brundusiũ pulchro præcinctũ præpete portu. Et si uim potius: naturãq uerbi cõsyderasset: neq id solũ: quod augures dicerẽt ispexisset: ueniã prorsus poetis daret: similitudine et trãslatiõe uerborũ: nõ significatiõe utentibus. nã quoniã nõ ipsæ tãtũ aues: quæ prosperius præuolãt: sed etiã loci quos capiũt: q idonei: fœlicesq sũt præpetes appellãtur. Iccirco Dædali pẽnas præpetes dixit: quoniã ex locis in quibus periculũ metuabat in loca tutiora peruenerat. Locos porro præpetes & augures appellant. & Ennius in annalium primo dixit.

Præpetibus hilares sese pulchrisq locis dan.

Auibus autem præpetibus contrarias auis inferas appellari Nigidius figulus in libro primo augurij priuati ita dicit. Discrepat dextra sinistræ præpetibus inferæ. Ex quo est coniectare præpetes appellatas quæ altius subli miusq uolitent: quum differre a præpetibus Nigidius inferas dixerit. Ado Aues inferæ

lescens ego Romæ tum quum etiam ad grammaticos itarem audiui Appollinarem Sulpitium quem in primis sectabat quū de iure augurio quæreretur et mentio præpetū auium facta esset e.L.Claro præfecto urbis dicere præpetes sibi uideri eē alites quas Homerus ταμυπτερυγασ.idest exporrectas passasq; & protensas habentes alas appellauerit. Quoniam istas potissimum augures spectarent quæ ingentibus alis patulæ atq; porrectæ præuolarent. Atq; ibi hos Homeri uersus dixit.

τυνη δ οιωνοισι ταμυπτεριγεσσι κελευεισ,
πειθεσθαι των ουτι μετατρηπομ ουδ αλεγιξω,
Me tu præpetibus parere uolucribus ipsum
Mandas quas equidem temnoq; animoq; recuso.

De Acca Larentia et Caia Tarratia deq; origine sacerdotiį fratrum Arualium.

Cap.VII.

Acca larentia. Caia. Tarratia.

a Ccæ Larentiæ: et Caiæ Tarratiæ siue illa suffetia est nomina in antiquis annalibus celebria sunt. Earum alteræ post mortem. Terratiæ autē uiuæ amplissimi honores a po.ro.habiti & Tarratia quidem uirginē uestæ fuisse lex horatia testis est q̄ super ea ad populū lata qua ei plurimi honores fiunt Inter quos ius quoq; testimoniį dicendi tribuitur. Testabilisq; una oīm fœminarū ut sit datur. Id uerbū est ipsius legis horatiæ. Contrarium est in.xiį.tabulis scriptū. Improbus intestabilisq; esto. Præterea si.lx.annos nata sacerdotio abire: ac nu

bere uoluisset: ius ei ptásq; ex augurà di: atq; nubendi facta ẽ: munificẽtiæ et beneficiũ gratia: q̃ capuz tyberinũ: siue martiũ po. ro. cõdonasset. Sed Acca Larẽtia corpus i uulgus dabat pecuniáq; emeruerat ex eo quæstu uberẽ ea testamẽto: ut in Antiatis historia scriptũ est. Romulũ regẽ: ut quidã aũt alij tradiderũt po. ro. donis hæredẽ fecit. Obid meritũ a flamine quirinali sacrificiũ ei publice fit: et dies e noĩe eius ĩ fastos additus. Sed sabinus Massurius ĩ primo memoraliũ secutus quosdã historiæ scriptores. Accã larẽtiã Romuli nutricẽ fuisse dicit. Ea inqt mulier ex. XIJ. filijs maribus unũ morte amisit. In illius locũ Romulus Accæ Larentiæ sese filiũ dedit. Sedq; et cæteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tẽpore collegiũ mansit fratrũ arualium numero. xij. cuius sacerdotij insigne est spicea corona: & albæ infuræ. Aruales Fratres.

De Alexãdro: et de. P. Scipiõe memoratu digna.

Cap. VIII.



ΠΙΩΝ græcus hono. qui πολυΐστωρ. idest multiscius est appellatus: facili atq; alacri facũdia fuit. Is quũ de Alexandri regis laudibus scriberet: uicti inquit hostis uxorẽ facie inclyta mulierem uetuit in conspectum suum deduci: ut eã ne oculis suis quidẽ contingeret. Lepida igĩ quæstio agitari potest: utrũ uideri cõtinẽtiorẽ psit. P. ne Africanũ supiorẽ: q̃ carthagine apla ciuitate in hispania expugnata: uirginẽ tẽpestiuã: forma egre- Alexander. P. Scipio. Africanus.

gia:nobilis uiri hispani filiã captã: pductãq; ad se patri inuiolatã reddidit: an regẽ alexandrũ qui Darũ regis uxorẽ eãdẽq; eiusdẽ sororẽ prælio magno captã quã esse audiebat exuperãti forma: uidere noluit: perduciq; ad sese phibuit. Sed hanc utrãq; declamatiũculã super alexãdro: & Scipione celebrauerint: quibus abũde ingenij et ocij: et uerborũ est. Nos satis habebimus. qd ex historia est: id dicere Scipionẽ istũ: et uero ne an falso incertũ: fama tamẽ: quũ esset adolescẽs: haud sincera fuisse: & propemodũ constitisse hosce uersus a Cn. Neuio pœta ĩ eũ scriptos esse
Etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriose.
Cuius facta uiua nunc uigent: qui apud gẽtis solus.
Præstat: cũ suus paẽ cũ pallio una ab amica abduxit
His ego uersibus credo adductũ Valeriũ antiatẽ aduersus oĩs cæteros scriptores de Sciopionis moribus sensisse: & eã puellã captiuã non redditã patri scripsisse: cõtra quã nos supra diximus: sed retentam a Scipione: atq; ĩ delitijs: amoribusq; ab eo usurpatã.

Locus exemptus ex annalibus. L. Pisonis historiæ & orationis lepidissimæ. Cap. IX.

q Vod res uidebatur memoratu digna: quã fecisse. Cn. Flauiũ annij filiũ ædilẽ currulẽ. L. Piso in tertio annali scripsit Eaq; res per q̃ pure: & uenuste narrata a Pisone: locum istũ totum huc ex Pisonis annali trãspo suimus. Cn. inquit Flauius patre libertino natus scriptum faciebat. Isq; in eo tẽpore ædili curruli apparebat quo tpe ediles subrogantur. Eũq; pro tribu ædilem currulem renũciauerunt. At ædilis: qui comitia habebat: negat accipe-

Cn. flauius.

re. Neq; sibi placere: qui scriptũ faceret: eum ædi-
lẽ fieri. Cn. Flauius annij filius dicitur tabulas po
suisse: scriptu sese abdicasse. Isq; ædilis currulis fa
ctus ẽ. Idẽ. Cn. Flauius annij filius dicit̃ ad collegã
uenisse: misere ægrotũ: et in cõclaue postq̃ introiuit
adolescẽtes ibi cõplures nobiles sedebãt. Ii cõtẽnẽtes
eũ: assurgere ei nemo uoluit. Cn. Flauius annij fili-
us ædilis id arrisit. Sellã currulẽ iussit sibi afferri.
eã i limine apposuit: ne q̃s illorũ exire posset. Vtiq;
ij oẽs inuiti uiderẽt sese in sella curruli sedentem:

Historia super Euclide socratico: cuius exemplo
Taurus philosophus adhortari adolescẽtis suos soli
tus est: ad philosophiam gnauiter sectandam.

Cap. X.

p Hilosophus Taurus: uir memoria nostra in
disciplina platonica celebratus: cum aliis
bonis multis: salubribusq; exemplis hor
tabatur ad philosophiã capessendã: tũ uel maxime
ista re aĩos iuuenũ exp̃gebat. Euclidẽ quã dicebat so-
craticum factitauisse. Decreto (inquit) suo athenien-
ses cauerant: ut qui megaris ciuis esset: si intulisset
athenas pedẽ præhensus esset: ut ea res homini capi
talis esset. Tãto athenienses (inq̃t) odio flagrabant fi
nitimorũ hoĩm megarensiũ. Tũ Euclides: q̃ indidem
megaris erat: quiq; ẽt ante id decretũ: & esse athenis euclibes
& audire Socratẽ consueuerat: postq̃ id decretũ san
xerũt: sub noctẽ: priusq̃ aduesperasceret tunica lõga
muliebri indutus: & pallio uersicolore amictus &
caput & ora uelatus: e domo sua megaris athenas
ad Socratem cõmeabat ut uel noctis aliquo tempore

cōsiliorum:sermonumq; eius fieret partices. Rursus q; sub lucē milia passuū paulo amplius uiginti eadem ueste illa intectus redibat. At nunc inquit uidere est philosophos ultro currere:ut doceant:ad fores iuuenum diuitum:eosq; ibi sedere:atq; operiri prope ad meridiem:donec discipuli nocturnum omne uinum edormiant.

Verba ex oratione. Q. Metelli Numidici:quæ libuit meminisse ad officium grauitatis dignitatisq; uitæ decentia. Cap. XI.



CVm inquinatissimis hominibus non esse conuitio decertandum: neq; maledictis aduersus impudentis & improbos uelitandum:quia tantisper similis & compar eorum fias:dum paria consimilia dicas:atq; audias:non minus ex oratione Q. Metelli Numidici sapientis uiri cognosci potest:q̄ ex libris et disciplinis philosophorum. Verba sunt hæc Metelli aduersus. Cn. Manlium tri. ple. a quo apud populum in concione lacessitus:iactatusq; fuerat dictis petulantibus. Nunc quod ad illum attinet quirites: quoniā se ampliorē putat esse:si se mihi inimicū dictauerit quē ego mihi neq; amicū recipio:neq; inimicū respicio:in eū ego nō sum plura dicturus. Nam eum indignissimū arbitror cui a uiris bonis benedicatur. Tu; ne idoneum quidē cui a probis maledicatur. Nam si in eo tēpore huiusmodi homūculū noīes:in quo punire nō possis:maiore honore:q̄ cōtumelia afficias.

Quod neq; testamentū sicuti Seruius Sulpitius existimauit:neq; sacellum sicuti Trebatius duplicia

uerba sunt:sed a testatione alterum productum:alterũ a sacro diminutum.

Cap.XII.

S Eruius Sulpitius iure cosultus uir ætatis suæ doctissimus in libro de sacris detestandis secũdo:qua ratiõe adductus testamentũ uerbum esse duplex scripserit nõ reperio. Nam compositum esse dixit a mentis contestatione. Quid igitur calciamentum? quid paludamentum quid pauimentum? qd uestimentũ? qd alia mille p huiuscemodi formã pducta? Etiã ne ista oĩa cõposita dicemus? Obrepsisse autẽ uidetur Seruio:uel siquis alius est: qui id prior dixit:falsa quidẽ:sed nõ abhorrens:neq; incõcinna quasi mẽtis quædã in hoc uocabulo significatio:sicut hercle.C.quoq; Trebatio eadẽ concinnitas obrepsit. Nã in libro de religionibus secundo. Sacellũ est (inquit) locus paruus deo sacratus cũ ara Deinde addit uerba hæc. Sacellũ ex duobus uerbis arbitror cõpositum sacri:& cellæ:quasi sacra cella. Hoc quidem scripsit Trebatius. Sed quis ignorat sacellũ:& simplex uerbum esse? & nõ ex sacro: & cella cõpositum:sed ex sacro:diminutum.

Testametum.

Sacellũ

De quæstiunculis apud Taurum philosophum in cõuiuio agitatis:quæ symposicæ uocantur.

Cap.XIII.

f Actitatum hoc Athenis: obseruatumq; est ab hijs:qui erant philosopho Tauro iunctiores:quum domum suam nos uocaret:ne omnino (ut dicitur) immunes:& asymboli

ueniremus coniectabamus ad cœnulã:non cupedias ciborum:ſed argutias quæſtionum. Vnuſquiſq; igitur noſtrum commentus paratuſq; ibat quod quæreret. Eratq; initium loquendi edundi finis. Quærebatur aũt nõ grauia:nec reuerenda:ſed ἐνθυμήματα.i.argutiolæ:quædam lepida:& munita: et florentem uino animum laceſſentia. Quale hoc ferme eſt ſubtilitatis ludicræ quod dicam. Quæſitũ eſt quando moriens moreretur? quũ iam in morte eſſet: an tum etiam quũ in uita foret. Et quãdo ſurgẽs ſurgeret:quum iam ſtaret:an tum etiã quũ ſederet? Et qui artem diſceret:quando artifex fieret:quum iam eſſet:an tum quũ etiam nõ eſſet? Vtrum.n.horum dicas abſurde:atq; ridiculoſe dixeris:multoq; abſurdius uidebitur:ſi aut utrumq; eſſe dicas:aut neutrum. Sed ea omnia:quũ captiones eſſe quidam futiles:& inanes dicerent. Nolite (inquit. Taurus) hæc: quaſi nugatũ aliquẽ ludũ aſpernari. Grauiſſimi philoſophorũ:ſuper hac re ſerio quæſierunt. Et alij moriendi uerbum:atq; momẽtũ:manẽte adhuc uita:dici atq; fieri putauerunt. Alij nihil in eo tẽpore uitæ reliquerũt. Totumq; illud:quod mori dicitur:morti uindicauerunt. Item de cæteris ſimilibus in diuerſa tẽpora:& in cõtrarias ſentẽtias diſceſſerũt. Sed Plato (inq̃t) noſter:neq; uitæ id tẽpus neq; morti dedit. Ideq; in omni conſimiliũ rerum diſceptatione fecit. Vidit quippe utrũq; eſſe pugnãs:neq; poſſe ex duobus cõtrarijs:altero manẽte:alterũ cõſtitui. Quæſtio nẽq; fieri per diuerſorum inter ſe finium:mortis et uitæ cohærentiam:et iccirco peperit ipſe:expreſſitq;

aliud quoddā nouū in cōfinio tēpus:quod uerbis ꝓprijs atq; integris τηυ εξαιφνης φυσιν.i.repentinā naturam appellauit Idipsum ita uti dico: inquit ī libro cui παρμενιδησ titulus est.scriptum ab eo reperietis τογαρ εξαιφνησ τοιουτοντι εοικε σημαινειν.ωσ εξ εκεινου μεταβαλλου εισ ετερον.i.repente enim tale uidetur quippiam significare:quod in alterum transeat Talia apud Taurum symbola:et alia quæ erant secundarum mensarum:ut ipse dicere solitus erat τραγηματα.i.bellaria.

Puniendis peccatis tris esse ratiōes a philosophis attributas.Et quamobrē Plato duarum ex ijs meminerit. Cap.XIIII.



Vniendis peccatis tris esse debere causas existimatu; est.Vna est causa quæ νουθεσια id est cōmonitio uel κολασισ animaduersio scilicet et punitio.uel παραινεσισ .i.monitio & statutio: quum pœna adhibeẽ castigandi atq; emēdandi gratia ut is qui fortuito deliquit:attētior fiat correctiorq;.Altera est:quam ij qui uocabula ista curiosius diuiserunt τιμωριαν appellant.i.pœnam. Ea causa animaduertendi est:quum dignitas: auctoritasq; eius:in quem est peccatum:tuenda est: ne prætermissa animaduersio:contemptum eius pariat:& honorem leuet.Icircoq; id ei uocabulum a conseruatione honoris factum putant.Tertia q Annibal carthaginēsis bellū se facere po.ro.uolentē dehorteẽ.Hos aūt uersus Cesellius sic accipit.Tāq; si Antiochus sic di

Puniē di tres causæ.

cat. Annibal me ne bellũ geram: dehortatur: ꝗ quũ facit: æquale cor putat habere me ei: ꝗ stultum esse me credit: quũ id mihi persuadere uult. hoc Cesellius quidẽ. sed aliud longe Ennius. Nam tres uersus sũt nõ duo ad hãc Ennij sentẽtiã ptinẽtes. Ex ꝗbus tertium uersum Cesellius non respexit.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellum faciam quem credidit esse meum cor.
Suasorem summum: & studiosum robore belli.

Horũ uersuũ sensus: atq; ordo sic opinor ẽ. Annibal ille audẽtissimus: atq; fortissimus quẽ ego credidi. (hoc. n. cor meũ credidit) per inde atq; diceret: quẽ ego stultus homo credidi fore summũ suasorẽ ad bellandum: is me dehortatur: dissuadet: ne bellum faciã Cesellius aũt forte ρατυμοτεροµ. idest desidiosius ραφη. i. iunctura ista uerborũ captus quẽ cor dictũ putauit. & quẽ accentu acuto legit: quasi ad cor referretur nõ ad Annibalẽ. Sed nõ fugit me: si aliꝗs sit tã incõditus sic posse defendi cor Ceselli masculinum. ut uideatur tertius uersus separatim: atq; diuisim legendus: perinde quasi præcisis interruptisq; uerbis exclamet antiochus: suasorẽ summũ: sed nõ dignum est eis: qui hoc dixerint: responderi.

Quid Tullius Tyro Ciceronis libertus reprǽhẽderit in. M. Catonis oratione: quã pro rhodiẽsibus ĩ senatu dixit. & quid ad ea: quæ repræhenderat: responderimus. Cap. III.

Rhodus C Iuitas rhodiẽsis: & insulæ opportunitate: & operum nobilitate: & nauigandi solertia: naualibusq; uictorijs celebrata ẽ: ea rho

diẽsis ciuitas:quum amica:atq̃ socia populi romani foret:Persa tamen Philippi filio Macedonum rege cum quo bellum populo romano fuit amico usa est. Cõnixiq̃ sunt rhodienses legationibus Romã sæpe missis:id bellũ inter eos cõponere. Sed ubi ista pacificatio ꝑpetrari nequiuit:uerba a plærisq̃ rhodiensibus in concionibus eorum ad populum facta sunt:ut si pax nõ fieret:rhodienses regẽ aduersum populũ romanum adiutarẽt. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est.at ubi Perses uictus captusq̃ est:rhodienses pertimuere ob ea:quæ cõpluries in cœtibus populi acta dictaq̃ erant. Legatosq̃ romã miserunt qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur.& fidem consiliumq̃ publicum expurgarent.Legati postq̃ Romam uenerunt: & in senatum intromissi sunt.uerbisq̃ suppliciter pro causa sua factis de curia excesserunt: sententiæ rogari cœptæ: quumq̃ partim senatorum de rhodiensibus quererentnr:maleq̃ eos animatos fuisse dicerent:bellumq̃ illis faciendum censerent.Tum.M. Cato exurgit: & optimos fidissimosq̃ socios: quorum opibus diripiendis:possidendisq̃ non pauci ex summatibus uiris intenti infensiq̃ erant:defensum conseruatumq̃ pergit orationemq̃ inclytam dicit. Quæ & seorsum fertur.inscriptaq̃ est pro rhodiensibus:& in quinto originum libro scripta est.Tyro autem Tullius.M.Ciceronis libertus:sane quidem fuit ingenio homo eleganti & haud quaq̃ rerum literarumq̃ ueterum indoctus.Eoq̃ ab ineunte ætate liberaliter instituto adminiculatore & quasi ad

Perses

Tyro Tullius

miniſtratore in ſtudiis litterarũ Cicero uſus eſt. Sed ꝓfecto plus auſus eſt: q̃ ut tolerari: ignoſciq; poſſit. nanq; epiſtolam cõſcripſit ad. Q. Anxiũ familiarẽ patroni ſui confidenter: et nimis callide. In qua ſibimet uiſus eſt orationẽ iſtã ꝓ rhodienſibus acri ſubtiliq; ingenio & iudicio ꝑcenſuiſſe. Ex ea epiſtola libitum forte nobis ẽ reprehẽſiones eius quaſdã attingere: maiore ſcilicet uenia repræhenſuri Tyronẽ: q̃ tum ille repræhẽderit Catonẽ. culpauit aũt primum hoc: ꝙ Cato inerudite: & ἀναγωγως .i. ineducate: ut ipſe ait principio nimis inſolenti: nimiſq; acri: & obiurgatorio uſus ſit: cũ uereri ſeſe oſtẽdit ne patres gaudio: atq; lætitiæ rerũ geſtarũ ꝓſpere de ſtatu mentis ſuæ deturbati nõ ſatis cõſiperent: neq; ad recte intelligendũ conſulẽdũq; eẽnt idonei. In principiis autẽ inqt patroni q̃ ꝓ reis dicũt: conciliare ſibi & cõplacare iudices debent. Senſuſq; eorũ expectatione cauſæ ſuſpenſos: rigentiſq; honorificis: uerecũdiſq; ſentẽtiis commulcere. Non iniuriis: atq; imperioſis comminationibus cõfricare: Ipſum deniq; pricipium appoſuit cuius uerba hæc ſunt. ſcio ſolere pleriſq; hominibus rebus ſecundis: atq; prolixis atq; ꝓſperis: animum excellentem: atq; ſuperbiam: atq; ferocitatem augeſcere: atq; creſcere: quod nũc mihi magnæ curæ eſt: ꝙ hæc res tam ſecunde proceſſerit nequid in conſulendo aduerſi eueniat: quod noſtras ſecundas res confricet. Neue hæc lætitia nimis luxurioſe eueniat. Aduerſæ res ſe domant: & docent quid opus ſit facto. Secundæ res lætitia tranſuorſum trudere ſolent a recte conſulendo atq; intelligẽdo. Quo:

maiore opere dico suadeoq; uti hæc res aliquot dies proferatur: dum ex tanto gaudio in potestatē nostrā redeamus. Quæ deinde. Cato iuxta dicit: ea inquit cō fessionem faciunt: non defensionem: neq; propulsa tionem: translationemue criminis habent. sed cū plu ribus alijs communicationem: q scilicet nihil ad pur gandum est. Atq; etiam (inquit) insuper profitetur rhodienses. qui accusabantur: q aduersus po. ro. regi magis cupiuerint: fauerintq;. Id eos cupisse atq; fa uisse utilitatis suæ gratia Nero non est ualde preca batur: sed quasi propulsabat: & defendebat inuidiā Quod græci propinqua significatione παραιτοῦμαι. idest deprecor. i. excuso: euito: dicūt. Item pro. A. Licinio similiter Cicero uerbo isto utit. Quid (inquit) huic homini facias. Non ne concedas inter dum: ut excusatione summæ stultitiæ: summæ impro bitatis odium deprecetur? item in Verrem actionis se cundæ procemio. Nunc uero quid faciat hortensius? Auaritiæ ne crimina frugalitatis laude deprecetur? An hominē flagitiosissimū libidinosissimū: nequis simūq; defendat? Sic igitur Catullus eadem se face re dicit: quærens ueniam: q & male diceret ei palā: respueretq;: & recusaret: detestareturq; assidue: & tamen eam penitus deperiret.

Quis omniū primus libros publice præbuerit le gendos. Quātusq; numerus fuerit athenis ante clas des persicas librorum in bibliothecis publicorum.

Cap. XVII.

Libros athenis disciplinarum liberalium pu blice ad legēdum præbēdos: primus posuis

Pisistrase dicitur Pisistratus tyrãnus. deinde studiosius accu
ratiusq; ipsi athenienses auxerunt. Sed omnem illam
postea librorum copiam Xerxes athenarũ potitus: ur
be ipsa præter arcem: incensa abstulit: asportauitq;
in persas. Eos porro libros uniuersos multis post tẽ
pestatibus Seleucus rex: qui Nicanor appellatus est:
referendos athenas curauit: ingens postea numerus
librorum in ægypto a ptolemæis regibus: uel con
quisitus: uel confectus est: ad milia ferme uoluminũ
septingenta. sed ea omnia bello priore alexandrino:
dum diripitur ea ciuitas: non sponte. neq; opera con
sulta. Sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt.

Pisistratus. Seleucus qui nicanor. Alexandriæ bibliotheca.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEPTIMVS.

Admiranda quædam ex annalibus sumpta de P. Africano superiore. Cap. I.

Olympias Alexandri mater.



Vod de Olympiade philippi re
gis uxore: Alexandri matre in
historia græca scriptũ est: idem
de P. Scipiõis quoq; matre: qui
prior africanus appellatus est:
memoriæ datum est. Nã & C. Cn.
Oppius: & Iulius Higinus aliiq; qui de uita & re
bus Africani scripserũt: matrem eius diu sterilẽ exi
stimatã tradũt. P. quoq; Scipionẽ cũ quo nupta erat:
liberos desperauisse. Postea ĩ cubiculo: atq; ĩ lecto mu
lieris: quũ absente marito cubãs sola obdormisset ui
sum repẽte iuxta eã cubare ingẽtẽ anguẽ. Eũq; iis: q
uiderãt: territis & clamãtibus elapsum iueniri nõ

quisse. Idipsum. P. Scipionē ad aruspices retulisse. Eos sacrificio facto respondisse: fore ut liberi gignerentur. Neq multis diebus postea ꝗ̃ ille anguis in lecto uisus est: mulierē concepisse: cōcepti fœtus signa: atq sensu; pati. Exinde mēse decimo peperisse. Naūq; esse hūc. P. Scipionē africanū: q annibalē et carthaginēses in Africa bello punico secūdo uicit. Sed et eū impēdio magis ex rebus gestis: ꝗ̃ ex illo ostento: uirū esse uirtutis diuinæ creditū est Id etiā dicere haud piget: quod idē: illi quos supra nominaui: literis mādauerint: Scipionē hūc africanū solitauisse noctis extremo: priusꝗ̃ diluculareт in capitoliū uentitare: ac iubere aperiri cellā iouis. Atq; ibi solū diu demorari quasi cōsultātē de rep. cū ioue. Aedituosq eius templi sæpe esse demiratos: q solū id tpis in capitoliū ingrediētē canes semper in alio sæuientes neq latrarēt eū neq incurrerēt. Has uulgi de scipione opiniones cōfirmare: atq; approbare uidebantur dicta factaq; eius pleraq; admirāda. Ex qbus ē unū huiuscemodi assidebat: oppugnabatq opidū in hispania situ: mœnibusq;: ac defensoribus ualidū & munitū. Re etiā cibaria copiosum. Nullaq; eius potiūdi aspes erat. Et quodā die ius in castris sedēs dicebat atq ex eo loco id oppidū pcul uidebat. Tū e militibus: q i iure apud eū stabāt: īterrogauit qspiā ex more ī quē diē locūq; uadimoniū pmitti iuberet? Et scipio manū ad ipsam oppidi qd obsidebat arcē protēdēs: perēdie inquit sese sistāt illo in loco. Atq; ita factū Die tertio: in quē uadari iusserat oppidum captū est. Eodē die in arce eius oppidi ius dixit.

De Cesellii uindicis pudẽdo errore quẽ offendimus i libris eius quos iſcripſit lectionũ ãtiquarũ. Cap. ii.



Turpe erratũ offendimus in illis celebratiſſimis cõmẽtariis lectionũ antiquarum Ceſellii uindicis: hominis hercle plæraq; haud indigẽtis: quod erratum multos fugit: quãq̃ multa in Ceſellio repræhẽdẽdo etiã per calũnias rimarẽtur. Scripſit aũt Ceſellius. Q. Ennium in. xiii. libro annaliũ cor dixiſſe maſculino genere. uerba Ceſelli ſubiecta ſunt: Maſculino gñe cor. ut multa alia enũciauit Ennius. Nam in. xiii. annali quem cor dixit. adſcripſit deinde uerſus Ennii duos.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellum faciam. quẽ credidit eſſe meum cor?

Antiochus eſt qui hoc dixit aſiæ rex. Is admiratur: et permouet: Tertia ratio uindicãdi eſt quæ παραδειγμα. i. exemplũ a græcis nomiatur: quũ punitio propter exẽplum neceſſaria ut cæteri a ſimilibus peccatis: quæ prohiberi publicitus intereſt: metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco ueteres quoq; noſtri exempla: pro maximis grauiſſimiſq; pœnis dicebant. quãdo igitur aut ſpes magna eſt: ut is qui peccauit citra pœnã ut ſeſe ultro corrigat: et ſpes cõtra nulla eſt: emendari eum poſſe: et corrigi: aut iacturam dignitatis eius in quem peccatum eſt: metui non neceſſe eſt. aut non peccatum eſt cuius exemplo neceſſario metu ſanciendũ ſit. Tum quicquid ita delictum eſt non ſane dignum eſſe imponendæ pœnæ ſtudium uiſum eſt. Has tris ulciſcendi rationes: &

philosophi alii plurifariam: et noster Taurus in primo cōmentariorū quos in Gorgiam Platonis composuit: scriptas reliquit. Plato autẽ ipse uerbis apertis duas solas esse puniendi causas dicit. Vnam quã primo in loco: propter corrigendum: alteram quam in tertio propter exēpli metū posuimus. uerba sunt hæc Platonis ĩ Gorgia. προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ᾽ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελτίονι γίνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παραδείγματι ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. idest autem conueniens ut qui plectitur ab alio recte puniente: melior fiat & utilitatem capiat. Aut exēplo cæteris sit: quo uidentes aliũ male affectum præ metu reddantur meliores. In his sce uerbis facile intelligas τιμωρίαν: idest ultionem & pœnam Platonem dixisse: non ut supra scripsi quosdam dicere: sed ita ut promiscue dici solet: pro omni punitione An ne autẽ quasi omnino paruam: & contemptu dignam præterit pœnæ sumendæ causam: propter tuendam læsi hominis auctoritatem. An magis: quasi ei quam dicebat rei non necessariam prætermiserit: quum de pœnis non in uita: neq; inter homines: sed post uitæ tempus capiendis scriberet: ego in medium relinquo.

De uerbo quiesco: an e litera corripi: an produci debeat Cap. xv.

a Micus noster homo multi studii: atq; in bonarum disciplinarum opere frequens: uer- Quiescit.

bum quieſcit:uſitate e litera correpta dixit alter itẽ amicus:homo in doctrinis:quaſi in præſtigiis mirifi cus:cõmuniũq; uocum reſpuens nimis:& faſtidiens barbare eum dixiſſe opinatus eſt:quoniam produce re debuiſſet:non corripere. Nam quieſcit ita oportere Quies. dici pædicauit:ut caleſcit:niteſcit:ſtupeſcit:atq; alia huiuſcemodi multa. id etiam addebat:quod quies e pro ducto:non breui diceretur:noſter autem (qua eſt om nium rerũ uerecundia) mediocritate:ne ſi helii qui dem cinciĩ:& ſatyri dicẽdũ ita cẽſuiſſent. obſecuturũ ſeſe fuiſſe ait contra perpetuam latinæ linguæ con ſuetudinem. Neq; ſe tam inſignite locuturum:ut abſo na aut inaudita ut diceret. Literas autẽ ſuper hac re fecit itẽ inter hæc exercitia quædã ludicra. Et quie ſco non eſſe his ſimile:quæ ſupra poſui:nec a quiete dictũ:ſed ab eo quietẽ. Græcæq; uocis εσχομ καί εσχομ ionicæ a uerbo εχω ι σχω:modum & originem uerbum iſtud habere demonſtrauit. Ratio nibuſq; haud frigidis docuit quieſco e litera longa dici non cõuenire:ut diceret eiuſmodi quiſpiam:qui tumultuariis & modicis linguæ exercitationibus ad famam ſe facundiæ permiſerat:neq; orationis lati næ modos:uſurpationeſue:ullas didicerat.

Notum uerbum deprecor a poeta Catullo inuſitate quidem ſed apte poſitum:& proprie:deq; ratione eius uerbi:exempliſq; ueterum ſcriptorum.

Cap. XVI.

q
Vum in lycio forte uespera ambularemus:uir quidā ludo ibi nobis:et uoluptati fuit. Nā quū eēt uerbū depcor doctiuscule positū ī Catulli carmine:qa id ignorabat frigidissimosuersus eē dicebat oīm qdē meo iudicio uenustissimos: quos subscripsi. Depre cor.

Lesbia mi dicit semper male nec tacet unq̄
De me:disperęam:me nisi Lesbia amat.
Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi.
Assidue uerū disperēā nisi amo.

Deprecor hoc in loco uir bonus ita dictū esse putat.ut plærūq; a uulgo dicitur:qd significat ualde precor:et oro:et supplico. In quo de præpositio ad augēdū et cumulādū ualet. Quod si ita esset:frigidi sane uersus forēt. Nunc n.cōtra oīno ē. Nā de præpositio:qm̄ est āceps:ī uno eodēq; uerbo diuersitatē significationis capit. Sic.n. deprecor a Catullo dictū est:quasi detestor : uel execror:uel depello:uel abominor. Cōtra aūt ualet:quū Cicero p.P.Sylla ita dicit:Quā multorū hic uita a Sylla deprecatus est. Itē in dissuasione legis agrariæ. Si qd deliquero:nullæ sunt uirgines:q̄ mea uobis deprecentur.sed neq; solus Catullus:ita isto uerbo usus est. Pleni adeo sunt libri ueterum similis in hoc uerbo significationis. Ex quibus unum & alterum: quæ suppetiarant apposui.

Q.Ennius ī Erichteo nō lōge secus dixit:q̄ Catullus Quibus nunc inquit erumna mea libertatem paro. Quibus seruitutē mea miseria deprecor? significat abigo:& amolior uel prece adhibita:uel quo alio modo. Item Ennius in cresphonte:Ego quū meæ uitæ parcā:lætum inimicum deprecor. Cicero in libro

quinto de repu. ita scripsit: qđ quidē eo fuit maius: quia quũ in causa pari collegæ essent: non modo inuidia pari non erant: sed etiam claudij inuidiā Gracchi charitas deprecabatur. Hic quoq; item Persa quoq; rege uicto ad superbiā: ferociāq; & imodicũ modũ isolesceret. Eaq; ipsa uerba ponit ut ifra scriptũ est. Atq; ego quidem arbitror rhodienses noluisse nos ita depugnare: uti depugnatum est. Neq; regē Persen uicisse: non rhodienses id modo uoluere: sed multos populos: atq; multas natiões idem uoluisse arbitror. Atq; haud scio: an partim eorum fuerint: qui non nostræ contumeliæ causa id uoluerunt euenire. sed enim metuere: si nemo esset homo: quem uereremur: quicquid liberet: faceremus ne sub solo iperio nostro in seruitute nostra essent libertatis suæ causa in ea sententia fuisse arbitror. Atq; rhodiēses tamen Persen publice nũq; adiuuere. Cogitate quanto nos nostri natiui cautius facimus. Nā unusquisq; nostrũ si quis aduersus rem suam quid fieri arbitratur: summa ui contra nititur: ne aduersus illam fiat quod illi tamen perpessi. Sed quod ad principiũ repræhensum attinet: scire oportuit Tyronē: defensos esse rhodienses a Catone: sed ut a senatore: & consulari: et cēsorio uiro: quod quidē optimũ esse publicũ existimabat suadente: nō (ut a patrono solet) causam pro reis dicēte. Alia naq; principia conducũt reos apud iudices defendenti & clæmentiam: misericordiāq; undiq; indaganti Alia quũ senatus de repu. consulitur uiro auctoritate pstanti: sententijs quorundā iniquissimis permoto: & pro utilitatibus publicis: ac p

salute sociorũ grauiter & libere indignãti simul: ac dolenti. Quippe recte & utiliter in disciplinis rhetorum præcipitur iudices de capite alieno: deq; causa ad sese non pertinẽti: cognituros ex qua preter officium iudicãdi: nihil ad eos simul periculi uel emolumenti redũdaturum est: cõciliãdos esse: ac propiciãdos laudabiliter; ac placabiliter: & leniter existimationi salutiq; eius: q apud eos accusatus est. At quũ dignitas. & fides: & utilitas omniũ communis agitur: ob eãq; rem aut suadendũ quid: ut fiet: aut fieri iam cæpto: differendum est: tum qui se in huiusmodi principijs occupat: ut beniuolos: benignosq; sibi auditores paret: ociosam operã: in non necessarijs uerbis sumit. Iãdudũ. n. negocia periculaq; ipsarũ rerũ cõmunia: cõsilijs eos capiendis cõciliãt: & ipsi potius sibi exposcũt consultoris beniuolẽtiã. Sed quod ait cõfessum Catonem noluisse rhodienses ita depugnare uti depugnatũ est: neq; regẽ Persen a po. ro. uinci: atq; id eũ dixisse non rhodiẽsis modo: sed multas quoq; alias natiões uoluisse: sed id nihil ad purgandum: extenuandumue crimen ualere: iã hoc primum Tyro improbe mentitur. Verba ponit Catonis & alijs tamẽ eũ uerbis calumniatur. Non enim Cato confitetur rhodienses uoluisse uictoriã esse po. ro. sed sese arbitrari dixit: id eos noluisse: quod erat proculdubio suæ opinionis professio: non rhodiẽsium culpæ confessio, In qua re: ut meum quidem iudiciũ non culpa tãtum uacat: sed dignus quoq; laude admirationeq; est: quum & ingenue: & religiose dicere uisus est cõtra rhodiensis quod sentiebat: & par

ta ſibi ueritatis fide ipſum illud tamen:quod cōtra-
riū putabatur flexit:& trāſtulit:ut eos idcirco uel
maxime æquū eſſet acceptiores:charioreſq; fieri po-
pulo Romano:quod quum & utiles eſſent:& uel-
lent regi eſſe factum:nihil tamen adiuuādi eius gra
tia fecerit. Poſtea uerba hæc ex eadē:orōne ponit. Ea
nunc de repente tanta nos beneficia ultro citroq; tan
tam amicitiā relinquimus. Quod illos dicimus uo-
luiſſe facere:id nos priores facere occupabimus? Hoc
inquit enthymema neq; & uitioſum eſt:reſponderi
enim potuit:occupabimus certe. Nam ſi non occupa
uerimus:opprimemur incidendumq; erit inſidias a
quibus ante nos non cauerimus. Recte inquit hoc ui-
tio dat lucilius poetæ:euripidi:ꝙ quum Polyphon-
tes rex propterea ſe interfeciſſe fratrē diceret:ꝙ ipſe
ante cōſilium de nece eius cœpiſſet. Meropa fratris
uxor hiſce cum uerbis eluſerit ει γαρ σε εμελλε
νωσ συφησ κτεινειν ποσισ. Χρηκαι
σε μελλειν ωσ χροvοσ παρηλθεν
Id eſt nā ſi te occiſurus erat ut tu ais maritus:te quo
q; occiſurum eſſe oportuit:ut quando tempus inter-
poneret. At hoc enim inquit plane ſtultitiæ plenum
eo conſilio:atq; ea fini facere nolle aliquid:uti nūq;
id facias:qđ uelis. S; uidelicet Tyro animū nō aduer
tit nō eſſe in oībus rebus cauēdis eandem cauſam:nō
humanæ uitæ negocia:& actiones:et officia:uel oc
cupandi:uel differendi:uel etiam ulciſcendi :uel ca
uendi:ſimilia eſſe pugnæ gladiatoriæ. Nam gla
diatori compoſito ad pugnandum pugnæ hæc pro
poſita ſors eſt:aut occidere ſi occupauerit:aut occum

bere. si cessauerit hominum autem uita non tam ini-
quis: neq; tam in domitis necessitatibus circũscripta
est ut iccirco prior iniuriam facere debeas: quam nisi
feceris: pati possis. Quod tãtum aberat a populi ro
mani mansuetudine occupare: ut sæpe iam in sese
factas iniurias ulcisci neglexerit. Post deinde usum
esse Catonẽ dicit: in eadem oratione argumentis pa
rum honestis: & nimis audacibus. Ac non uiri eius:
qualis fuit: sed uafris. ac fallaciosis: et quasi græco-
rum sophistarum solertijs. Nam quũ obijceretur in-
quit rhodiẽsibus? quod bellum populo romano face
re uoluissent: negauit pene. Sed ignosci poposcit
quia id nõ fecissent & si maxime uoluissent: indu-
xisseq; eum dicit: quam dialectici εϖαγογην: id
est inductionem appellant. remadmodum insidio-
sam: & sophisticam: neq; ad ueritates magis. q̃ ad
captiones repertã quũ conatus sit exẽplis decipienti
bus colligere: cõfirmareq; neminẽ qui malefacere
uoluit plecti æquum esse: nisi quod factum uoluit
etiam fecerit. Verba autem ex ea oratione Marci
Catonis hæc sunt. Qui acerrime aduersus eos dicit:
ita dicit hostis uoluisse fieri: & q̃s est tandẽ nostro
rũ: qui quod ad se attineat: æquum censeat quemq̃
pœnas dare ob eam rem: arguatur malefacere
uoluisse? Nemo opinor. Nam ego quod ad me atti-
net nolim. Deinde paulo infra dicit. Quid
nunc? & quæ tandem lex est tam acerba: quæ di
cat. Si quis id facere uoluerit: mille nummis: dimi-
dium familiæ: multa esto. Si quis plus quingenta
iugera habere uoluerit: tanta pœna esto. Siquis

maiorem pecudum numerum habere uoluerit: tan-
tum damni esto: atq nos omnia plura habere uolu-
mus: & id nobis impunæ est. Postea ita dicit: sed si
si honorem non æquum est haberi ob eam rem: ꝙ be
nefacere uoluisse quis dicit: neq; fecit tantum. Rho-
diensibus tale erit: non ꝙ malefecerunt sed quia uo
luisse dicuntur. His argumentis Tyro Tullius Mar-
cũ Catonem contendere & conficere dicit rhodien-
sibus quoq; impune esse debere ꝙ hostes quidẽ Po.
Ro. esse uoluissent: & qui naxime non fuissent. Dis-
simulari autem nõ posse ait quin paria & consimi-
lia non sint plus quingenta iugera habere uelle qđ
plæbiscito colonis prohibitum fuit: & bellum iniu-
stum: atq; impium po. ro. facere uelle. neq; item infi
ciari posse: quin alia causa in præmio sit: alia in pœ
nis. nam beneficia inquit promissa opperiri oportet
neq; ante renumerari q̃ facta sint: iniurias autem
imminentis præcauisse iustũ est magis q̃ expectauis
se. Summa enim professio stultitiæ inquit: nõ ire ob
uiam sceleribus cogitatis: sed manere: oppeririq; ut
quum admissa: & perpetrata fuerint. tum deniq;
ubi: q̃ facta sunt: infecta fieri nõ possunt: puniantur
hæc Tyro in Catonẽ nõ minus frigide sane. q̃ inani
ter. sed enim Cato nõ nudã nec solitariã: nec impro-
tectam hanc επαγωγην facit. Sed multis eã mõ
dis præfulcit multisq; aliis argumentis conuelat. et
quia nõ Rhodiẽsibus magis q̃ reip. cõsulebat: nihil
sibi dictu: factuq; in ea re turpe duxit: quin omniũ
sententiarũ uia seruatũ ire socios niteretur. Ac pri-
mum ea nõ incallide conquisiuit: quæ nõ iure natu-

ræ aut iure gentium fieri prohibentur:sed iure legũ rei alicuius medẽdæ:aut temporis causa iussarum.sicut est de numero pecoris:aut de dominio agri p̃finito:aut eiusmodi aliquo:in quibus tribus q͛d prohibitum fieri per leges quidẽ non licet uelle id tamẽ facere:si liceat inhonestũ non est. Atq; eas res contulit seorsum miscuitq; cum eo quod neq; facere:neq; uelle:per sese honestum tum deinde ne disparilitas collationis euidens fieret: pluribus id propugnaculis defensat:Neq; tenuis istas:& enucleatas uoluntatũ in rebus illicitis repræhensiones:qualia in philosophorum ocio disputantur:magnifacit.sed id solum ex summa ope nititur:ut causa rhodiensium quorũ amicitiã retineri ex repu.fuit aut æqua iudicaretur: aut quidem certe ignoscenda. Atq; interim : neq; fecisse rhodienses bellum:neq; facere uoluisse dicit. Interim autem facta sola cẽsenda dicit:atq; in iudiciũ uocanda:sed uolũtates nudas:inanisq;:neq; legibus neq; pœnis fieri obnoxias:interdum tamen:quasi deliquisse eos cõcedat:ignosci postulat:et ignoscentias utiles esse rebus humanis docet:ac nisi ignoscãt.metus in republica rerum nouarum monet:sed enim cõtra si ignoscatur conseruatum iri ostendit:popu. Romani magnitudinẽ.superbiæ quoq; crimen:q͛d tunc præter cætera ĩ senatu Rhodiẽsibus obiectũ erat mirifica:& prope diuina responsionis figura elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis:quoniã Tyro ea prætermisit. Rhodienses superbos esse aiũt id obiectãtes:q͛d mihi e liberis meis minime dici uelim sint sane superbi:q͛d id ad nos attinet:id ne ira

Ignoscẽtia

scimini si quis superbior ē:q̃ nos. Nihil prorsus hac cōpellatiōe dici pōt:neq; grauius neq; munitius ad uersus homines superbissimos facta:qui superbiam in sese amarēt:in aliis reprahenderēt. prætereà aiad uertere ē in tota ista Catonis oratione:oīa disciplina rū rhetoricarū arma atq; subsidia mota eē:sed nō p̄ inde:ut in decursibus ludicris:aut simulachris prœliorū uoluptariis fieri uidemus. Non inq̃ distincte nimis ac cōpte:atq; modulate res acta est.sed quasi ĩ ancipiti certamine quū sparsa acies ē:multisq; locis marte uario pugnatur:sic in ista tū cā Cato:quū sup bia illa Rhodiensiū famosissima multorū odio atq; ĩuidia flagraret:oībus p̄miscue tuēdi:atq; p̄pugnā di modis usus ē. & nūc ut optīe meritos cōmendat: nūc tāq̃ si innocentes purga. & ne bona diuitiæq; eorū expectātur:obiurgat:nūc ēt quasi sit erratū dep̄catur:nūc ut necessarios reip. ostentat:nūc clæmentiæ nūc māsuetudinis maiorū:nūc utilitatis publicæ com monefacit. eaq; oīa distinctius:numerosiusq;:ac com ptius fortasse dici potuerint. Fortius atq; uiuidius po tuisse dici nō uidentᷣ. Iniq; igitᷣ Tyro Tullius: q ex omnibus facultatibus tā opulētæ oratiōis aptis inter sese & cohærētibus paruū quippiā nudūq; sumpsit qd obtrectaret:tanq̃ nō dignū. M. Catone fuerit:q̄ delictorū nō p̄petratorū uolūtates nō cēsuerit puniē das. Cōmodius autē erectiusq; de his meis uerbis q bus Tul. Tyroni r̄ndi:mō existimauit:iudiciūq; faci et:q et orationē ipsam Catōis totā acceperit ĩ manus: & epistolam Tyronis ad Anxiū scriptā reqrere et le gere curauerit. Ita.n.nos sincerius exploratiusq; uel

corrigere poterit:uel probare.

Cuiusmodi seruos:& quã ob causam Celius Sabinus iuris ciuilis auctor pileatos uenundari solitos scripserit.& quæ mãcipia sub corona more maiorũ uænierint.Atq; idipsum sub corõa q̃d sit. Ca.IIII

P Ileatos seruos uænũ solitos ire: quorũ nomine uenditor nihil præstaret.Celius sabinus iurisperitus scriptum reliquit:cuius rei causam esse ait:q; eiusmodi cõditionis mãcipia insignia esse in uendũdo deberẽt:ut emptor es errare:& capi non possent.neq; lex uendundi opperienda eẽt: sed oculis iam perciperent quodnam esset mancipioru; genus:sicuti inq̃t antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta uæniebãt:et iccirco dicebãtur sub coronis uænire.Nam ut ea corona signum erat captiuorum uenalium:ita Pileus impositus demõstrabat eiusmodi seruos uenundari quorũ nomine emptori uẽditor nihil præstaret.Est autem alia ratiõis huius opinio:cur dici solitum sit captiuos sub corona uenũdari:q; milites custodiæ causa: captiuorum uenaliũ greges circunstarent:eaq; circunstatio militũ corona appellata sit.Sed id magis uerũ eẽ:q̃d supra dixi.cato quoq; ĩ libro:quem composuit de re militari docet Verba sunt hæc Catonis.Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat: q̃ re male gesta coronatus uæneat,

Pileati serui Vendebantur.

Historia de Polo histriõe mẽoratu digna Ca.V.

H Istrio in terra græcia fuit fama celebri:q gestus & uocis claritudine:& uenustate cæteris antestabat. nomen fuisse

diunt polum. tragœdias poetarum nobiliũ scite atq;
Polus histrio asseuerate actitauit. Is Polus unice amatũ filiu; morte amisit eum luctum quoniã satis uisus est luxisse: rediit ad quæstũ artis. in eo tẽpore Athenis Electra; Sophoclis acturus gestare urnam: quasi cũ Orestis ossibus debebat. ita compositũ fabulæ argumentum est: ut ueluti fratris reliquias ferens Electra comploret commisereaturq; interitum eius: qui per uim extinctus existimatur. Igit̃ Polus lugubri habitu Electræ indutus ossa: atq; urnam e sepulchro tulit filiũ: & quasi orestis amplexus oppleuit omnia: nõ simulachris: neq; imitamẽtis: sed luctu atq; lamẽtis ueris & spirantibus: ita quum agi fabula uideretur: dolor actitatus est.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit. Cap. VI.

EX quinq; sensibus: quos animantibus natura tribuit. uisu gustu: auditu: tactu: odoratu: quos græci αισθησεισ: id est sensus ὄψιν: id est uisum: ακοην: id est auditum: γευσιν. id est gustum: αφην: id est tactũ: οσφρησιν id est odoratum appellant: quædã animaliũ alia alio carent: & aut cœca natura gignuntur: aut inora: inauritaue. nullum autem gigni anial Aristoteles dicit quod aut gustus sensus careat: aut tactus. uerba ex libro eius quem περι μνημησ: idest de memoria cõposuit: hæc sunt. την δε αφην: και την γευσιν παντα εχει πλην ει τι των ατελων ζωων id est tactum uero: & gustum omnia habent: præter q̃ animantium imperfecta.

An affatim quasi admodũ prima acuta ꝓnunciã dum sit. & q̃dã uide; nõ incuriose tractata sup alia rum uocũ accentibus. Cap. VII.

Nnianus poeta præter ingeniũ amœnitates: literarũ quoq; ueterum & rationũ in literis oppido q̃ peritus fuit & sermocinabatur mira quadam: & scita suauitate: Is affatim id est admodum prima acuta: non media pronunciabat. Atq; ita ueteres locutos censebat: itaq; se audiente Probum grammaticum hos uersus in Plauti cistellaria legisse dicit. Affati;

Potin es tu homo facinus facere strennuum.

Aliorum est affatim qui faciant:

Sane ego me uolo fortem perhiberi uirum.

Causamq; huic accentui dicebat: q affatim nõ essent duæ partes orationis: sed utraq; pars in unam uocem coaluisset: sicuti ĩ eo quoq; q̃d ex aduersum dicimus: secundã syllabã debere acui existimabat: quoniã una nõ duæ eẽnt oratiõis partes. Atq; ita oportere apud Terentium legi dicebat: in his uersibus. In quo hæc discebat ludo exaduersum loco: tonstrina erat quædam. addebat etiã quod ad prouerbiũ tũ ferme acueretur: quũ significaret ΕΠΙΤΑΣΙΝ: quam intentionem nos dicimus: sicuti ad fabre: & admodũ & ad probe dicũtur. Cætera q̃dẽ satis cõmode Annianus. sed hãc pticulam quẽ semper quũ intentionẽ significaret: acui putauit: nõ id ppetuũ uidetur. Nam & ad probus quũ dicimus: & adprimus: & adprime intẽtio in his uerbis demonstratur: neq; tamen ad particula satis cõmode accentu acuto pronũciatur. Adpro

Ex aduersum

Ad fabre

Admodum

Adprobe

Adprimus

Adprie

Adprobus

bus tamen: quod significat ualde probus: nõ inficias eo: ꝙ prima sillaba acui debeat. Cecilius in comœdia quæ inscribitur triũphus: uocabulo isto utitur. Hierocles hospes est mihi: adolescens adprobus. Nũ igitur in his uocibus quas nos non acui diximus: ea causa ẽ:

Adprimum ꝙ syllaba insequit̃ natura lõgior: quæ nõ ferme patitur acui priorẽ: ĩ uocabulis sillabarũ pluriũ q̃ duarum. adprimũ autẽ lõge primum. L. Liuius in odyssea dicit in hoc uersu. Ibi deniq; uir summus adprimus patroclus.

Præmodum Idẽ Liuius ĩ odyssea præmodũ dicit: quasi admodũ. Parceres inquit præmodum. Quod significat supramodũ: dictumq; est quasi prætermodum. in quo scilicet prima syllaba acui debuit.

Res supra fidem habita super amatore delphino & puero amato. Cap. VIII.

Delphini DElphinos uenerios esse & amasios non mõ historiæ ueteres sed recẽtes quoq; memoriæ declarãt. Nam & sub Cæsaribus in puteolano mari: ut Appion scriptum reliquit & aliquot sæculis ante apud naupactũ: ut Theophrastus tradidit: amatores flagrantissimi delphinorum quidam cogniti compertiq; sunt. Neq; ii amauerũt: quod sũt ipsi genus: sest pueros forma liberali in nauiculis forte aut in uadis littorum cõspectos miris & humanis modis arserunt. Verba subscripsi απιωνοσ eruditi uiri ex ægyptiacorũ libro quĩto: q̃bus delphini amãtis & pueri nõ adhorrẽtis cõsuetudines: lusus ac gestatiões: aurigatiões refert. eaq; oĩa sese ipsũ: multosq; alios uidisse dicit. και αυτοσ λουνει-λον περι δικαιαρκιαν δελφινα ερω

ὕτα παιδὸς καὶ ϖρὸς παιδικὴ μετ
τὸ ἡμερόφωνην: κατὰ ρ οὐμκ αἱ προσ
νηχώμενος οἰχθυς. ἀνεδέχετο τὸν
παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. καὶ τὰς ἀκα
νθας περιςτέλλων ἵνα μὴ τὸν ποθού
μενον χρῶντα ἀμύξειε καὶ ἱππηδὸν
ϖερι βεβηκότα μέχρι διακοσίων
ἀνῆγε σταδίων ἐξεχεῖτο δ' ἀρα ἡ ῥώμη
καὶ πᾶσα ἡ ἰταλία θεασασθαι ἰχθυν
νηχόμενον ὑϖὸ ἔρωτος: id est et quidẽ nos ui-
mus apud puteolos delphinum amãtẽ mire puerũ:
inclamatũ a puero accíri. Annatans itaq; & pẽnæ
aculeos uelut uagina cõdẽs: ne dilectũ sibi corpus la
ceraret p̃bebat ascẽsuro dorsum receptũq; eqtis mõ
insidẽtẽ p magnũ æquor ad trigita fere passuũ mi-
lia deferebat. Roma igit: oĩsq; italia eo cõfluebat: ut
piscẽ p amorẽ uenerũ uehẽtẽ puerũ aspectaret. Ad
hæc adijcit rẽ nõ minus mirãdã. Postea inqt idẽ ille
puer delphino amœnus morbo affectus obijt suum
diẽ. at ille amãs: ubi sæpe ad littus solitũ annauit: et
puer q̃ in primo uado aduẽtũ eius opperiri consue
uerat nusq̃ fuit: desiderio tabuit: exanimatusq; ẽ et
in littore iacens inuentus ab ijs qui rem cognouerãt
in sui pueri sepulchro humatus est.

Peposci: memordi: pepugi spepondi: & occecurri plærosq; ueterũ dixisse nõ uti postea receptũ est dicere: per o aut p u literã i pria syllaba positã: s; p e: atq; adeo græce rõnis exẽplo dixisse. Præterea notatũ q̃ uiri nõ indocti: neq; ignobiles a uerbo descẽdo nõ descendi: sed descẽdidi dixerũt. Cap. IX.

Momordi. P Oposci: momordi pupugi cucurri probabiliter dici uidẽtur. atq; ita nũc omnes ferme doctiores huiuscemodi uerbis utũtur. Sed. Q. Ennius in satyris memorderit dixit per e literã. nõ momorderit. Meum inquit nõ est: at si me carnis memorderit. Itẽ laberius in gallis. de integro patrimonio meo centũ milia nũmũ memordi. Itẽ idẽ Laberius in coloratore. Itaq; leui pruna percoctus: simul sub dẽtes mulieris ueni bis ter memordit. Itẽ. P. Nigidius de animalibus libro secũdo: Serpẽs si memordit: gallina deligitur: et opponitur. Itẽ Plautus ĩ aulularia Vt admemordit hominẽ. Sed idem Plautus in trige praemorsisse. minis nõ praemordisse: neq; praemomordisse dixit: sed p̃morsisse. Ni fugissem inq̃t mediũ credo p̃morsisset. Itẽ Actius in cõciliatrice ursum se memordisse Peposci autumat Peposci quoq; nõ Poposci Valerius antias in libro annaliũ. xlv. scriptũ reliq̃t. Deinde Licinius tri. ple. perduellionẽ ei diẽ dixit: et comitiis diẽ a. Q. Martio praetore poposcit. Pepugero quoq; Actius ĩ aedilitio dicit. Sed si pepugero: metuet. Heliũ quoq; Pepugero Tuberonẽ libro ad. C. Oppiũ scripto occecurrit dixisse: p̃bus ãnotauit et haec eius uerba apposuit. Si gñalis spẽs occecurrit. Idẽ Probus Valeriũ anxiatã libro Occecurrit. historiarũ duodecimo spepõderat scripsisse annotauit: uerbaq; eius haec posuit. Tiberius Gracchus: qui Ppepondi. quaestor. C. Mancino ĩ hispania fuerat: et caeteri qui pacem spepõderat. Ratio autẽ istarũ dictionum haec esse uideri potest: quoniã graeci in quadã specie praeteriti temporis; quod παρακειμενον: idest praeteritũ p̃fectũ appellãt: secũdam uerbi litera in e plae

runt uertunt γραφω γέγραφα: scribo scripsi: ποιῶ πεποίηκα: id est facio feci: λαλῶ λελάληκα. i. garrio garriui: κρατῶ κεκράτηκα idest teneo tenui: λούω λέλουκα: id est lauo laui. sic ergo mordeo memordi: posco peposcit: tendo tetendi: tãgo tetigi: pũgo pepugi: spõdeo spepõdi: curro cecurri: tollo tetulli: facit. sic & M. Tullius et C. Cæsar mordeo memordi: pungo pepugi: spõdeo spepõdi dixerũt: præterea inueni a uerbo scindo simili ratione nõ sciderat: sed sesciderat dictũ esse. L. Actius i sotadicorũ libro primo: sesciderat dicit uerba eius hæc sunt. Nõ ego aq̃la ita uti prædicãt sesciderat pectus. Ennius quoq; et Valerius Antias in libro historiarũ. lxxv. uerba hæc scripsit. Deinde funere locato ad forum descendidit: Laberius quoq; in Catulario ita scripsit. Sesciderat

Ego mirabar quomodo mãmæ mihi descendiderant

Vsuscapio & copulate & recto uocabuli casu dicitur: ita pignoriscapio coniuncte et eadem uocabuli forma dictum est. Descendidit Vsu Pigcapio pio noriscapio

Cap. x.

Et hæc ususcapio dicitur copulato uocabulo a litera in eo tractis pronunciata. ita pignoriscapio iunctæ sunt partes: & producte dicebantur. uerba Catonis sunt ex primo epistolicarum questionum. Pignoriscapio ob æs militare: q̃ æs a tribuno ærario miles accipere debebat uocabulũ seorsum fit: p̃ q̃d satis dilucet hãc capione posse dici: quasi hãc captionẽ: et i usu et i pignore Neq; leuitatem: neq; nequitiam ea significa-

tione esse ꝙ in uulgi sermonibus dicuntur.

Cap.xi.

Leuitas
Nequitia
Leuis
Nequã

l Euitatem plærumq; nũc pro incõstantia: & mutabilitate dici audio: et nequitiã ꝑ solertia: astutiaq;. sed ueterũ hominũ qui ꝓprie: atq; itegre locuti sunt: leues dixerũt: quos uulgo nũc uiles: et nullo honore dignos dicimus: et leuitatẽ appellauerũt perinde quasi lenitatẽ. Et nequã hominẽ nihil: neq; rei: neq; frugis bonæ: quod genus græci fere ασωτον .i. prodigũ: ηακολαστον idest uel libidinosum: ηαχρεῖον .i. uel inutilem ηαχρεστον .i. uel inutilẽ: ηκακοτροπον. idest uel improbũ: ημιαρον .i. uel scelestũ dicunt. Qui exẽpla horũ uerborũ requirit: ne in libris nimis remotis quærat: inueniet ea ĩ. M. Tullij secũda antonianarũ. Nã cũ genus quoddã sordidissimũ uitæ: atq; uictus. M. Antonij idẽ demõstraturus esset. ꝙ in caupona delitesceret: ꝙ ad uesperũ ꝑpotaret: ꝙ ore inuoluto iter faceret ne cognosceret: hec et alia huiusce modi: quũ in eũ dicturus esset. Videte inquit hominis leuitatẽ: tanq̃ prorsus ista dedecora hoc uitio in homine notarẽtur. at postea ĩ eũdẽ antoniũ probra quedam alia ludibriosa: & turpia ingessisset. ad extremum hoc addidit: O hominẽ nequam. nihil. n. magis proprie possum dicere. Sed ex eo loco. M. Tullij uerba compluscula libuit ponere: at uidere leuitatem hominis. quum hora diei decima fere ad xaxa rubra uenisset: delituit in quadam cauponula. atq; ibi se oc-

culens perpotauit ad uesperũ. inde cisio celeriter ad urbem adductus: domum uenit ore inuoluto. Ianitor rogatus es tu. A. Marco tabellarius confestim ad eam: cuius causa uenerat deducitur. Eiq; epistolam tradit quam illa quum legeret flens erat. n. scripta amatoriæ. Caput autem literarum hoc erat sibi cum illa mima posthac nihil futurum: omnẽ se amorem abiecisse illius: atq; in hac transfudisse. Quum mulier fleret uberius: homo misericors ferre non potuit Caput aperuit: in collum inuasit. O hominem neq̃. nihil. n. magis proprie possum dicere. Ergo ut te catamitum nec opinato quum ostendisses. preter spẽ mulier aspiceret. Iccirco urbem terrore nocturno: ita liam multorum dierum metu perturbasti? Consimiliter quoq; Claudius in primo annalium nequitiam appellauit luxum uite prodigum. effusumq; in hisce uerbis. Persuadenti cuidam adolescenti Lucano qui apprime summo genere natus erat. sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat. M. Varro in libris de lingua latina. Vt ex non & uolo inquit. nolo fit: sic ex ne & quicq̃ media syllaba extrita componitur neq̃. P. Africanus prose contra Tibi Asellium de mulcta ad populũ. Omnia mala proba: flagitia: que homines faciunt: in duabus rebus sunt malitia atq; nequitia: utrum defendis? malitiam an nequitiam: an utrumq; simul? Si nequitiam defendere uis: licet. Sed tu in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti: q̃ quanti omne instrumentũ fundi Sabini incensum dedicauisti. Sic hoc ita est: qui spondet mille nũmũ.

Nolo.
Nequã

Sed tu plus:tertia parte pecuniæ paternæ perdidi-
sti:atq; absumpsisti in flagitiis.Si hoc ita est: qui
spondet mille nūmū.non uis nequitiã? Age malitiã
saltē defendas;:sed tu uerbis cōceptis cōiurasti sciēs
sciētē animo tuo.Si hoc ita est:q̄ spōdet mille nūmū

De tunicis χειριδωτοις id est manicatis: q̄ earū usum.P.africanus Sul.Gallo obiæcit.

Cap.xii.

Tunicæ

Vnicis uti uirum prolixis ultra brachia.& usq; in primo res manus:ac prope in digitos romæ:atq; oī in latio in decorū fuit.Eas tunicas græco uocabulo nostri χειριδωτους. i.manicatas appellauerūt.Fœminisq; solis uestē lōge:lateq; diffusam in decorem existimauerunt : ad ulnas cruraq; aduersus oculos protegenda.Viri aūt Ro.primo quidem sine tunicis.toga sola amicti fuerunt:

Toga.

postea substrictas:& breuis tunicas citra humerum desinentes habebant.quod genus græci dicunt ἐξωμίδας.i.substrictas sine manicis tunicas: Hac antiquitate inductus.P.Africanus Pauli filius uir omnibus bonis artibus atq; omni uirtute præditus.P.Gallo homini delicato īter plæraq; alia quæ obiectabat id quoq; probro dedit:q̄ tunicis uteretur manus totas operientibus:uerba sunt hæc Scipionis Nam qui quotidie unguentatus aduersus speculum ornetur:cuius supercilia raduntur:qui barba uulsa: fœminibusq; subuulsis ambulet:qui in cōuiuiis adolescentulus cum amatore:cū cheridota tunica inferior accubuerit.qui nō modo uinosus:sed uirosus quoq; sit eum neq; quisq̄ dubitet:quin idē fecerit:quod

cinædi facere solēt. Virgilius quoq; tunicas huiusce-modi quasi fœmineas ac probrosas criminatur. Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. Q. quoq; Ennius carthaginensium tunicatam iuuentutem non uidetur sine probro dixisse.

Quē classicum dicat. M. Cato quē īfra classem. Cap. XIIII.

Classici dicebātur non omnes: qui in classibus erant: sed primæ tantum classis hoīes: qui. c. & .xxv. milia æris ampliusue censierāt. Infra classem autem appellabantur. secundæ classis. cæterarūq; omnium classium: q minore summa æris q̄ supra dixi: censebātur. Hoc eo strictim notaui quoniam in. M. Catonis oratione: qua uoconiam legem suasit: quæri solet: qd classicus: quid infra classem.

Classicus. Infra classem.

De tribus dicēdi generibus: ac de tribus philosophis: qui ab atheniensibus ad senatum Romā legati missi sunt. Cap. XIIII.



T in carmine: & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria quæ græci καρακτηρασ .i. formas uocāt nominaq; eis fecerunt apponi αδρον. ισχρον. μεσον. Nosq; quem primum posuimus: uberem uocamus: secundum gracilem: tertium mediocrem. Vberi dignitas. atq; amplitudo est gracili uenustas: & subtilitas. Medius in confinio est utriusq; modi particeps. His singulis orationis uirtutibus uitia agnata sunt: pari numero quæ earum modum & habitum simulachris falsis ementiuntur. Sic plerunq; sufflati: atq; tumidi fallunt pro ube-

Tria dicēdi genera.

ribus. squalentes et ieiuni dicti pro gracilibus. incerti et ambigui pro mediocribus. Vera autem & propria huiuscemodi formarum exempla in latina lingua. M. Varro esse dicit: Vbertatis Pacuuiũ: gracilitatis Lucilium: mediocritatis Terentiũ. Sed ea ipsa genera dicẽdi iã antiquitus tradita ab Homero sũt tria tribus. Magnificũ in Vlysse: & uber est: subtile in Menelao: & cohibitũ: mixtũ moderatumq; in Nestore. Animaduersa eadem tripertita uarietas est in tribus philosophis: quos athenienses romã ad senatũ: populũq; Ro. legauerũt imperatũ uti mulctã remitterẽt: quã fecerãt ꝓpter oropi uastationẽ. ea mulcta fuerat talẽtũ fere quingẽtũ. erãt isti philosophi. Carneades ex academia Diogenes stoicus. Critolaus peripateticus: & in senatum quidem introducti interprete usi sunt Cecilio senatore. sed ante ipse scorsum quoq; quisq; ostentandi gratia magno conuentu hominum disertauerũt. tũ admirationi fuisse aiũt Rutilius & Polybius philosophorũ trium sui cuiusq; generis facundiã. Violẽta inquiũt: et rapida Carneades dicebat. Scita & teretia Critolaus. Modesta Diogenes & sobria: unũ quodq; autem genus: ut dicimus: quum caste pudiceq; ornatur: fit illustrius: cũ fucatur: atq; prælinitur: fit præstigiosum.

Carneades. Diogenes. Critolaus

Quia seueræ moribus maiorum in res uindicatũ sit: & q̃d scripsit Mutius Scæuo super eo: quod seruatũ datũ: commodatum ue esset.

Cap. XV.

l Abeo in libro de duodecim tabulis secundo acria: & seuera iudicia de furtis habita esse apud ueteres scripsit. Idq; Brutum solitum dicere: furti damnatum esse: qui iumẽtum aliorsum duxerat: q̃ quo utendum acceperat. Item qui lõgius produxerat: q̃ quem in locum petierant Itaq;. Q. Scæuola in librorũ q̃d de iure ciuili cõposuit. sexto decimo uerba hæc posuit Quod cui seruãdum datum' est: si id usus est. siue quod utẽdum acceperit: ad aliã rem atq; acceperat: usus est furti se obligauit. Furtum

Locus ex scriptus e satyra. M. Varronis que περὶ ἐδεσματῶν .i. de eduliis inscripta est de peregrinis scilicet ciborũ generibus: appositi uersus Euripidis: quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutauit. Cap. XVI.


Arro in satyra quam περὶ ἐδεσματων id est de eduliis cibis peregrinis et lautitiis inscripsit: lepide ad modũ & scite: factis uersibus cœnarũ ciborumq; exquisitas delitias compræhendit. Nam plæraq; id genus: : quæ helluones isti terra & mari conquirunt exposuit incusitq; in numeros senarios Diuersi & ipsos quidem uersus. cui ocium erit: in libro quo cibi. dixi: positos legat Genera autem : nominaq; eduliũ & domicilia ciborum omnibus aliis præstantia: que profunda ingluuies uestigauit: q̃ Varro obprobrãs executus est: hæc sunt ferme q̃tũ nobis memoriæ: Pauus e samo Phrygia attagena. Grues mellicæ. Hedus ex ambratia Pelamis chalchedonia. Murena

tharsesia. Aselli pessimũtũ. Ostrea tarẽti. Pectunculus chius. Helops rhodius. Scari cilices. Nuces thasiæ Palma ægyptia. Glãs iberica. hãc aũt pagrãtis gulæ et succos ĩsuetos inq̃rẽtis industriã: atq; has undiq; uorsum indagines cupediarũ: maiore detestatiõe dignas cẽsebimus: si uersus Euripidi recordemur: q̃bus utebatᷣ sæpissime Chrysippus philosophus tanq̃ edendi irritatiões quasdã repertas esse: nõ per usum uitæ necessariũ sed p luxũ animi parata: atq; facilia fastidiẽtis p ĩprobã satietatis lasciuiã. uersus Euripidi adscribendos putaui επὲι τί δει βροτοισι πλην δυειν μονὸμ διμήτερὸσ ακτησ πωματος. υδροχῶυ απαρεστι και πεφυχημασ τρεφείμ ωμ ουκ απο δει ωλησ μὸνη. τρυφη δε τοι αμων εδεσ ματων θηραματα. Nam quid mortalibus sit usu: præter duo illa modo: Cereris munus & aquæ proculũ? quæ adsunt ac nos queunt alere: quorum saties nũq̃ est luxus autẽ sunt cæterarũ epularum indagines.

Sermo habitus cum grammatico insolẽtiarum: & imperitiarũ pleno de significatione uocabuli: quod est obnoxius: deq; eius uocis origine. Cap. XVII.

P Ercunctabar Romæ quẽpiã grãmaticũ primæ in docẽdo celebritatis: non hercle experiendi: uel tẽtandi gratia: sed discendi magis studio & cupidine: q̃d significaret obnoxius: quæq; eius uocabuli origo: et rõ esset. Atq; ille aspicit me: illudens leuitatem quæstionis: paruitatem q;: obscuram inquit sanerem quæris: multaq; prorsus

uigilia indagãda. Quis adeo tã linguæ latinæ ignarus est: qui nesciat eum dici obnoxiũ: cui quid ab eo: cui esse obnoxius dicitur: incommodari & noceri potest. eius qui habeat aliquem noxæ. i. culpæ suæ cõscium? Quin potius inquit hæc mittis nugalia: & affers ea: quæ digna quæri tractariq; sint. Tum uero ego permotus agendũ iam oblique: ut cum homine stulto existimaui: & cætera inquã uir doctissime: grauiora: remotioraq;: si discere & scire debuero: quãdo mihi usus uenerit: tum quærã ex te: atq; discã. Sed enim quia dixi sæpe obnoxius: & quid dicerẽ nesciui: didici ex te. et scire nunc cœpi: quod non ego omniũ solus: ut tibi sum uisus ignoraui. sed ut res est Plautus quoq; linguæ: atq; elegantiæ in uerbis latinæ princeps quid eẽ obnoxius. nesciuit: uersus enĩ est in stico illius scriptus. Nunc ego hercle perii plane: non obnoxie. Quod minime cõgruit cum ista quam me docuisti significatiõe. composuit enĩ Plautus tãq; duo inter se contraria: plane et obnoxie: quod a tua significatione longe abest. At ille grammaticus satis ridicule quasi obnoxius & obnoxie: non declinatiõe sola sed re atq; sententia differrẽt. ego (inquit) dixi quid esset obnoxius. nõ quid obnoxie. At tũc ego admiratus insolentis hominis inscitiã: mittamus inquit: sicuti uis: quod Plautus obnoxie dixit. sed si id nimis esse remotũ putas: atq; illud quoq; prætermittamus: quod Salustius in Catillina scribit. Minari etiã ferro: ni sibi obnoxia foret. Et quod uidetur uobis peruulgatius eẽ: id me doce. uersus enĩ Virgilii sunt notissimi.

Obnoxius

Nam neq; tunc astris acies obtusa uideri:

Nec fratris radiis:obnoxia surgere luna.

Qđ tu ais:culpæ suæ consciũ alio quoq; loco Virgilius uerbo isto utitur:a tua sentẽtia diuerse in his uersibus:iuuat arua uidere. Non rastris hominũ:nõ ulli obnoxia curæ. Cura enim prodesse aruis solet nõ nocere. quod tu de obnoxio dixisti. Id uero illud etiam. Q. Enniũ quo pacto cõgruere tecũ potest? qđ scribit ĩ phœnice in his uersibus.

Sed uirũ uera uirtute uiuere animatũ adiecit fortiter
Eumq; innoxiũ uocare:aduersus aduersarios:
Ea libertas est:q pectus purũ:& firmũ gestitat:
Aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent.

At ille oscitans:& hallucinãti similis:nũc (inqt) mihi ope nõ est:quũ ociũ erit:reuises ad me : atq; disces: qđ ĩ uerbo isto Virgilius & Salustius & Plautus et Ennius senserint. Et nebulo quidẽ ille ubi hoc dixit: digressus est. Si quis autem uolet non originem solam uerbi istius:sed significationem quoq; eius:uarietatemq; recensere:ut hoc etiã Plautinũ spectet:adscripsi uersus ex asinaria.

Maximas optimas & gaudio effertissimas.
Suis hæris ille mecum una pariet:gnatoq; & patri.
Adeo ut ætate ambo ãbobus nobis sint obnoxii.
Nostro deuincti beneficio.

Qua uero ille grammaticus finitione usus est:ea uidetur in uerbo tam multiplici.unam tãtũmodo usurpationem eius notasse.quæ quidẽ cõgruit cũ significatu.quo Cecilius usus est in Chrysio in his uersibus

Quã q̃s ego mercede hic conductus tua aduenio.
Ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare



Audibis male: si male dicis mihi.

De obseruata: custoditaq; apud Romãos iurisiurãdi sanctimonia: atq; inibi de decem captiuis: quos Annibal Romam deiurio ab is accepto legauit.

Cap. XVIII.



Vsiurandum apud Romanos inuiolate: sancteq; habitum: seruatumq; ẽ: id et moribus: legibusq; multis ostendit̃: & hoc quod dicemus ei rei non tenue argumentum esse põt. prœlio cannensi Annibal carthaginensium imperator: ex captiuis nostris electos decem romã misit. mandauitq; eis: pactusq; est: ut si po. ro. uideretur: ꝑmutatio fieret captiuorũ: & ꝓ iis quos alteri pluris acciperẽt: darẽt argẽtipõdo librã. s. et selibrã: hos priusq̃ ꝓficiscerẽt: iureiurãdo adegit, redituros eos eẽ ĩ castra pũica: si Romãi captiuos nõ ꝑmutarẽt: ueniunt romã decẽ captiui. mãdatum pœni imperatoris ĩ senatu exponunt permutatio senatui nõ placita. parẽtes: cognati affinesq; captiuorum ãplexi eos: post liminio in patriam redisse dicebãt: statũq; eorum integrum: incolumẽq; esse: ac ne ad hostes redire uellet: orabãt. Tunc octo ex iis postliminiũ iustum nõ esse sibi respõderunt: qm̃ deiurio uincti forent: statimq; uti iurati erãt ad Annibalẽ ꝓfecti sũt: duo reliqui romæ manserunt solutosq; esse sese: ac liberatos religione dicebant. quoniã quum egressi castra hostium fuissent cõmẽtitio cõsilio regressi eodẽ: tãq; si ob aliquã fortuitã causam issent, atq; ita iureiurando satisfacto: rursum iniurati abissent. Hæc eorum fraudulẽta calliditas tam esse turpis æstimata

est:ut cõtempti uulgo discerptiq; sint:censoresq; eos postea omniũ notarũ:& dãnis:et ignominiis affecerunt:quoniã q̃d se facturos dictauerãt:non fecissent: Cornelius aũt nepos i libro exẽplorũ q̃nto id quoq; literis mãdauit:multis in senatu placuisse ut ii: qui redire nollent:datis custodibus:ad Annibalẽ deducerentur. Sed eã sentẽtiam numero pluriũ:quibus id nõ uideretur superatã:eos tamẽ q̃ ad Annibalem nõ redissent:usq; adeo intestabiles inuisosq; fuisse:ut tedium uitæ cœperint:necẽq; sibi consciuerint.

Cornelius nepos

Historia ex annalibus de Tiberio Sempronio Graccho sumpta patre Gracchorũ tri.ple.atq; inibi tri.ple.decreta cum ipsis uerbis relata. Cap.XIX.



Decretũ.

Vlchrum atq; liberale:atq; magnanimum factũ Tib. Sempronii gracci: in exẽplis repositum est:id exemplu; huiuscemodi est. L. Scipioni Asiatico: Scipionis Africani superioris fratri:cui.C. Minutius Augurinus tri.ple.mulctam irrogauit:eumq; ob eã causam prædes poscebat Scipio Africanus: fratris nomine:ad collegium tribunorum prouocabat: petebatq; ut uirum cõsularem:triumphalemq; a collegæ ui defenderẽt. Octo tribuni:cognita causa: decreuerũt eius decreti uerba:quæ posui ex annaliũ monumẽtis exscripta sunt. Quod. P. Scipio Africanus postulauit.pro.L. Scipione Asiatico fratre:quũ cõtra leges cõtraq; morem maiorũ tri.ple.hominibus accitis per uim inauspicato sñiam de eo tulerit: mulctãq; nullo exẽplo irrogauerit:p̃desq; eũ ob eam rẽ dare cogat:aut si nõ det:in uincula duci iubeat:ut eũ a col

legæ ui prohibeamus:& ꝙ contra collega postulauit:ne sibi intercedamus:quominus suapte potestate ut liceat:de ea re nostrum sñia omnium data est:si.L.Cornelius Scipio asiaticus collegæ arbitratu prædes dabit:collegæ ne eum in uincula ducat: intercedemus.si eius arbitratu prædes nõ dabit:quominus collega sua potestate utatur:nõ intercedemus. Post hoc decretum quum Augurinus tri.ple.L. Scipionẽ prædes non dantem præhẽdi:& i carcerem duci iussisset:Tum Tiberius Sempronius Gracchus tri.ple. pater Tiberij:atq;.C.Gracchorum: quum.P.Scipiõi Africano inimicus grauis:ob plerasq; ĩ rep. dissentiones esset:iurauit palam in amicitiam inq; gratiã se cum.P.Africano nõ redisse.atq; ita decretum ex tabula recitauit.eius decreti uerba hæc sunt.Quũ.L. Cornelius Scipio Asiaticus triũphans:hostiũ duces in carcerẽ coniectauerit:alienũ uidetur esse a dignitate reip.in eũ locũ imperatorem po.Ro.duci:in quẽ locũ ab eo coniecti sũt duces hostiũ.Itaq;.L.Corneliũ Scipionem Asiaticũ a collegæ ui ꝓhibeo.Valerius aũt Antias cõtra hanc decretorũ memoriã:cõtraq; auctoritates ueterũ annaliũ:post Africani mortẽ: intercessionem istam ꝑ Scipiõe Asiatico factã eẽ a Tiberio Graccho dixit:neq; mulctã irrogatam Scipioni: Sed damnatũ eum peculatus ob antiochenam pecuniam.quia prædes non daret:in carcerẽ duci cœptũ: atq; ita intercedẽte Graccho exemptũ.

Quam Virgilius a Nolanis:ob aquam sibi non permissam sustulit e uersu suo:nola:& posuit ora: atq; ibi de consonantia literarum iocunda.

Caput.XX



Criptum in quodam commentario rep-peri uersus istos a Virgilio ita primu; esse recitatos:atq; editos.

Nola iugo

Talē diues erat capua:et uicina uesæuo Nola iugo. Postea Virgilum petisse a nolanis aquā uti duceret in propinquum rus:nolanos beneficium petitum nō fecisse poetā offensum nomē urbis corū: quasi ex hominū memoria:sic ex carminesuo derasis se oraq; pro nola mutasse:atq; ita reliquisse. Et uici-na uesæuo ora iugo.ea res uera ne:an falsa sit:nō la-boro:quin tamen melius suauiusq; ad auris sit : qua nola:ora dubium id non est.nam uocalis in prio-re uersu extrema eadēq; in sequēti prima : canoro si mul:atq; iocundo hiatu tractim sonat.est adeo inue-nire apud nobiles poetas huiuscemodi suauitate mul ta:q̃ appareat nouata eē nō fortuita sed præter cæte ros omnis apud Homerū plurima:uno quippe in lo co tales tanq̃ hiatus & sonitus in assiduis uocibus pluribus facit.

ηΔετερηθερει πρόρεει εἴκυῖαχαλαζη
ηχριονι ψυχρῆ εξυΔατος κριςαλλω.i.
Grandinis est similis:ruit æstate altera.uel iam
Prægelidis niuibus:aut glaciei humorecoactæ. Atq; item alio loco

λααμανω ωθει μεσκε ποτὶ λοφομ
Sursum ille ad tumulum propellere saxum. Catul-lus quoq; elegātissimus poetarum in hisce uersibus.
Minister uetuli puer falerni
Ingere mi calices amariores

Vt lex posthumiæ iubet magistræ
Ebriosæ acinæ ebriosioris.

Quum ebriosi dicere posset: & quod erat usitatius acinũ in neutro genere appellare amãs tamẽ hiatus illius Homerici suauitem: ebriosam dixit: propter cõsequẽtis literæ cõcentũ. qui ebrios aũt Catullũ dixisse putãt: aut ebriosos (nã id quoq; temere scriptũ inueni) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

Quoad uiuet: & quoad morietur: cui idipsum temporis significent? quum ex duobus sint facta contrarijs.

Caput. XXI.

Quoad

q Voad uiuet: quum dicitur: item quoad morietur: uidentur quidem duæ res dici contrariæ: sed idem: atq; unum tempus utraq; uerba demõstrãt. Itẽ quũ dicit quoad senatus habebitur: et quoad senatus dimittet: tametsi haberi: atq; dimitti cõtraria sint: unũ atq; idipm tñ utroq; i uerbo ostẽditur: tẽpora eñ duo quũ inter se opposita sunt. atq; ita cohærentia: ut alterius finis: cum alterius initio misceatur: non refert utrum per extremitatem prioris: an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur.

Qđ cẽsores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis & præpinguibus: quæsitumq; utrum ea res cum ignominia: an incolumi dignitate equitum facta sit.

Cap. XXII.

Cẽsores Imis pingui homini et corpulẽto cẽsores equũ
n adimere solitos: scilicet minus idoneũ ratos esse cum tanti corporis põdere ad faciẽdũ equitis munus. nõ enim pœna id fuit: ut quidã existimãt sed munus sigñe ignominia remittebatur. Tamen Cato in oratione: quã de sacrificio cõmisso scripsit: obijcit hanc rẽ criminosius: uti magis uideri possit cum ignominia fuisse: quod si ita accipias: id profecto existimãdũ est: non omnino inculpatũ: neq; indesidem uisum esse: cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset: exuberassetq;.

A. Gelij Noctiũ Atticarum Liber Octauus hac ætate non reperitur. Sed ex uetustissimo exemplari hæc capita excerpta sunt.

Hesterna noctu recte an cũ uitio dicatur: et quænam super istis uerbis grãmatica traditio sit. Itemq; q decẽuiri i. xij. tabulis nox p noctu dixerũt. Ca. i.

Quæ mihi. x. uerba dederit Fauorinus quæ usurpentur quidem a græcis: sed sunt adulterina et barbara: quæ itẽ ad me totidẽ accepit: quæ ex medio cõmuniq; usu latine loquẽtium minime latina sũt: neq; in ueterũ libris reperiantur. Ca. secũdũ

Quem in modũ & q̃ seuere increpuerit audientibus nobis peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se & assidue oscitantem. Cap. tertium.

Quod Herodotus scriptor historiæ memoratissimus parum uere dixerit unam solamq; pinũ arborũ omnium causam. nunq; denuo ex hisdem radicibus pullulare: & q item de aqua pluuiali et ni-

ue rem non satis exploratã pro comperta posue-
rit. Caput quartum.
Quid illud sit quod Virgilius cælum stare puluere
& ꝙ Lucillius pectus sentibus stare dixit.
Caput quintum.
Quum post offensiunculas in gratiam redeatur: ex
postulationes fieri mutuas minime utile esse: su-
perq; ea re & sermo Tauri expositus: et uerba
Theophrasti libro sumpta & ꝙ. M. Cicero de
amore amicitiæ senserit cũ ipsius uerbis aditum.
Caput sextum.
Ex Aristotelis libro. qui inscriptus est:
cognita acceptaq; de natura mẽoriæ & habitu:
atq; inibi de alia quadam exuberãtia aut interitu
eius lecta audita. Caput septimum
Quid mihi usu uenerit interpretari: et ꝗsi effingere
uolenti iocos quosdam platonicos latina oratiõe.
Caput octauum.
Quod Theophrastus philosophus omnium suæ ęta
tis doctissimus uerba pauca ad populum atheni-
ensem facturus: deturbata uerecũdia obticuerit ꝙ
q; idem hoc demostheni apud Philipũ regẽ uerba
facienti euenerit. Caput nonum.
Qualis mihi fuerit in opido eleusino disceptatio cũ
grãmatico quodã præstigioso tp̃a uerborum &
puerilia meditamenta ignorãte. Remotarum aũt
quæstionũ nebulas et formidines capiẽdas impe-
ratorũ animis ostẽtare festiue tibi respõderit Xã-
tippe uxori Socrates petenti ut per Dionysia lar
gitione sumptũ cœnitaret. Cap. decimũ.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARIORVM LIBER NONVS.

Quãobrẽ.Q.Claudius quadrigarius in undeuicesimo annali scripserit rectiores certioresq; ictus fieri: si sursum quid mittas: q̃ si deorsum. Cap.primũ.



Claudius in undeuicesimo ãnali quũ oppidum a Metello procõsule oppugnari: cõtra ab oppidanis desup e muris ꝓpugnari describeret: ita scripsit. Sagittarius cũ funditore utrinq; summo studio: spargunt fortissime sed sagittã atq; lapidẽ dehorsum an sursum mittas: hoc interest. Nã neutrũ potest dehorsum uersum recte mitti sed sursum utrumq; optime. quare milites Metelli sautiabãtur multominus et quod maxime opus erat a primis hostes defendebãt facillime. Percõtabar ego Antoniũ



Iulianũ rhetorẽ:cur hoc ita uſu ueniret quod quadrigarius dixiſſet:ut cõtigui magis:directioreſq; ictus fiant:ſi uel lapidẽ uel ſagittã ſurſum uerſus iacias q̃ deorſum. Quũ proclivior:faciliorq; iactus ſit ex ſupernis in ſima q̃ ex infimis in ſuperna. Tũ Iulianus cõprobato genere quæſtionis q̃d de ſagitta inqt: et lapide dixit:hoc de omni fere miſſili telo dici põt. Facilior aũt iactus eſt (ſicut dixiſti) ſi deſuper iacias ſi q̃d iacere tãtũ uelis nõ ferire ſed quum modus: & impetus iactus tẽperandus dirigenduſq; eſt:tũ ſi in prona iacias moderatio atq; ratio mittẽtis præcipitãtia ipſa:et põdere cadẽtis teli corrũpitur:at ſi in editiora mittas et ad percutiẽdũ ſuperne aliquid:manũ et oculos cõniueas:quo modus a te datus fuerit:eo telum ibit:q̃d ieceris. Ad hanc ferme ſentẽtiã Iulianus ſuper. Qu. Claudij uerbis nobiſcũ ſermocinatus eſt. Quod aũt ait idẽ. Qu. Claudius a pinnis hoſtes defendebãt facillime:animaduertẽdũ eſt uſũ eſſe cum uerbo defendebãt:non ex uulgari conſuetudine ſed admodũ proprie et latine nã defendere et offendere inter ſe aduerſa ſunt:quorũ alterũ ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν :id eſt incurrere in aliq̃d:et incidere. Alterũ ἐκποδὼν ποιεῖν σθαι id eſt aduertere atq; depellere:quod hoc ĩ loco a. Q. Claudio dicitur

Defendere Offendere.

Quibus uerbis notarit Herodes Atticus falſo quẽpiã cultu amictuq; nomen habitũq; philoſophiam mentitum. Cap. ij.



[T]D Herodẽ Atticum cõſularem uirum: ĩgenioq; amœno. et græca facũdia celebrẽ adijt nobis præſẽtibus palliatus q̃ſpiã:et crinitus:barbaq; ꝓpe ad pubem

usq; porrecta: ac petit æs sibi dari εἰσ ἄρτουσ
id est ad panes emēdos scilicet tum Herodes interro
gat quisnam esset atq; ille uultu: sonitu q; uocis ob-
iurgatorio philosophum sese esse dicit: mirari quo-
q; addit: cur quærendum putasset quod uideret. Vi
deo inquit Herodes barbam: & palliū: philosophū
inquit non uideo. Quæso autem te cum bona uenia
dicas mihi: quibus nos uti posse argumētis existimas
ut esse te philosophum noscitemus: interibi aliquot
ex iis qui cum Herode erant: erraticum esse hominē
dicere: & nullius rei: incolamq; esse sordentium ga
nearum ac nisi accipiat quod petit: conuitio turpi so
litum īcessere. Atq; ibi Herodes demus inquit huic
aliquid æris cuiusmodi est tanq; homines: non tanq;
homini: & iussit dari precium panis triginta die-
rum. Tum nos aspiciens qui eum sectabamur. Muso
Musoni nius inquit circūstanti cuipiā id genus & philoso-
us philo phū sese ostentanti: dari iussit mille nūmū: et quum
sophus. pleriq; dicerēt: nebulunē esse hominē malū: & ma
liciosum & nulla re bona dignum: tum Musoniū
subridentem dixisse aiunt αξιοσ ουν εστι μαρ
γυρίου: id est dignus igitur est argento. Sed hoc
potius inqt dolori mihi et egritudini est: q; istiusmo
di animalia spurca atq; pbra nomen usurpent san
ctissimū: & philosophi appellātur. Maiores autē
mei Athenieīses nomina iuuenum fortissimorū Har
modii & Aristogytonis. qui libertatis recuperādæ
gratia Hippiam tyrānum interficere adorsi erant
ne unq; seruis indere liceret: decreto publico sanxe-
runt: quoniam nefas ducerent nomina libertati pa-

triæ deuota seruili contagio pollui:cur ergo dos pa
timur nomen philosophiæ illustrissimum in homi
nibus deterrimis exordescere? Simili autem inquit
exemplo ex contraria specie:antiquos Romanorum
audio prænomiã patriciorum quorundam male de
repu.meritorum:& ob eã causam capite damnato=
rum censuisse:ne cui eius gentis patritio uiderẽtur:
ut uocabula quoq; eorum defamata:atq; demortua
cum ipsis uiderentur.

Epistola Philippi regis ad Aristotelem philo=
sophum:sup Alexandro recens nato.

Cap.III.

P Hilippus Amyntæ filius:terræ macedoniæ rex:cuius uirtute industriaq; Macedones lo cupletissimo imperio auctigẽtiũ nationũq; multarum potiri cœperãt:& cuius uim atq; arma toti græciæ cauendam:metuendamq; inclytæ illæ Demosthenis orationes concionesq; notificãt.Is Phi= lippus quum omni ferme tempore negocijsq; belli: uictorijs affectus exercitusq; eẽt:a liberali tamẽ mu sa:& a studijs humanitatis nunq; abfuit:quin lepi dẽ comiterq; pleraq; & faceret & diceret.feruntur adeo libri epistolarum eius:mundiciæ:& uenusta= tis:& prudẽtiæ plenarum:uelut sunt illæ literæ: quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexã drum nunciauit.Epistola quoniam curæ diligentiæ q; in liberorum disciplinas hortamẽtum est:exscri benda uisa est ad commonendos parentum animos. Exponenda igitur est ad hanc ferme sententiã.Phi= lippus Aristoteli salutẽ dicit.Filiũ mihi genitũ sci

Philip= pus ma cedo.

to:quod equidem dijs habeo gratiã:nõ perinde quia natus est:q̃ pro eo:ꝙ eum nasci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore:ut eductus:eruditusq́ abs te:dignus existat & nobis:et rerum istarum successione. Ipsius autem philippi uerba hæc sunt.

Philippi epistola.

φίλιππος ἀριστοτέλει χαίρειν. ἴσθι-
μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν θεοῖς
χάριν ἔχω οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γεννέσει
τοῦ παιδὸς ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν
ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω
γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ πα-
ιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἐμῶν
καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαλοχῆς

De barbarũ gẽtiũ ꝓdigiosis miraculis:deq; diris & exitiosis fascinationibus atq́ inibi de fœminis repẽte uersis in mares.

Cap. IIII.

Qvum e græcia in Italiã rediremus:& Brũdusium iremus egressiq́ e naui in terram: in portu illo inclyto spatiaremur.quem. Q. Ennius remotiore paulum:sed admodum scito uocabulo præpetem appellauit:fasces librorum uenaliũ expositos uidimus:atq́ ego statim auide pergo ad libros:erant autem isti oẽs libri græci miraculorũ:fabularumq́ pleni.res inauditæ:incredulæ:scriptores ueteres non paruæ auctoritatis. Aristeas proconnesius & Isigonus Nicæensis et Cresias:et Onesicritus et Polystephanus:et Hegesias.ipsa autẽ uolumina ex diutino situ squalebant:& habitu aspectuq́ tetro erant:accessi tamen percontatusq́ præci

um sum: & adductus mira atq; insperata utilitate libros plurimos ære pauco emo: eosq; omnis duabus proximus noctibus cursim trãseo atq; in legẽdo carpsi exinde q̃dã: & notaui mirabilia scriptoribus fere nostris intẽtata: eaq; his commentariis aspersi: ut qui eos lectitabit: is ne rudis omnino & ανηκοος id est qui nõ audierit. in istiusmodi rerum auditionibus reperiatur. Erãt igitur in illis libris scripta huiuscemodi. Scythas illos penitissimos: q̃ sub istis septẽtrionibus ætatẽ agũt: corporibus hominum uesci: eiusq; uictus alimẽto uita ducere: & ανθρωποφαγους: id est carne humana uescentes nominari. Item esse homines sub eadem regione cœli unum oculum habentes in frontis medio: qui appellantur Arimaspi qua facie fuisse κυκλωπας: id est cyclopas hoc est unoculos poetæ ferunt. Alio item esse homines apud eandem cœli plagam singularis uelocitatis: uestigia pedum habentes retro porrecta: non ut cæterorum hominum prospectantia. Præterea traditum esse memoratumq;: in ultima quadam terra: quæ albania dicitur: gigni homines: qui ĩ pueritia canẽscunt & plus cernant oculis per noctem q̃ inter diem. Item esse compertum et creditum sauromatas: qui ultra borysthenem fluuium longe colunt: cibum capere semper diebus tertiis medio abstinere Id etiã in iisdẽ libris scriptum ostẽdimus q̃d postea quoq; ĩ libro Plinii sc̃di naturalis historiæ se uoce: ptimo legi: eẽ q̃sdã ĩ terra africa familias hoĩ; atq; lingua assascinãtiũ: q̃ si ipẽsius forte laudauerit pulchras arbores: segetes lætiores ĩfãtes amœnio

Scythæ

Antropophagi.

Cyclopes

Sauromatæ.

res egregios equos:pecudes pastu:atq; cultu opimas emoriantur repēte hæc omnia:nulli aliȷ causæ obnoxia:oculis quoq; exitialē fascinationē fieri:in his libris scriptū est:traditūq; eē in Illyriȷs:q interimant uidendo:quos diutius irati uiderint eosq; ipsos mares fœminasq;:qui uisu tam nocenti sunt : pupillas in singulis oculis binas habere. Itē esse in montibus terræ indiæ homines caninis capitibus & latrantibus eosq; uesci auiū & ferarum uenatibus. Atq; itē esse alia apud ultimas orientis terras miracula. Homines qui Monomeri appellantur: singulis cruribus saltuatim currētes:uiuacissimæ pnicitatis. Quosdā etiā esse nullis ceruicibus:oculos in humeris habentus. Iam uero hoc egreditur omnē modū admirationis:q̄ iȷdē illi scriptores gentem esse aiunt. apud extrema indiæ corporibus hirtis & auium ritu plumantibus:nullo cibatu uescētē:sed spiritu florū naribus hausto uictitantē. Pigmeos quoq; haud longe ab iȷs nasci:quorum qui longissimi sunt:non lōgiores esse q̄ pedes duos:& quadrātem. Hæc atq; alia istiusmodi legimus: Sed quū ea scriberemus tenuit nos nō idoneæ scripturæ tedium:nihil ad ornādum iuuandūq; usum uitæ ptinentis. L bitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam quod Plynius secundus uir in temporibus ætatis suæ ingeniȷ dignitatisq; gratia: auctoritate magna præditus: nō audisse:neq; legisse sed scire sese atq; uidisse : in libro naturalis historiæ. Vȷȷ. scripsit uerba igiť hæc: quæ infra posui ipsius sunt ex eo libro sumpta:quæ profecto faciūt.ut neq; respuēda:neq; ridēda sit no

Monomeri

Pigmeus.

Plynius secūdus

tissima illa de Cæneide & Ceneo cantilena. Ex fœminis inquit mutari in mares non est fabulosum: Inuenimus in annalibus. Q. Licinio Crasso. C. Cassio Longino coss. C. Asinũ puerum factum ex uirgine: sub parẽtibus: iussuq; aruspicum deportatum in insulam desertam: Licinius mutianus prodidit uisum esse a se argis Arescõtem: cui nomẽ Arescusæ fuisset nupsisse etiã mox barbã: & uirilitatẽ puenisse uxoremq; duxisse. eiusdem sortis & smyrnæ puerum a se uisum: ipse in africa uidi mutatum in marem die nuptiarum. L. Cositiũ ciuem trysdritanũ uiuebatq; quũ proderem hæc. Idem Plynius in eodẽ libro scripsit hæc. Gignũtur hoĩes utriusq; sexus: quos hermaphroditos uocamus: olim androgynos uocatos & in pdigĳs habitos nũc uero in delitĳs. L. Cositius

Diuersæ nobilium philosophorum sententiæ de genere ac natura uoluptatis: uerbaq; Hieroclis philosophi: quibus decreta Epicuri insectatus est.

Caput. V.

DE uoluptate ueteres philosophi diuersas sententias tenuerunt atq; dixerunt. Epicurus uoluptatem summum bonum essẽ ponit: eã tamen ita definit: σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα: id est corporis constantẽ habitum. Antisthenes socraticus summum malum dicit: eius nanq; hoc uerbũ est: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. id est insanirem potius: q̃ oblectarer. Speusippus uetusq; omnis academia: uoluptatem & dolorem: duo mala essẽ dicunt opposita inter sese. bonũ autem esse: quod utriusq; medium foret. Zeno censuit Voluptas

uoluptatem esse indifferens.id est neutrum: neq; bonum neq; malũ:quod ipse græco uocabulo & ἀδιάφορον appellauit:Critolaus ꝑipateticus et malum esse uoluptatem ait:& multa alia mala parere ex sese iniurias:desidias:obliuiones:ignauias. Plato ante hos omnis ita uarie : multiformiterq; de uoluptate disseruit:ut cunctæ istæ sententiæ: quas supra posui:uideantur ex sermonum eius fontibus profluxisse.nam perinde una quaq; utitur:ut & ipsius uoluptatis natura fert:quæ & multiplex:& causarũ: quas tractat:rerũq; quas efficere uult:rõ desyderat. Taurus aũt noster:quotiens facta mentio Epicuri eẽt in ore atq; in lingua uerba hæc Hieroclis stoici uiri sancti:& grauis. ἡδονὴ τέλος πόρνης δόγμα· ἀπέστω πορνεία οὐδὲν πόρνης δόγμα id ẽ uoluptatis finis meretricis decretum est.Tolle fornicationẽ nullum meretricis erit decretum.

Verbũ ab eo qđ est ago:frequẽtatiuũ ĩ prima syllaba:quonã sit mõ ꝓnunciandum. Cap.VI.

Frequẽtatiua actito.

A B eo:quod est ago:& egi:uerba sunt : quæ appellant grammatici frequentatiua actito:& actitaui:hæc quosdam non sane indoctos uiros audio ita pronunciare:ut primam in his literam corripiant:rationemq; dicãt:quoniam ĩ uerbo principali quod ẽ ago:prima litera breuiter pronunciatur:cur igitur ab eo:qđ edo:& ungo:in qbus uerbis prima litera breuiter dicitꝰ esito:quæ sunt eorũ frequẽtatiua prima litera lõga ꝓnimus & cõtra dictito:ab eo uerbo:qđ est dico correpte dicimus : non

ergo potius actito: & actitaui producẽda sunt: quoniam frequẽtatiua ferme oĩa eodẽ modo in pria syllaba dicunt: quo participia præteriti temporis ex iis uerbis: unde ea profecta sunt: in eadẽ syllaba pronũciantur. sicut lego: lectus: lectito facit. ungo unctus unctito: scribo scriptus scriptito: moneo monitus monito: pendeo pensus pensito edo esus esito. dico autẽ dictus dictito facit. gero gestus gestito: ueho uectus uectito: rapio raptus raptito: capio captus captito: facio factus factito. sic igitur actito producte in prima syllaba pronunciandum: quoniam ex eo fit: qd̃ est ago & actus.

De conuersione foliorũ in arbore olea brumali: et solstitiali die deq; fidibus id temporis ictu alieno sonantibus. Cap. VII.

V Vlgo & scriptum: & creditũ est folia olearum arborum brumali & solstitiali die cõuerti. & q̃ pars eorum fuerat inferior atq; occultior eam supra fieri: atq; exponi ad oculos: & ad solem: quod nobis quoq; semel & iterum experiri uolentibus ita esse propemodum uisum est. Sed de fidibus rarius dictũ: & mirabilius est quam rem & alii docti uiri: & Suetonius ẽt Tranquillus in libro ludicræ historiæ primo satis compertum esse: satisq; super ea re constare affirmat neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli: alias sonare.

Folia olearũ

Neruias.

Necessarium est qui multa habeat: multis indigere. deq; ea re Phauorini philosophi cũ breuitate elegantia sententia. Cap. VIII.



Erum est profecto ꝙ obseruato rerũ usu sapientes uiri dixere: multis egere: qui multa habeat: magnãq; indigẽtiã nasci nõ ex inopia magna: sed ex magna copia. multa eñ desyderari ad multa quæ habeas tuenda. Quisquis igit̃ multa habens cauere: atq; ꝓspicere uelit: neq̃d egeat: neue q̃d desit iactura opus eẽ: non quæstu & minus habendum esse ut minus desit hanc sñiam memini a Phauorino inter ingẽtis oĩum clamores exornatã ĩclusamq; uerbis his paucissimis τουγαρμυριων και πεντακισ χιλιων χλαμυδων δεομενον ουκ εστι μη πλειονων δεισθαι· οισ γαρ εχω προσ δεομενοσ αφελων ων εχω αρ-
κουμαι οισ εχω id est Enimuero qui decẽ milibus & quindecim milibus uestimentorum egeat Is quominus plurium indigeat fieri non põt. quum enim plus q̃ habeam egeo: detrahens ex ijs: quæ habeo in his quæ habeo acquiesco.

Quis modus sit uerba uertendi in græcas sentẽtias. deq; ijs Homeri uersibus: quos Virgilius uertisse: aut bene apteq; aut improspere existimatus est.

Caput, IX.

Q Vando ex poematibus græcis uertendæ mutandæq; sunt insignes sententiæ non sem℘ aiunt enitendum: ut omnia oĩno uerba ĩ eũ in quẽ dicta sunt modũ uertamus. perdunt enĩ gratiam pleraq;: si quasi inuita & recusantia uiolẽtius trãsferantur. Scite igit̃ & cõsyderate Virgilius: quũ aut Homeri: aut hesiodi: aut Apollinij: aut Parthẽij:

aut Callimachi: aut Theocriti aut quorūdam aliorū locos effingeret: partē reliquit alia expressit sicut nuperrime apud mensam: quum legerentur utraq; simul bucolica Theocriti: & Virgilij: animaduertimus reliquisse Virgilium: qđ græcum quidem mire ꝙ suaue est: uerti autem neq; debuit neq; potuit. sed enim qđ substituit pro eo quod omiserat non abest: quum iucundius lepidiusq; sit

βαλλει και μαλοισι τὸν αιποδον
ακλεαριστα.
τασ αιγάσ παρελωντά και αδυτί
ποππυλίασ δει

Id est. Appetitur malis caprarius a clearistæ
Propellens capras: & suaue quid occanit illa
Malo me galathea petit lasciua puella
Et fugit ad salices: & se cupit ante uideri

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omissum: quod est in græco uersu dulcissimum.

Τιτυρεμιν το καλον πεφίλαμενε βό
κε τασ αιγασ ;
και ποτι ταμ κρāνὰν αγε τιτυρε
και τον ενορχαμ.
τομ λιβυκον κνακῶμα φυλασσέō
μετι κορυψη.

Pasce adamate mihi pulchre heus tityre capras
Et potum ad fontis age tityre: sed coleatum
Hunc afrū: ruffumq; caue: ne cornua uibret. Quo

enī pacto diceret: Τοκαλον πεφιλαμεμα id est pulchre ad amate: uerba hercle nō trāslatitia: sed cuiusdā naturæ dulcedinis hoc igitur reliquit: e.

cæterá uertit nõ infestiuiter: nisi ꝙ caprũ; dixit quẽ Theocritus ἐνόρχαν .i. coleatũ appellauit. aucto-re ei. M. uarrõe is demũ latie caper dr: q ex castratus ẽ.

Tityre dum redeo breuis est uia: pasce capellas
Et potum pastas age tityre: & inter agendũ
Occursare capro: cornu ferit ille caueto.

Et quoniam de transferẽdis sententiis loquor: memini audisse me ex Valerij Probi discipulis: docti homi-nis: & in itelligendis: pensitãdisq; ueteribus scrip-tis bene callidi solitũ eũ dicere nihil quicq̃ tã iṗros-pere Virgiliũ ex Homero uertisse: q̃ uersus hos amœ-nissimos: quos de nausica Homerus fecit.

οἱη τ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέ-
αιρα.
ἢ κατὰ τηλυγέτον περιμήκετον ἢ ἐρύ-
μανθον.
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείοις
ἐλάφοισι
τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι διὸς αἰ-
γιόχοιο ἀγρονόμοι παίζουσι γέγη-
θε δέ τε φρένα λητώ
πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ
μέτωπα
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ
τε πᾶσαι
ὣς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε
παρθένος ἀδμής

Id est Mõtibus it: qualis studiosa Diana pharetræ:
Aut per taygeti spatiosa iuga: aut erymanthi.
Et nunc gestit apro: nunc ceruo diua uolucri.

Stant circum nymphæ agrestes ioue cælite natæ:
Inq; agris ludunt latonæ pectora gaudent
Fronte dea ante omnis ceruiceq; prominet alta
Et pulchras oĩs inter clarissima fulget
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat
Qualis in eurotæ ripis: aut per iuga cynthi
Exercet Diana cohors: quam mille secutæ
Hinc: atq; hinc glomerantur oreades: illa pharetrã
Fert humero: gradiensq; deas supereminet omnis
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus
Talis erat Dido: talem se læta ferebat
Per medios instans operi regnisq; futuris.

Primum omnium diuersum esse aiebant dicebat probus: q apud Homerum quidem uirgo nausica ludibunda inter familiares puellas in locis solis recte: atq; commode confertur cum Diana uenante in iugis montium inter agrestis deas. Nequaq̃ autem conueniens Virgilium fecisse: quoniam Dido in urbe media ingrediens inter tyrios principes cultu: atq; incessu serio instans operi: sicut ipse ait: regnisq; futuris: nihil eius similitudinis capere possit: quæ lusibus atq; uenatibus Dianæ congruit. tum postea q Homerus studia atq; oblectamẽta in uenãdo Dianæ honeste apteq; dicit. Virgilius autem: quum de uenatu deæ nihil dixisset pharetram tamen facit ea ferre ĩ humero: tãq̃ si onus et sarcinã: atq; illud impẽse Probũ esse demiratũ in Virgilio dicebãt q Homerica q̃dẽ λΗΤω. id est Latona gaudiũ gaudeat genuinũ & intimum: atq; in ipso penetrali cordis & animæ uigens: siquidem non aliud est. ΓΕ ΓΗΘΕ

λετε φρεμα λητω. idest Latonæ pectora gaudent. Ipse aũt imitari hoc uolẽs gaudia fecerit pigra et leuia et cõtãtia et quasi in summo pectore supernãtia: nescire em̃ sese: q̃d significaret aliud pertẽtãt. præter ista oĩa: florẽ ipsius totius loci Virgiliũ uideri omisisse: ꝙ hũc Homeri uersum exigue secutus sit

Ρεια δαρι γνωτη πελεται καλαι δε τε πασαι idest

Et pulchras omnis iter clarissima fulget. Quando nulla maior: cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit: q̃ꝫ ꝙ una inter omnis pulchras excelleret: una facile inter omnis nosceretur.

Q̃d Anneus Cornutus uersus Virgilij: quibus Veneris et Vulcani cõcubitũ pudice operteq; dixit: repræhẽsione insulsa: et odiosa ĩquinauit. Ca. x.

a Nianus 𝔒 poeta: plæriq; cũ eo eiusdẽ musæ uiri sũmi assiduisq; laudibus hos Virgilij uersus ferebãt q̃bus Vulcanũ et uenerẽ iunctos mistosq; iure cõiugij rẽ lege naturæ operiẽdã uerecunda quadã trãslatione uerborũ: quũ ostẽderet demonstraretq; protexit. sic em̃ scripsit. Ea uerba locutus.

Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Minus aut difficile esse arbitrabantur ad istiusmodi reticẽda uerbis uti uno atq; altero: breui tenuiq; ea signo demonstrantibus: sicuti Homerus dixerit.

παρθενικὴν ζωμην και λεκτροιο δεσμον· και εργα φιλοτησια τω μεμαρ ἐντρητοισι κατεμαστ εμλεχεεσσιμ Id est.

Virgineum soluit cestum: legemq́ cubilis
Et munus amoris.
Inq́ toris illi sculptis cepere soporem.
Tot uero et tã euidẽtibus: ac tã ptextatis: sed puris honestisq́ uerbis uenerãdũ illud cõnubij pudici secretũ neminẽ queq́ alium dixisse. Sed Anneus Cornutus homo sane pleraq; alia nõ indoctus: neq; iprudẽs in secũdo tñ librorũ quos de figuris sentẽtiarum cõposuit egregiã totius istius uerecũdiæ laudẽ insulsa nimis et odiosa scrutatione uiolauit. nã quũ genus hoc figuræ pbasset: et satis circũspecte factos eẽ uersus dixisset: mẽbra tñ inqt paulo icautius nominauit

De Valerio Coruino. unde Coruini sit cognomẽtum. Cap. xi.

d E Maximo Valerio: q Coruinus appellatus est: ob auxiliũ ppugnationẽq; Corui alitis: haud quisq́ est nobiliũ scriptorũ q secus dixerit: ea res prorsus admiranda sic pfecto est in libris ãnalibus memorata. Adolescẽs tali genere editus. L. Furio Claudio Appio cõsulibus fit tri. militaris atq́ in eo tẽpore copiæ gallorũ ingẽtes agrũ promptinum insederãt. instruebãturq́ acies a cõsulibus de ui atq; multitudine hostiũ satis agẽtibus. Dux interea gallorũ uasta: et ardua pceritate: armisq; auro pfulgẽtibus: grãdia ingrediẽs: et manu telũ reciprocans incedebat perq́ cõtẽptũ: et supbia circũspiciẽs despiciẽsq; omnia uenire iubet: et cõgredi: si quis pugnare secũ ex omni Romano exercitu auderet. tũ Valerius tribunus: cæteris inter metũ: pudorẽq; ambiguis impetrato prius a cõsulibus: ut in gallũ tã immani-

ter arrogãtem:pugnare sese ꝑmitteret:ꝓgreditur intrepide:modesteq́; obuiã et cõgrediuntur:et cõsistũt et cõserebant iam manus:atq; ubi uis quædam diuina fit.Coruus repente improuisus aduolat.& super galea tribuni insistit atq; in aduersarij oculos pugnare incipit:insibilat.obturbat unguibus manũ laniabat:et prospectũ ales arcebat:atq; ubi satis sæuierat:reuolabat in galeam tribuni sic tribunus spectãte utroq; exercitu & sua uirtute nixus:et opera alitis propugnatus ducẽ hostiũ ferocissimũ uicit interfecitq;.atq; ob eã causam cognomẽ habuit Coruinus id factũ est anno.cccc.&.v.post Romã cõditã:Statuam Coruino isti diuus Augustus in foro suo statuendam curauit in eius statuæ capite Corui simulacrum est rei pugnæq; quam diximus monumentum.

De uerbis quæ in utramq; partem significatione reciproca & aduersa dicuntur.

Caput.xij.

Noĩa in osus.

Et formidolosus dici põt:et q formidat:& q formidatur ut inuidiosus:et qui inuidet:et cui inuidetur ut suspiciosus q suspicat:et qui suspectus ẽ ut ãbitiosus:et q ãbit et q ãbit:ut itẽ gratiosus:et qui adhibet gratias:et qui admittit.ut laboriosus et qui laborat:et qui labori est:ut plæraq; alia huiuscemodi in utramq; partem dicuntur.ita infestus ancipiti quoq; significatione est.nam et is infestus appellatur:qui malum infert cuipiam:& contra cui aliunde impendet malum:is quoq; infestus dicitur. Sed quod prius posui profecto exemplis non indiget:sic adeo multi loquuntur:ut infestum dicant ini

Infestus

mi[n]um: atq; aduersum. Alterum autem illud ignobilius: obscuriusq; est. Quis enim in medio facile dixerit infestum esse cui alter infestus est? Sed & ueteres plæriq; ita dixerunt: et Marcus Tullius in oratione quam pro. Cn. Planco dixit: uocabulo hoc sit usus est. Dolebam (inquit) iudices: & acerbe ferebam si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior: q̃ is meam salutem: atq; uitam sua beniuolẽtia præsidio custodiaq; texisset. Nos igitur de origine & ratione uerbi quærebamus. atq; ita in nigidianis inuenimus commentariis scriptum infestum a festinendo dictum. Nam qui instat (inquit) alicui: eumq; properans urget: opprimereq; eũ studet: festinatq;. aut contra de alicuius periculo: & exitio festinatur: is uterq; infestus dicitur ab instantia: atq; imminentia fraudis: quam uel facturus cuipiam: uel passurus est Nequis autem de suspitioso: quod supra posuimus: & de formidoloso: in eam partem: quæ minus usitata est: exemplũ requirat: inueniet de suspitioso apud. M. Catonem de re floria ita scriptum. Sed nisi qui palam corpore pecuniam quæreret: aut se lenoni locauisset et si famulosus et suspitiosus fuisset: uim in corpus liberum non æquum censuere afferri. Suspiciosum. n. hoc in loco suspectu; significat: non suspicantem. Formidolosum autẽ qui formidatur. Sallustius in Catilina ita dixit. igitur talibus uiris nõ labor insolitus: nõ locus ullus asper: aut arduus erat: non amarus hostis formidolosus. Item. C. Caluus in poematis laboriosus dicit: non ut uulgo dicitur: qui laborat: sed in quo laboratĩ. Durũ (inquit) rus fugis, & ſus.

Suspiciosus

Formidolosus

Laboriosus

ſed labirioſum. Eadem ratione Laberius quoq; in ſororibus. Ecaſtor (inquit) multũ ſomniculoſũ; et Cinna in poematis. ſomniculoſam ut pœnus aſpidẽ pſil-

Metus
Iniuria.

lus. Metus quoq; & iniuria: atq; alia quædã id genus: ſic utroq; uerſum dici poſſunt. nam metus hoſtium recte dicitur: & quum timent hoſtes: et quum timentur. Itaq; Salluſtius in hiſtoria prima: Metũ Pompeij dixit: non q̃ Pompeius metueret. quod eſt uſitatius. Sed q̃ metueret̃. uerba hæc Salluſtij ſunt. Id bellũ excitabat metus Põpeij uictoris Hiempſalẽ in regnũ reſtituentis. Item alio in loco poſtq̃ remoto metu punico: ſimultates exercere uacuum fuit. Iniurias itidem dicimus: tam illorum qui patiuntur: q̃ qui faciunt: quarum dictionum exempla ſunt facilia inuentu. illud etiam dictum a Vergilio eandem habet formam cõmunicatæ ultro & citro ſignificationis. Et uulnere (inquit) tardus Vlyſſi. Quum diceret uulnus non quod accepiſſet ulyſſes: ſed quod dediſſet. Neſcius quoq; dicit̃ tam is qui neſcitur: q̃ qui neſcit. ſed ſuper eo: qui neſcit: frequens uſus uocabu-

Neſcius
ignarus

li eſt: infreq̃ues autem de eo eſt: quod neſcitur. ignarus æque utroq; uerſum dicitur: nõ tantum qui ignorat: ſed & qui ignoratur. Plautus in rudente: Quæ incolis neſcius neſcias peſſimus. Saluſtius.

More hũanæ cupidinis ignara uiſẽdi. Virgilius.

Ignarum laurens habet ora numanta.

Verba ex hiſtoria Clau. Quadrigarij: quibus Mãlij Torquati nobilis adoleſcentis: et hoſtis galli prouocatoris pugnam depinxit.

Cap. XIII.



Anlius ſūmo loco natus ad primeq; no- bilis fuit:ei Mālio cognomentum factū Torquato:cauſam cognomēti fuiſſe acce pimus:torquis ex auro induuias quam ex hoſte quē occiderat detractā induit.ſ; ꝗs hoſtis:et qđ genus:et ꝗ̃ formidādæ uaſtitatis:et ꝗtū iſolēs pro uocator:et cuiuſmodi fuerit pugna decertatum.Q. Clau.prio annaliū puriſſime:atq; illuſtriſſime:ſim ꝑ atq; incompta orationis antiquæ ſuauitate deſcri pſit:quem locum ex eo libro Phauorinus philoſo- phus quum legeret nō minoribus quati:afficiq; ani mum ſuum motibus pulſibuſq; dicebat:ꝗ̃ ſi ipſe co ram depugnātis eos ſpectaret. Verba.Q.Claudij: quibus pugna iſta depicta eſt:adſcripſi.Quum in- terim gallus quidā nudus præter ſcutū: & gladios duos:torque:atq; armillis decoratus proceſſit:ꝗ & uiribus:& magnitudine:et adoleſcētia:ſimulq; uir tute cæteris anteſtabat.is maxime prœlio cōmoto:at- q; utriuſq; ſummo ſtudio pugnantibus:manu ſigni ficare cœpit:ut utriq; ꝗeſcerēt pugnare.pugnæ fa- cta pauſa eſt.extēplo ſilētio facto cū uoce maxima inclamat ſiꝗs ſecū depugnare uellet uti ꝓdiret.Ne- mo audebat propter magnitudinē & immanitatē facies:deīde gallus irridere cœpit.atq; linguā exer tare.id ſubito perdolitū eſt cuidā.T.Manlio ſummo genere nato tm̄ flagitiū ciuitati accidere:e tāto exer citu neminē prodire.Is (ut dico) ꝓceſſit:neq; paſſus eſt uirtutē romanam a Gallo turpiter ſpoliari.ſcuto pedeſtri:& gladio hiſpanico cinctus contra gallū conſtitit:metu magno ea congreſſio in ipſo ponte:

Torquatus.

utroq; exercitu inſpectãte facta eſt.ita ut ante dixi: conſtiterũt.gallus ſua diſciplina:ſcuto proiecto cauta bundus.Mãlius aio magis q̃ arte cõfiſus:ſcutũ ſcuto percuſſit atq; ſtatũ galli cõturbauit.dũ ſe gallus iterum eodẽ pacto cõſtituere ſtudet Manlius iterũ ſcutum ſcuto percutit:atq; de loco certo hominẽ iterum deijcit.eo pacto ei:ſub gallicũ gladium ſucceſſit:ac hiſpanico pectus hauſit.deinde continuo humerum dextrum eodẽ cõcuſſu incidit.neq; receſſit uſq; donec ſubuertit ne gallus impetũ icti haberet.ubi eũ euertit:caput præcidit torquẽ detraxit eamq; ſanguinolẽtam ſibi i collũ imponit.quo ex facto ipſe:poſteriq; eius:Torquati ſunt cognominat .ab hoc.T. Manlio: cuius hanc pugnã.Quadrigarius deſcripſit.imperia & aſpera:& immitia Mãliana dicta ſunt quõ poſtea bello aduerſũ latinos quũ eẽt cõſul filiũ ſuũ ſecuri percuſſit:qui ſpeculatũ ab eo miſſus ne pugnaret ĩterdicto:hoſtẽ(a quo prouocatus fuerat) occidit.

Mãliana imperia.

Q̃d idem Quadrigarius:huius facies.patrio caſu probe & latine dixit:& quædam alia apposita de ſimilium uocabulorum declinationibus.

Cap.XIIII.

q Vod aũt ſupra ſcriptũ in.Q. Claudij uerbis propter magnitudinem & immanitatẽ facies.id nos aliquot ueteribus libris ĩſpectis explorauimus atq; ita eſſe:ut ſcriptũ eſt cõperimus Sic eñ pleraq; ætas ueterum declinauit.hæc facies huius facies:quod nũc propter rationem grammaticam faciei dicitur. Corruptos autem quoſdã libros repperi in quibus faciei ſcriptum eſt:illo quod ante

Facies

ſcriptum erat:obliterato:meminimus etiã in Tiburti bibliotheca inuenire nos ĩ eodẽ Claudij libro ſcriptum utrũq; facies:& facij:ſed facies in ordine ſcriptum fuit.& cõtra per ij geminum facij:neq; id ab eſſe a quadã cõſuetudine priſca exiſtimauimus. Nã ab eo:quod eſt hic dies tam huius dij:& ab eo qđ eſt hæc fames tã huius famij dixerũt. Qu. Ennius ĩ ſextodecimo ãnali dies ſcripſit:pro diei in hoc uerſu. Poſtreme longinqua dies quũ fecerit ætas. Ciceronem quoq; affirmat Ceſellius ĩ oratiõe quã pro. P. Seſtio fecit dies ſcripſiſſe pro diei:quod ego impenſa opera conquiſitis ueteribus libris pluſculis (ita ut Ceſellius ait) ſcriptum inueni. uerba ſunt hæc. M. Tullij Equites uero daturos illius dies pœnas. Quocirca factum hercle eſt. ut facile ijs credam:qui ſcripſerunt: idiographum librum Virgilij ſeſe inſpexiſſe. ĩ quo ita ſcriptum eſt; Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas. Ideſt libra diei ſomniq;. Sed ſicut hoc in loco dies a Virgi. ſcriptum uidetur ita in illo uerſu nil dubiũ eſt:quin dij ſcripſeris:pro diei: Munera ĩlætitiamq; dij. Quod imperitiores dei legunt ab inſolẽtia ſcilicet uocis iſtius abhorrentes. Sic autem dies dij a ueteribus declinatum eſt. ut fames famij: pernicies pernicij: progenies progenij: luxuries luxurij: acies acij. M. enim Cato in oratione quam de bello carthaginenſi compoſuit: ita ſcripſit. Pueri atq; mulieres extrudebantur famij cauſa. Lucilius in. xij. Rugoſum atq; famij plenum. Siſenna in hiſtoriarum libro. vi. Romanos inferendæ pernicij cauſa ueniſſe. Pacuuius in paulo.

Facij

Dies dij
Fames
Famij.

Pater supreme nostræ progeniẽ patris.

Cn. Marius in iliadis. xxi. Altera pars aciẽ uitasset fluminis undas. Item Marius in tertiodecimo. An maneat speciẽ simulacrum in morte silentum. Cn. Gracchus de legibus promulgatis ea luxuriẽ causa aiunt institui. Et ibidem infra ita scriptum est. Non est ea luxuries. q̃ necessario parẽtur uitæ causa. Propter quod apparet eum ab eo: quod est luxuries luxuriẽ patrio casu dixisse. Marcus quoq; Tullius in oratione qua sex. Roscium defendit: perniciẽ scriptũ reliquit. Verba hæc sunt. Quorũ nihil perniciẽ causa diuino consilio: sed ui ipsa & magnitudine rerũ factum putamus. Aut facies ergo ĩ casu patrio: aut faciẽ Quadrigarium scripsisse existimandum est: faciei autem in nullo ueteri libro scriptum reperi. In casu autem dandi qui purissime locuti sunt: non faciei: uti dicitur nunc: sed facie dixerunt Lucilius in satyris. Et primum inquit facie honestas accidit. Idem Lucilius in libro septimo.

Qui te diligit ætati facieq; tuæ se
Fautorem ostendat se fore amicum polliceatur.

Sũt aũt nõ pauci: q utrobiq; faciẽ legãt. Sed C. Cæsar in libro de analogia. ii. huius die et huius specie dicẽdũ putat: Ego quoq; in iugurtha Salustiẽ sũme fidei & reuerendæ uetustatis libro die casu patrio inueni scriptum. Verba hæc ita erant. Vix decima parte die reliqua. Non enim puto argutiolam istam recipiendam: ut die dictum quasi ex die existimemus.

De genere controuersiæ quod græce ἄπορον

id est dubium & in explicabile appellatur.

Caput.XV.


Vm Antonio Iuliano rhetore per feria-
rum tempus æstiuarum decedere ex ur-
be æstu uolentes neapolin cõcesseramus.
atq; ibi erat adolescẽs tũc quispiam ex di
tioribus:cum utriusq; linguæ magistris meditans:et
exercens:ad causas Romæ orandas eloquentiæ lati-
næ facultatem:atq; is rogat Iulianum uti sese audi-
at declamantem.It auditũ Iulianus:imus quoq; nos
cum eo simul.introit adolescens & præfatur arrogã
tius & elatius:quam ætati eius decebat.ac deinde iubet
exponi controuersias.aderat nobiscum ibi Iuliani se
ctator iuuenis promptus:& proficiẽs:& ostendens
iam in eo quod ille apud Iuliani auris in præcipiti
stare.& subitaria dictione periculum sui facere au-
debat.Exponit igitur tentamenti gratia cõtrouersiã
parũ cõsistentẽ:quod genus græci ἄπορον id est du-
bium uocãt.latine autẽ id:non minus cõmode inex-
plicabile dici potest.Ea cõtrouersia fuit huiuscemo
di.De reo septem iudices cognoscant.eaq; sententiã
sit rata quã plures ex eo numero dixerint. Quũ se-
ptem iudices cognouissent:duo censuerũt reũ exilio
mulctandũ:duo alij pecunia:tres reliqui capite pu-
niẽdũ.petitur ad suppliciũ ex sentẽtia triũ iudicũ:et
cõtradicit.Hac ille audita:nec cõsiderata neq; alijs:
ut proponerent:expectatis:incipit statim mira celeri-
tate in eandẽ hanc cõtrouersiam principia nescio quæ
dicere:& inuolucra sensuũ uerborũq; uolumina:uo

cumq́ turbas fundere: cæteris oĩbus ex cohorte eius:
qui audire eũ soliti erant clamore magno exultanti-
bus. Iuliano autẽ male ac misere rubente: & sudente
Sed ubi de blatteratis uersuũ multis milibus: finem
aliquando fecit egressiq́ inde sumus amici: familia
resq́ eius Iulianũ ꝓsecuti: quidnã existimaret percon
tati sunt: atq́ ibi Iulianus festiuissime. Nolite quære
re (inq̃t) quid sentiam: adolescens hic sine controuer
sia disertus est.

Quã Plynium secundum: hominẽ non indoctũ
fugerit: latueritq́ uitium argumẽti quod ἀντιστ-
ρέφον: id est reciprocum græci dicunt. Ca. xvi.

Plynius.

PLynius secundus existimatus est esse ætatis
suæ doctissimus. is libros reliquit: quos stu-
diosorum inscripsit: haud mediusfidius us
q̃squaq́ aspernãdos. In ijs libris multa uarie ad ob-
lectandas eruditorũ hominum auris ponit. refert ẽt
plærasq́ sententias: quas in declinãdis controuersis
lepide: arguteq́ dictas putat: sicuti hanc quoq́ sen-
tentiam ponit: ex huiuscemodi cõtrouersia. Vir for-
tis premio: quod optauerit donetur. Qui fortiter fe-
cerat: petijt alterius uxorem in matrimonium: & ac
cepit: is deinde cui ea uxor fuerat: fortiter fecit: repe
tit eãdem: contradicitur. Eleganter inquit & proba
biliter ex parte posteriores: uiri fortis uxorẽ sibi red
di postulãtis hoc dictum ẽ: si placet lex: redde si nõ
placet redde. Fugit aũt Plynium: sententiolã istam:
quã putauit esse argutissimã: uitio nõ carere: q̃d græ
ce ἀντιστρέφον. i. reciprocũ dicitũ: & est uitiũ in
sidiosum & sub falsa laudis specie latens. nihil eñ

minus conuerti ex cõtrario idipsum aduersus eũdem potest. Atq; ita a priore illo uiro forti dici si placet lex. non reddo. si non placet non reddo.

Cecropias noctes doctorum exempla uirorum
Donat: habere mihi nobilius eustochius.
Viuat: & æternum lætus bona tempora ducat.
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARIORVM LIBER DECIMVS.

Tertium ne consul: an tertio dici oporteat. Et quonam modo Cn. Pompeius cũ in teatro quod erat dedicaturus: honores suos inscriberet quæstionẽ ancipitẽ istius uerbi de cõsilio Cicerõis uitauerit. Cap. I.


Amiliari meo cuipiam literas athenis Romam misi: in his scriptum fuit me illi iam tertium scripsisse. Is ad me rescripsit: petiuitq; ut rationẽ dicerẽ cur tertium: ac nũ tertio scripsissem. id ẽt adscripsit: ut eadẽ: qd sup illo quoq; mihi uideret: facerẽ se certiorẽ. tertiũ ne cõsul & quartũ: an tertio: & quarto dicẽdum esset. qm̃ Romæ doctũ uirum dicẽtem audisset tertio et quarto cõsul non tertium quartumq;. Idq; in principio libri Celium scripsisse & Q. Claud. in libro undeuicesimo. C. Marium creatum septimo consulem dixisse. Adhæc ego scripsi nihil amplius q̃ uerba. M. Varronis hominis opinor q̃ fuit Claudius cum Celio doctioris quibus uerbum utrumq;: de quo ad me scripserat: decideretur. nam et uarsatis apte qd dici oporteret edocuit. et ego aduersus

Tertiũ; consul. Tertio consul. Quartũ consul: Quarto consul.

septimo

eum: qui doctus esse dicebat: litem meā facere absens nolui. uerba. M. Varronis ex libro disciplinarū quinto hæc sunt. aliud est quarto prætorem fieri: et quartum tēpus: ꝗ quarto locū adsignificat: ac tres añ factos: quartū tp̄s ad significat: et ter ante factū igitur Ennius recte cōscripsit. Quintus pater quartum fit consul. Et pompeius timide: ꝗ in theatro ne adscriberet consul tertium: aut tertio extremas literas nō conscripsit. Quod de Pompeio: Varro breuiter & subobscure dixit: Tyro Tullius Ciceronis libertus i epistola quadam enarratius scripsit: ad hunc ferme modum. Quum Pompeius inquit ædem uictoriæ dedicaturus foret cuius gradus uice theatri essent nomēq; eius & honores inscriberet: quæri cœptum ē: utrū consul tertio inscribendū esset: an tertium. eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctissimos ciuitatis. Quumq; dissentirēt: & pars tertio: alij tertium scribēdum contenderent: rogauit inquit Ciceronem Pompeius: ut quod ei rectius uideretur: scribi iuberet: tum Ciceronem iudicare de uiris doctis ueritum esse: ne quorum opinionem improbasset: ipsos uideretur improbasse. Persuasit igitur Pōpeio: ut neq; tertium neq; tertio scriberetur: sed ad secūdum usq; T. fierent literæ: tert. ut uerbo non præscripto res quidē demōstraretur: sed dictio tamē ambigua uerbi lateret. Id autē quod & Varro & Tyro dixerunt in eodem tunc theatro non est ita scriptū. nam quū multis annis postea scæna: quæ prociderat: refecta esset: numerus tertij consulatus non uti initio prioribus literis tert. sed tribus tantū lineolis. iij. incisis si-

gnificatus est. In M. autem Catonis quarto origine ita scriptum est: Carthaginenses sextum de fœdere decessere. Id uerbum significat: quinquies ante eos fecisse contra fœdus: & tum sextũ. Græci quoq; significandis huiusmodi rerum numeris τρίτον καὶ τέταρτον .i. tertium & quartum dicũt: qđ congruit cũ eo: qđ latine dicitur tertiũ quartumq;.

Quid Aristoteles de numero puerperũ memoriæ mandauerit. Cap. II.



Ristoteles philosophus memoriæ tradidit: mulierez in ægypto uno partu quinq; pueros enixam. eumq; esse finem dixit multiiugæ hominum partionis: neq; pluris unq̃ simul genitos compertum: hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed & diuo Augusto imperante: qui temporum eius historiam scripserunt: ancillam Cæsaris Augusti in agro laurẽte peperisse quinq; pueros dicunt: eosq; pauculos dies uixisse. matrem quoq; eorum non multo postq̃ peperit: mortuam monumentumq; ei factum iussu Augusti in uia laurentia: inq; eo scriptum esse numerũ puerperũ eius: de quo diximus. Partus quinq; puerorum.

Locorum quorundam illustrium collatio: contẽtioq; facta: ex orationibus. C. Gracchi: & M. Catonis. Cap. III.



Ortis & uehemens orator existimatᷓ esse. C. Gracchus nemo id negat: sed quod nonnullis uidetur seuerior: acrior: amplior q; esse. M. Tullio ferri id qᷓ potest? Legebamus adeo nuper orationẽ Gracchi de

legibus promulgatis: in qua. M. Marium: & quosdam ex municipiis italicis honestos uiros uirgis per iniuriam cæsos a magistratibus po. ro. quanta maxime inuidia potest: conqueritur. Verba hæc sunt quæ super ea re fecit. Nuper teanũ sidicinũ cõsul uenit. uxorẽ dixit in balneis uirilibus lauari uelle. Quæstori sidicino a. M. Mario datũ ẽ negociũ: uti balneis exigerent̃: q̃ lauabant̃: uxor renũciat uiro parũ cito sibi balneas traditas esse: & parũ lautas fuisse. iccirco palus destitutus est in foro eoq; aductus suæ ciuitatis nobilissimus hõ. M. Marius uestimẽta detracta sunt: uirgis cæsus est. Caleni (ubi id audierũt) edixerũt ne q̃s in balneis lauisse uellet: quũ magistratus romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam p̃tor noster quæstores arripi iussit. Alter se de muro deiecit. Alter prehensus: & uirgis cæsus est. In tam atroci re: ac tam misera atq; mœsta: iniuriæ publicæ contestatione: & ecquicquid est: quod aut ampliter insigniterq;: aut lachrimose: atq; miseranter: aut multa copiosaq; inuidia graui & penetrabili querimonia dixerit breuitas sane & uenustas & mundicies: orationis est: qualis haberi ferme in comœdiarũ festiuitatibus solet. Item Gracchus alio in loco ita dixit. Quãta libido quantaq; intemperantia sit hominum adolescentium: unum exemplum uobis ostendam: his annis paucis ex Asia missus est: qui per id tempus magistratum non cœperat homo adolescens pro legato. is ĩ lectica ferebatur. ei obuiam bubulcus de plæbe uenusina aduenit: & per iocũ quum ignoraret: qui ferretur: rogauit nũ mortuũ ferret. ubi id audiuit lecticam iussit deponi. stuppis q̃bus lectica

ligata erat:usq; adeo uerberari iussit dũ aĩam effla
uit. Hæc quidẽ oratio super tam uiolẽto atq; crudeli
facinore nihil profecto abest a quotidianis sermoni
bus. at quũ in simili causa apud. M. Tul. ciues roma
ni innocentes uiri contra ius contraq; leges uirgis
cæduntur: aut supplicio extremo necantur: quæ ibi
tunc miseratio: quæ comploratio: quæ totius rei sub
oculos subiectio: quod & quale inuidiæ: atq; acerbi
tatis fretum efferuescit? Animũ hercle meũ: quũ illa
M. Ciceronis lego: imago quædã & sonus uerborũ
& uocum: & eiulationũ circumplectitur. uelut sunt
ista: quæ de. C. Verre dicit: quæ nos: ut in præsens po
tuimus: quãtũ memoria suppeditabat: adscripsimus
Ipse inflammatus scelere: & furore in forum uenit
ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emanabat: ex-
pectabant omnes: quo tandẽ progressurus aut quid
nam acturus esset: cũ repente hoiem proripi: atq; in
foro medio nudari. ac deligari & uirgas expediri
iubet. Iã hæc mediussfidius sola uerba nudari: ac de-
ligari: & uirgas expediri: iubet: tanti metus horro-
risq; sunt: ut non narrari quæ gesta sunt: sed rem ge
ri prorsus uideas. Gracchus autem noster: non quæ-
rentis: neq; imploratis: sed nunciãtis uice: palus in-
quit in foro destitutus est: uestimẽta detracta sunt.
uirgi cæsus est. Sed eñ. M. Cicero præclare: cũ diu-
tina repræsentatione nõ cæsus est: sed cædebatur in-
quit Virgis in medio foro messanæ ciuis romanus.
Quum interea nullus gemitus. nulla uox illius mi-
seri inter dolorem: crepitũq; plagarum audiebatur:
nisi hæc ciui romanus sum. hac commemoratione

ciuitatis oĩa ũerbera depulſurũ:cruciatũq; a corpo
re deiecturũ arbitrabať:cõplorationẽ deinde tã accer
bæ rei:et odiũ in Verrem deteſtationẽq; apud. ciues
romanosincẽſe atq; acriter:atq; inflãmãter facit quũ
hæc dicit. O nomẽ dulcæ libertatis. O ius eximiũ no
ſtræ ciuitatis. O lex portia:legeſq; Sẽproniæ. O gra
uiter diſyderata:et aliquãdo reddita plæbi romanæ
tribunitia poteſtas. Huccine tãdẽ hæc omnia recide-
runt:ut ciuis Romanus in prouincia Po. Ro. in oppi-
do fœderatorũ:ab eo qui beneficio po. Ro fasces ad ſe
curis haberet deligatus in foro uirgis cæderetur:ꝗd
quum ignes ardenteſq; laminæ:cæteri cruciatus ad-
mouebãtur? Si te acerba illius imploratio:et uox mi
ſerabilis non leniabat ne ciuiũ quidẽ romanorũ:qui
tũ aderãt:fletu gemituq; maximo cõmouebare? Hæc
M. Tul. atrociter grauiter copioſe apteq; miſeratus
eſt. Sed ſi quis eſt tam agreſti aure ac tã hiſpida:quẽ
lux iſta:et amœnitas orationis uerborũq; modifica-
tio parũ delectat:amat autẽ priora iccirco ꝙ incom
pta et breuia et non operoſa:ſed natiua quadã ſuaui
tate ſunt:ꝙ q; ĩis umbra et color quaſi opacæ uetuſta
tis eſt:is ſiquid iudicij habet cõſideret in cauſa pari
Marci Catonis hominis antiquioris orationẽ. Ad cu
ius uim et copiã Gracchus nec aſpirauit. intelligit
(opinor) Catonẽ contentũ eloquentia ætatis ſuæ nõ
fuiſſe. et id iã tũ facere uoluiſſe:quod Cicero poſtea
perfecit. In eo nãq; libro qui de falſis pugnis ſcrip-
tus eſt:ita de. Q. Thermo conqueſtus eſt. Dixit a decẽ
uiris parũ ſibi bene cibaria curata eſſe. iuſſit ueſtimẽ
ta detrahi:atq; flagro cædi:decemuiros brutiani uer

berauere. uidere multi mortales. Quis hanc cõtumeliam? quis hoc imperiũ? quis hanc seruitutẽ ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere eam ne fieri bonis bono genere natis boni cõsulitis? Vbi societas ubi fides maiorũ: insignitas: iniurias: plagas: uerbera: uibices: eos dolores: atq; carnificinas per dedecus: atq; maximã ignominiã ĩspectantibus popularibus suis atq; multis mortalibus te facere ausum esse? Sed q̃tũ luctum q̃tũq; gemitũ: quid lachrymarũ: q̃tũq; fletuũ factũ audiui. serui iniurias nimis ægre ferunt. quid illos bono genere natos: magna uirtute præditos opinamini animi habuisse atq; habituros dum uiuent? Quod Cato dixit. brutiani uerberauere ne qui fortasse de brutianis requirat id significat. Quũ Annibal pœnus cũ exercitu in Italia esset. et aliquod pugnas populus ro. aduersas pugnauisset. primi totius Italiæ brutij ad annibalẽ desciuerũt. id Romani ægre passi postq̃ Annibal Italia decessit superatiq; pœni sunt brutios ignominiæ causa non milites scribebant: nec pro socijs habebant sed magistratibus in prouincias euntibus parere: et præministrare seruorũ uicem iusserunt. Itaq; ij sequebãtur magistratus: tanq̃ in scænicis fabulis: qui dicebãtur Lorarij: et quos erãt iussi uinciebant aut uerberabant. Quot autem ex brutijs erant: appellati sunt brutani. Lorarij Brutiani.

Q d. P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiua esse sed naturalia. Cap. IIII.

n Omina uerbaq; nõ positu fortuito: sed quadã ui et ratiõe naturæ facta eẽ. P. Nigidius in grãmaticis cõmentarijs docet rem sane in

philosophiæ disertationibus celebrem. quæri enim solitum apud philosophos φυσει τα ονοματα η θεσει: id est natura ne nomina sint an positu: in eã rem multa argumenta dicit: cur uideri possint uerba esse naturalia magis q̃ arbitraria. ex quibus hoc uisum est lepidum & festiuum. Vos (inquit) quum dicimus motu quodam oris cõueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur: & labias sensim primores emouemus ac spiritũ: atq; animam porro uersum: & ad eos: quibuscũ sermocinamur: intendimus. At cõtra quum dicimus nos neq; profuso intentoq; flatu uocis: neq; proiectis labris pronunciamus sed et spiritũ & labias: quasi intra nosmetipsos coercemus hoc idem fit in eo quod dicimus: tu et ego et tibi et mihi. Nam sicuti quum annuimus: motus quidã ille uel capitis: uel oculorum a natura rei: quam significat nõ abhorret: ita in his uocibus quasi gestus quidã oris et spiritus naturalis ẽ. eadẽ ratio est ĩ græcis quoq; uocibus: quã esse ĩ nostris animaduertimus

Auarus simplex ne uocabulum sit: an compositum & duplex: sicut. P. Nigidio uidetur.

Cap. V.

Auarus



AVarus nõ simplex uocabulũ: sed iunctũ copulatũq; esse Nigidius dicit in cõmẽtariorũ undetrigesimo Auarus inquit appellatur qui auidus æris est. sed in ea copula e inquit litera detrita est. Itẽ locupletem ait dictum ex cõpositis uocibus: qui plæraq; loca: hoc est

locuples qui multas possessiones tenet. Sed probabilius id firmiusq; est: quod de locuplete dicit. nã de auaro ambi

gitur. cur enim nõ uideri possit ab uno solum uerbo inclinatum quod est aueo? eademque esse factura: qua est amarus de quo nihil dici põt: quin duplex nõ sit.

Multam dictã esse ab ædilibus. P. Appij. cæci filiæ mulieri nobili: quod locuta esset petulantius.

Caput. VI.


On in facta modo: sed in uoces etiam petulãtiores publice uindicatu: est. ita enĩ debere esse uisa est romanæ disciplinæ dignitas inuiolabilis: Apij nãque illius cæci filia: a ludis quos spectauerat: exiens turba undique cõfluẽtis fluctuãtisque populi iactata est. atque inde egressa quũ se male habitã diceret. Quit i me nũc factũ eẽt: inquit quantoque artius: pressiusque cõflictata essem: si. P. Claudius frater meus nauali prælio classem nauiũ cũ ingenti ciuiũ numero non perdidisset? Certe quidẽ maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. sed utinã (inquit) reuiuiscat frater: aliasque classem in siciliam ducat: atque istam multitudinẽ perditum eãt: quæ me male nunc miseram conuexauit. Oc hæc mulieris uerba tam improba: ac tam inciuilia. C. Fundanius et Tib. Sempronius ædiles plæbei mulctam dixerunt ei æris grauis. XXV. milia. Id factum esse dixit Capito Atteius in commẽtario de iudicijs publicis bello punico primo: Fabio Licinio: & T. Acilio Crasso consulibus. Appij filia

Fluminum quæ ultra imperiũ romanũ fluũt prima magnitudine esse nilum: secũda istrũ: proxima rhodãum. sicut. M. Varronem memini scribere.

Caput. VII.

Mnium fluminum quæ in maria qua imperiũ ro. est: fluunt: quam græci τὴν εἴσω θάλασσαν. id est internũ mare appellant maximum esse nilum consentitur proxima magnitudine esse Istrũ scripsit Sallu. Varro autẽ quũ de parte orbis (quæ Europa dicitur) dissereret: in tribus primis eius terræ fluminibus rhodanum esse ponit. per quod uidedetur eum facere istro æmulum. istrus enim quoq; in europa fluit.

Nilus.

Rhodanus.

Istrus.

Inter ignominias militares quibus milites coercebãtur fuisse sanguinis dimissionẽ et quænã esse uideatᷓ causa huiuscemodi castigationis. Cap. VIII.

Vit hæc quoq; antiquitus militaris animaduersio: iubere ignominiæ causa militi uenã solui: et sanguinẽ dimitti. cuius rei ratio in literis ueteribus: quas equidẽ inuenire potui non extat. sed opinor factũ hoc primitus in militibus stupentis animi atq; a naturali habitu declinantis: ut non tã pœna: q̃ medicina uideretur. postea tamẽ ob pleraq; alia delicta idẽ factitatum esse credo per consuetudinem: quasi minus sani uiderẽtur omnes: qui deliquerunt.

Sanguinis missio.

Quibus modis: quoq; habitu acies romana istrui solita sit: quæq; earũ instructionum sunt uocabula. Cap. I. X.

Ocabula sunt militaria: quibus instructa certo mõ acies appellari solet: frõs: subsidia: cuneus: orbis: globus: forfices serra: alæ: turres. hæc & quædam item

Militaria uocabula.

alia inuenire est in libris eorũ qui de militari disci-
plina scripserũt. trãslata autem sunt ab ipsis rebus:
quæ ita proprie nominantur: earumq; rerum in acie
instruẽda sui cuiusq; uocabuli imagines ostẽdũtur.

Quæ eius rei causa sit q̃ & græci ueteres: & ro
mani annulum ĩ eo digito gestauerũt: qui est in ma-
nu sinistra minimo proximus. Cap. X.

V Eteres græcos annulum habuisse ĩ digito ac-
cepimus sinistræ manus qui minimo ẽ pro
ximus. romanos quoq; homines aiũt sic ples-
runq; annulis usitatos. Causam esse huius rei Appi
on in libris ægyptiacis hanc dicit: q̃ insectis apertis
q; humanis corporibus: ut mos in ægypto fuit: quas
græci αναΤΟμιασ idest dissectiones appellãt
repertu est neruũ quendam tenuissimum ab eo uno
digito: de quo diximus: ad cor hominis pergere: ac
peruenire propterea nõ inscitum uisum esse eum di
gitum potissimum tali honore decorandum: qui con
tinẽs et quasi cõnexus eẽ cũ prĩcipatu cordis uideret̃.

Annuli gestatio

Verbum mature quid significet: quæq; eius uocis
ratio sit: & q̃ eo uerbo uulgus hominũ improprie
utitur. Atq; inibi q̃ præcox declinatum præcocis fa
cit non præcoquis. Cap. XI.

M Ature nunc significat propere: & cito con
tra ipsius uerbi sententiam. aliud enim est
mature. q̃ quod dicit̃ propere. P. Nigidius
homo ĩ oĩm bonarũ artiũ disciplinis egregius. Ma
ture inquit est: q̃d neq; citius est: neq; serius. sed me-
diũ quoddã: & tẽperatũ est. Bene atq; proprie Ni-
gidius. nã & in frugibus: & in pomis matura dicũ

Mature

tur:q̄ neq̄; cruda & immitia sūt:neq; caduca:et de-
cocta sed tēpore suo adulta:maturataq;. Quoniā au
tē quod nō segniter fiebat mature fieri dicebat: pro
gressa plurimū uerbi significatio est:& nō iā:quod
non segnius:sed quod festinatius fit:id fieri mature
dicit:qn̄ ea:q̄ p̄ter sui temporis modū pperata sunt:
Maturi immatura uerius dicant:illud uero nigidianum rei
tas atq; uerbi tēperamentū:diuus augustus duobus græ
cis uerbis elegātissime exprimebat.nā & dicere in
sermonibus:& scribere in epistolis solitū esse aiunt.
σπευδεβραδεως.i.matura.Per quod mo-
nebat ut ad rē agendā simul adhiberetur:& indu-
striæ celeritas & diligentiæ tarditas.ex quibus duo
bus contrarijs fit maturitas:Virgilius quoq;:si quis
animū attēdat duo ista uerba pperare & maturare
Id est fe tāq; plane resonātia cōtraria scitissime separauit in
stina hisce uersibus.
tarde Frigidus agricolā siquando continet hymber:
Multa forent quæ mox cœlo properanda sereno:
Matu- Maturare datur.Elegantissime ista duo uerba diui
rare sit.nāq; in properatu rei rusticæ:per tēpestates plu
Præma uiasq; quādo ociū est:maturari potest p serenas:quā
ture do tēpus instat:properari necessum est.quū signifi-
candum aūt est coactius quid factū.& festinatius:
tum rectius præmature factū id dicitur:q; mature.
sicut Afranius dixit in togata cui titulus nomē est.
Appetis dominatum demens præmature præcocem
In quo uersu animaduertendum est:ꝗ precocem in-
quit:non precoquem.est enim casus eius rectus: non
Præcox præcoquis:sed præcox.

De portentis fabularum: quæ Plynius ſecundus in-
digniſſime in Democritum confert philoſophum
& ibidem de ſimulacro uolucri columbæ.

Caput.XII.



Ibrum eſſe Democriti nobiliſſimi philo- Chamæleon.
ſophorum de ui & natura Chameleon-
ti: eumq; ſe legiſſe Plynius ſecundus in
naturalis hiſtoriæ.XXVIII.refert.mul-
taq; uana atq; intoleranda auribus.deinde quaſi a
Democrito ſcripta tradit: ex quibus pauca hæc inui-
ti meminimus quia perteſum eſt.Accipitrem auem
rapidiſſimam a chameleonte humi reptante ſi eum
forte ſuperuolet detrahi et cadere ui quadam in ter-
ram cæteriſq; auibus laniandum ſeſe ſpōte ſua obii-
cere & dedere.Item aliud ultra humanam fidem:
caput et collum chameleontis: ſi uratur ligno: quod
appellatꝛ robur: hymbres & tonitrua de repente fie-
ri.idq; ipſum uſu uenire.ſi iecur eiuſdem animalis
in ſummis tegulis uratur.Ite; aliud quod hercle an
ponerē dubitaui: ita eſt deridiculæ uanitatis: niſi ic-
circo plane poſui ꝙ oportuit nos dicere quid de iſti-
uſmodi admirationum fallaci illecebra ſentiremus:
qua plærunq; capiuntur: & ad ꝑniciem elabuntur
ingenia maxime ſolertia: eaq; potiſſimum: quæ dicē-
di cupidiora ſunt.ſed redeo ad plynium.ſiniſtrum
pedē ait chameleōtis ferro ex igni calefacto torreri
cum hærba quæ appellatur eodem nomine chame-
leon: & utrumq; macerari unguento colligiq; in

modum pastilli atq; in uas mitti ligneũ & eũ q id uas ferat: etiam si is in medio palam uersetur: a nullo uideri posse. His portentis atq; præstigiis a Plynio secũdo scriptis nõ dignũ esse cognomine Democriti puto: Vel illud quale est: qđ idem Plynius in decimo libro Democritũ scripsisse asseuerat aues quasdã esse certis uocabulis & earũ auiũ cõfuso sanguine gigni serpentẽ eũ si qs ederit linguas auiũ et colloquia interpretaturum. multa autẽ uidentur ab hominibus istis male solertibus huiuscemodi cõmenta in Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisq; eius perfugio utẽtibus. Sed id quod Archytã pythagoricũ commentũ esse: atq; fecisse traditur. neq; minus admirabile: neq; tamẽ uanũ æque uideri debet Nã & plæriq; nobiliũ græcorũ: et Phauorinus philosophus memoriarum ueterũ exequẽtissimus affirmãtissime scripserunt: simulacrũ colũbæ e ligno ab Archyta rõne quadã: disciplinaq; mæchanica factũ uolasset: ita erã scilicet libramẽtis suspẽsum. et aura spiritus iclusa. atq; occulta cõcitũ. libet hercle sup re tã abhorrẽti a fide ipsius Phauorini uerba ponere. αρχυτασ ταραντιμοσ φιλοσοφοσ αμα και μηχανηχοσ: ωμ εποιησε περιστεραμ ξυλινη πετομενημ: ητισ ειποτεκατησ ειεν ουκ ετι ανιστατο μεχρι γαρ τουτου. Id est Archytas tarentinus philosophus pariter & mæchanicus uir colũbam ligneam fecit uolantem: quæ si nõnunq̃ subsedisset: prætererea non exurgebat. hactenus enim.

Cum partim hominũ qua ratione hoĩes dixerint.

Cap.XIII.

P Artim hominum uenerũt plærunq; dici: quod significat pars hominũ uenit.i.quidam homines.nã partim hoc i loco aduerbium est.neq; in casus inclinatur.ficuti cum partim hominũ dici potest.i.cũ quibusdã hoibus:& quasi cũ quadam parte hominum. M.Cato in oratione de re floria ita scripsit.Ibi pro scorto fuit in cubiculũ surrectitauit e conuiuio cũ partim illorum iam sæpe ad eundẽ modũ erat.Imperitiores autem:cum partim legũt tãq; declinatũ sit quasi uocabulũ:non dictũ: quasi aduerbium.Sed.Q.Claudius.xxi.annali insolentius psulo hac figura est ita usus eum enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem sibi. Item.Q.Claudii.xiii.annali uerba hæc sunt.Sed iccirco me fecisse:q utrum negligẽtia partim magistratuum.num auaritia:an calamitate populi romani:euenisse dicam:nescio. Partim hominũ

Iniuria mihi factum itur quali uerborũ ordine Cato dixerit. Cap.XIIII.



Vdio illi iniuriã factum iri:audio cõtumeliam dictum iri:uulgo quoq; ita dici. & istã esse uerborũ figurã iam in medio loquẽdi usu: iccirco exemplis supersedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factum itur paulo est remotius.Exẽplu; igitur ponemus.M.Cato pro se contra.C.Cassium.Atq; euenit ita quirites ut in hac contumelia:quæ mihi per huiusce modi petulantiam factum itur rei quoq; pub.me diussidius misereat quirites.ficut autem contumeliam factum Iniuria factum itur.

iri: significat iri ad contumeliam faciendam .i. operam dari quo fiat contumelia: ita cōtumelia factum itur casu tantū immutato idem dicit.

De flaminis dialis. deq; flaminicæ cerimonijs. uerbaq; ex edicto pretoris apposita quibus dicit: nō coacturum se ad iurandum: neq; uirgines uestæ: neq; diales.

Caput. XV.

Flamē dialis.

CErimoniæ imposita flamini diali multæ: item cautus multiplices: quos in libris qui de sacerdotibus publicis compositi sunt. Itē in Fabij pictoris librorum primo scriptos legimus: unde hæc ferme sunt: quæ commeminimus. i. Equo dialem flaminē uehi religio est. ij. Classem procinctam extra pomerium. i. exercitum armatū uidere: id circo rarēter flamē dialis creatus consul est quū bella consulibus mādabantur. iij. Item iurare dialē fas nūq; est. iiij. Item annulo uti: nisi peruio cassoq; fas nō est. v. Ignē e flaminia id ē flaminis dialis domo nisi sacrum efferri ius nō est. vi. Vinctu; si ædes eius introierit: solui necessum est: & uincula per impluuium in tegulas subduci: atq; inde foras in uiā dimitti. vij. Nodū in apice: neq; in cinctu: neq; alia in parte ullū habet. viij. Siquis ad uerberādum ducatur si ad pedes eius supplex procubuerit: eo die uerberari piaculū est. ix. Capillū dialis nisi qui liber homo ē: nō detonset. x. Capram & carnē incoctam: & hederam: & fabā: neq; tangere diali mos est: neq; nominare. xi. Propagines e uitibus altis protentis nō succi

det.xii.Pedes lecti in quo cubat: lutotenui circũlitos esse oportet & de eo lecto trinoctiũ cõtinuũ nõ decu bat neq; in eo lecto cubare aliũ fas ē:neq; apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue atq; ferro opor tet.xiii.Vnguiũ dialis & capilli segmina subter ar= borẽ filiquã terra operiuntur.xiiii.Dialis quotidie festatus est.xv.Ac sine apice sub dio esse licitum nõ est:sub tecto uti libet:& non pridem a pontificibus constitutũ.Massurius Sabinus scripsit & alia quæ dam remissa gratiamq; aliquot cerimoniarum fa= ctum dicit.xvi.Farinam fermento imbutam attinge re ei fas non est.xvii.Tunicam intimam nisi in locis tectis non exuit:ne sub cælo tanq; sub oculis iouis nu dus sit:xviii.Super flaminem dialem in conuiuio: nisi Rex sacrificulus:haud quisq; alius accũbit.xix. Vxorem si amisit flaminio decedit.xx. Matrimoni= um flaminis:nisi morte dirumpi non est ius.xxi.Lo cum in quo bustum est nunq; ingreditur.xxii.Mor= tuum nunq; attingit:funus tamen exequi non est re ligio.Eædem ferme cerimoniæ sunt quas flamini= cas sacerdotissa dialis seorsum aiunt obseruitare.ue luti est.id est Quod bene nato operitur.ii.Et q; uiri= ca surculum de arbore filiqua habet.iii.Et q; scalas: que græce κλιμακεσ appellantur:eas ascende= re ei plus tribus gradibus religiosum est:atq; etiam iiii.Quum it ad argeos: q; neq; comit caput: ne= q; capillum depectit.Verba prætoris ex edicto per= petuo de flamine diali & de sacerdote Vestæ ad= scripsi.Sacerdotem uestalem: & flaminem dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam.Ver=

ba.M.Varronis ex ſecundo rerũ diuinarũ ſuper fla mine diali hæc ſunt. Is ſolus album habet galerum uel ꝙ maximus eſt: uel ꝙ Ioui immolata hoſtia alba to fieri oporteat.

Quos errores Iulius Higinus in.vi. Virgi. animad uerterit in hiſtoria Romana erratos. Cap. XVI

R Epræhendit Higinus uirgilium: correctu rumq; eum fuiſſe exiſtimat: quod ĩ libro ſex to ſcriptum eſt Palinurus eſt apud inferos: petẽs ab Aenea ut ſuum corpus requirendum & ſe peliendum curet. Is hæc dicit.

Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Iniice (nanq; potes) portuſq; require uelinos

Quo inquit modo aut Palinurus nouiſſe: aut nomi nare potuit portus uelinos: & Aeneas ex eo nomine locũ inuenire quũ Velia oppidũ: a quo portum qui in eo loco eſt uelinum dixit: Seruio Tullio regnãte Romæ poſt annum amplius ſexcenteſimũ: q̃ Aene as in Italia uenit conditũ in agro lucano: & eo no mine appellatũ eſt? Nam ꝗ ab Harpalo inquit regis Cyri præfecto ex terra phocide fugati ſunt: alũ ueli am: partim maſſiliam cõdiderũt. Inſcitiſſime igitur petit: ut Aeneas portũ uelinũ requirat quũ id nomen eo tp̃e fuerat uſq; gẽtiũ: neq; ſimile inq̃t illud uide ri debet: q̃d ẽ in primo carmine.

Velinus portus

Italiam fato profugus: lauinaq; uenit
Littora: Aut quod æque eſt in.vi. libro
Chalcidicaq; leuis tandem ſup eraſtitit arce.

Quoniam poetæ ipſi quædã κατὰπρολήψιν id eſt per anticipationem hiſtoriæ dicere ex ſua perſo

na concedi solet: quæ acta ipse post ea scire potuit. sicut Virgilius sciuit de lauinio oppido: & de colonia chalcidensi. sed palinurus qui potuit id inquit scire: ea q̃ post annos. DC. facta sunt nisi quis eu; diuinasse apud inferos putat: perinde: ut animæ defunctorũ solent. Sed & si ita accipias (q̃q̃ non ita dicit) Aeneas tamen: qui non diuinabat. quo pacto potuit requirere portũ uelinum? cui nomen tunc: sicut diximus nullum usq̃ fuit. Item hoc quoq̃ in eodem libro repræhẽdit: et correcturum fuisse Virgiliũ putat: nisi mors occupasset. Nã quũ Thesea inquit inter eos nominasset: qui ad inferos adissent ac redissent dixisset q̃. Quid thesea? magnum quid memorem Alcidẽ? et mi genus ab Ioue summo est: postea tamẽ refert. Sedet æternũq; sedebit infœlix Theseus. Qui autem inquit fieri potest ut æternũ apud inferos sedeat: que; supra cũ ĩjs noĩat: qui descẽderint illuc atq; inde rursum euaserint: præsertim cũ ita sit fabula de Theseo: atq; sic Hercules eũ euellerit e petra: & in lucem ad superos eduxerit. Idem in his uersibus errasse Virgilium dicit.

Eruet ille argos: agamemnoniasq̃ micenas Historiæ confusio.
Ipsumq̃ æaciden genus armipotentis achilli:
Vltus auos troiæ: templa & temerata mineruæ

Cõfudit inquit & personas diuersas et tempora, nã neq; eodem tẽpore: neq̃ eosdẽ per homines cũ achæis: & cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim quem dicit Aeaciden: de epiro in Italiam transgressus cũ romanis depugnauit: aduersus Manium Curiu; in eo bello ducem Argiuum autem bellum. i. achaicum

multis post annis a L. Mumio impatore gestũ ē. Potest inqt igitur medius eximi uersus: qui de pyrrho importune immissus est: quem uergilius proculdubio exempturus inquit fuit.

Democriti cæcitas.

Qua ob causam: & quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese priuauerit. & super ea re uersus Laberij pure admodum & uenuste facti.

Cap. XVII.

D Emocritum philosophum in monumentis græcæ historiæ scriptum est: uirum præter alios uenerandũ: auctoritateq; antiqua præditum: luminibus oculorum sua spōte se priuasse: qa existimaret cogitationes cōmentationesq; animi sui in contemplandis naturæ rationibus uegetiores: & exactiores fore si eas uidendi illecebris: & oculoru; impedimentis liberasset id factum eius: modumq; ipsum quo cæcitate facile solertia subtilissimaq; cōsciuit Laberius poeta in mimo: quem inscripsit restiorem: uersibus quidem satis munde: atq; graphice factis descripsit: sed causam uoluntariæ cæcitatis finxit aliam uertitq; in eam rem: quam tum agebat: nō inconcinniter. est enim persona: quæ hoc apud Laberium dicit diuitis auari et parci sumptum plurimũ ἀσωτιαρτη. id est luxumq; & popinationem adolescentis filij deplorantis

Laberius poeta

Versus laberiani hi sunt:

Democritus abderites physicus philosophus clipeũ
Constituit contra exortum hiperionis: oculos
Effodere ut posset splendore æreo: ita radijs

Solis aciem effodit luminis malis bene
Esse:ne uideret ciuibus. sic ego
Fulgenti splendore in pecuniam uolo
Lucificare exitum ætati meæ:
Ne in re bona uideam esse nequam filium.

Historia de Artemisia. deq; eo certamine: quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclytis decertatum est.

Caput. XVIII.

Artemisia Mausolum uirum amasse fertur supra omnis amorum fabulas: ultraq; affectionis humanæ fidem. Mausolus autem fuit (ut Marcus Tullius ait) rex terræ cariæ: ut quidam græcarum historiarum scriptores dicunt: prouinciæ græcæ præfectus: quem σατραπην. i. ducem & præsidẽ græci uocant. Is Mausolus ubi ꝑfunctus est: & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est: Artemisia luctu atq; desiderio mariti flagrans ossa: cineremq; eius mista odoribus. contusaq; in pulueris faciem aquæ indidit. ebibitq; multaq; alia uiolẽti amoris indicia fecisse dicitur. molita quoq; est ingenti impetu operis: conseruandæ mariti memoriæ causa sepulchrum illud memoratissimũ: dignatũq; numerari inter septẽ omniũ terrarũ spectacula. Id monumẽtũ Artemisia cũ dis manibus sacris Mausoli dicaret: agona. i. certamen laudibus eius dicundis facit. ponitq; præmia pecuniæ: aliarumq; rerum bonarum amplissima. ad eas laudes decertandas uenisse dicunt uiri nobiles igenio atq; lingua præstabili

Artemisia. Mausolus.

Satrapes.

Theopõpus: Theodectes: Naucrites. sunt etiã qui Isocratem ipsum cũ iis certauisse memoriæ mandauerint. sed eo certamine uicisse Theopõpũ iudicatũ est. is fuit Isocratis discipulus. extat nũc quoq; Theodecti tragœdia: quæ inscribitur Mausolus: in qua eũ magis ꝙ in ꝓsa placuisse ẽ Higinius in exẽplis refert.

Non purgari neq; leuari peccatũ: quũ prætendit̃ peccatorũ: quæ alii quoq; peccauerũt: similitudo: atq; inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis.

Cap. xix.

Ncessebat quẽpiã Taurus philosophus seuera atq; uehemẽti obiurgatione adolescẽtem a rhetoribus et facundiæ studio: ad disciplinas philosophiæ transgressum: ꝙ factũ quiddã ab eo diceret inhoneste et improbe. at ille non ibat inficias fecisse: sed id solitum esse fieri defendebat: turpitudinemq; delicti: exẽplorũ usu: et cõsuetudinis uenia deprecabatur. atq; ibi taurus isto ipso defensionis genere irritatior: homo inquit stulte et nihili: si te a malis exẽplis auctoritates et rationes philosophiæ nõ abducũt: ne illius quidẽ Demosthenis uestri sẽtẽtia tibi in mẽtẽ uenit? quæ (quia lepidis: et uenustis uocũ modis uincta est.) quasi quædã cãtilena rhetorica facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nã si me inquit nõ fallit: quod quidẽ in priori pueritia legeri: uerba hæc sunt Demostenis aduersus eũ: q (ut tu nũc facis) peccatũ suũ: peccatis alienis exẽptũ: purgatũq; ibat.

συ δε μη λεγε ως γεγονεν ουτω πολλακισ. αλλ᾽ ως αυτο προσηκει γιγνεσθαι. ου γαρ ει τι πωποτε. μη κατα

τοὺσ νόμουσ ἐπάρχθη·συ δε τουτο ἐμιμήσω·διατουτο ἀποφυγοισ ἀν δικαίωσ·ἀλλαπολλω μαλλον·ἀλισλοιο ωσπερ γὰρ εἴτισ ἑαλω·συτα υτα ουκ ἀν ἐγραψασ ουτωσ ἀν συ νυν ἀλωσ·ἀλλοσ ου γραφει. id eſt uerũ ne dicas ſic eſſe actum ſæpenumero:ſed hoc fieri ſic decere. Nõ em̃ ſiquid aliquãdo cõtra leges actũ id eſt tuq; id ſecutus es propterea iure queas euadere:quin immo eo magis iccirco inte debeat ſtatui:ut em̃ ſi prius in aliquẽ foret adnimaduerſum:tu minime hæc ſcriberes:ita ſi ipſe in præſentia pugnieris:nequaq; deinceps alius ſcribet. Sic Taurus oĩm ſuaſionũ:admonitionũq; gñe utẽs ſectatores ſuos ad ratiões bonæ inculpatæq; indolis ducebat.

Quid ſit rogatio.quid lex:qd plebiſcitũ: quid priuilegium: & quantum omnia iſta differant.

Cap.xx.



QVæri audio qd lex ſit qq:plæbiſcitũ:qd rogatio:quid priuilegiũ. Atteius Capito.publici priuatiq; iuris pitiſſimus. qd lex eſſet hiſce uerbis definiuit. Lex inqt eſt generale iuſſum populi:aut plæbis rogante magiſtratu. Ea definitio ſi probe facta eſt neq; de imperio Cn. Pompeiĳ:neq; de reditu. M. Ciceronis:neq; de cæde P. Clodiĳ quæſtio:neq; alia id genus populi plæbiſue iuſſa leges uocari poſſunt. Non ſunt enim generalia iuſſa:neq; de uniuerſis ciuibus : ſed de ſingulis concepta:quocirca priuilegia potius uocari debent:quia ueteres priua dixerunt:quæ nos ſin

Lex.

Priuilegia.

Priua.

gula dicimus: quo uerbo Lucilius in primo satyrarũ libro usus est. Ab domina thynnia uenientibus priua dabo cephaleãq; carnẽ. Plæbẽ aũt Capito in eadem diffinitione seorsum a populo diuisit: qm̃ in populo omnis pars ciuitatis: omnesq; eius ordines cõtineatur

Plæbs. Plæbs uero ea dicit: i' qua gẽtes ciuiũ patriciæ nõ insunt: Plæbiscitũ igitur est secũdũ eũ Capitonem lex

Plebiscitum. quã plæbes nõ populus accipit: sed totius rei iurisq; siue quũ populus: siue quũ plæbs rogatur: siue quod ad uniuersos pertinet: caput ipsu; et origo: et quasi fons rogatio est. Ista enim oĩa uocabula censentur cõtinenturq; rogationis principali genere: et nomine. nã nisi populus: aut plæbs rogetur: nullũ plæbis aut populi iussum fieri potest. Sed q̃q; hæc ita sunt: in ueteribus tamẽ scriptis nõ magnã uocabulorũ istorũ

rogatio. differantiã esse animaduertimus. nam et plæbiscita & priuilegia translato nomine leges appellauerũt eademq; confuso & indistincto uocabulo rogationes dixerunt. Sallu. quoq; proprietatum in uerbis retinentissimus consuetudini concessit & priuilegium quod de Cn. Pompeij reditu ferebatur: legem appellauit. Verba ex secunda eius historia hæc sunt. Nam syllam consulem reditu eius legem ferentem ex composito tri. ple. C. Herennius prohibuerat.

Quã ob causam. M. Cicero his omnino uerbis nouissime et nouissimus uti obseruatissime uitarit. Cap. xxi.

n On paucis uerbis: quorum frequens usus est nunc: & fuit. M. Ciceronem noluisse uti manifestum: est q ea non probaret: uelut est

nouiſſimus: & nouiſſime. Nam quum & .M. Cato: & Salluſtius: & alii quoqꝫ ætatis eiuſdē uerbo iſto promiſcue uſitati ſint: multi etiam non indocti uiri in libris id ſuis ſcripſerunt: abſtinuiſſe eo tamen tan= ꝗ non latino uidetur. Quoniam q doctiſſimus eorū temporum fuerat: Lælius illo ut nouo & improbo uerbo uti uitauerat: propterea id. M. Varronis ex li= bro de lingua latina ad Ciceronem .vi. demonſtran= dum putaui. Quod extremum inquit dicebatur: eſt dici nouiſſimum cœptum uulgo: quod mea memo= ria: ut Lælius: ſic ſenes alii: ꝙ nimium nouum eſſet uerbum: uitabant. cuius origo: ut a uetere uetuſtius & ueterrimum: ſic a nouo declinatum nouius & nouiſſimum. Nouiſſime Nouiſſimus.

Locus exemptus ex Platonis libro: qui inſcribitur gorgias: de falſæ philoſophiæ probris: quibus philo ſophos temere inceſſiit: qui emolu= menta ueræ: philoſophiæ ignorāt

Cap. xxii.


Lato ueritatis homo amiciſſimus: eiuſqꝫ omnibus exibēdæ promptiſſimus quæ oīno dici poſſint in deſides iſtos igna uoſq; q obtentu philoſophiæ nominis ī utile ociū: et linguæ: uitæq; tenebras ſequūtur ex pſo na q̄dē non graui: neq; idonea: uere tamē ingenueqꝫ dixit. Nam et ſi Callicles: quē dicere hæc facit: ueræ Plato

philosophiæ ignarus:inhonesta:indignaq; in philo
sophos confert:perinde tamen accipienda sunt quæ
dicũtur:ut nos sensim moneri intelligamus:ne ipsi
quoq; culpationes hmõi mereamur:neue inerti ina-
niq; desidia cultum & studiũ philosophi metiamur
Verba ipsa sup hac re Platonis ex libro:qui appella
tur gorgias scripsi:quoniã uertere ea consilium non
fuit:quum ad proprietates eorum nequaq̃ possit
latina oratio aspirare:ac multo minus etiam med.

φιλοσοφια γαρτοι εστιν ω σοκρα-
τεσ χαριεν· εαν τισ αυτου μετριοσ
αψηται εν τη ηλικια εαν δε περαιτε
ρω του δεοντοσ ενδιατριψι. διαφ-
θορα των αντρωπων· εαν γαρ και πα-
νυ ευφυησ η· και πορρω τησ ηλικιασ
φιλοσοφη· αναγκι παντων απειρον
γεγονεναι εσιν· ων χρη εμπειρον ει-
ναι· τον μελλοντα καλον· καγαθον
και ευδοκιμον εσεσθαι ανδρα· και
γαρ των νομων απειροι γιγνονται-
των κατα την πολιν· και τον λογων
οισ δηδει χρωμενον ομιλειν εντο-
ισ συμβολαιοισ τοισ ανθρωποισ
και ιδια και δημοσια: και των ηδο
νων τε· και επιθυμιων των ανθρωπε
ιων· και συλληβδην των ηθων παν
ταπασιν απειροι γιγνονται.
επειδαν ουν ελθωσιν εισ τινα ιδιαι
αν η πολιτικην πραξιν καταγελα-
στοι γιγνονται ωσ· περγε οιμαι

οἱ πολιτικοὶ ἐπειδ' ἀμαυ εις
τασ υμετερασ διατριβασ ἐλθωσι.
και τουσ λογουσ καταγελασ οι ει-
σι. συμβαινει γαρ το τοῦ ευριπιδοῦ
λαμπροσ τεεστι μ εκαστοσ εμ του-
τω: και επὶ του δε πειγεται νεμωμ
τὸ πλειστομ εμερασ τουτω μερο-
σιμ αυτοσ αυτου τυγχαμη βελτι-
στοσ ωμ. ὅπου δ' αμ φαυλοσ η, εμτευ-
θεμ φευγει, και λοιδορει τουτο. το δε-
τερομ επαιμει ευνοια τ εαυτου: ἡ-
γουμεμοσ ουτωσ αυτοσ εαυτομ ε-
παιμειμ. αλλ' οιμαι το ορθοτατομ ε-
στιν. αμφοτερωμ μετασχειμ. φιλο-
σοφιασ μενοσ ομ παιδειασ χαριμ
καλομ μετεχειμ και ουκ αισχρομ
μειρακιω ομτι φιλοσοφειμ. επειδ-
αμ δε ηδη πρεσβυτεροσ ων αμθρω-
ποσ ετι φιλοσοφη καταγελαστου
ω σωκρατεσ το χρημα γιγνεται και
εγωγε ομοιοτατομ πασχω προσ το-
υσ φιλοσοφουμτασ ωσπερ προσ
τουσ ψελλιζομεμουσ και παιζομ-
τασ. οταν μεμ γαρ παιδιομ ιδω ω ε-
τι προσηκει διαλεγεσθαι ουτω ψελ-
λιζομεμομ και παιζον. χαιρωτε. και
χαριεν μοι φαιμεται και ελευθεριομ
και πρεπον τη του παιδιου ηλικια
οταμ δε σαφωσ διαλεγομενου παι-
δαριου ακουσω πικρομ τι μοι δοκει

Χρημα ειμαι · και αμια μου τα ωτα
και μοι δοκει δουλοπρεπες τι ει-
μαι οταμ δε αμδρος ακουςη τις ψελ-
λιζομεμου· η παιζοντα ορα καταγελα
στον φαιμεται και αμανδρον και
πληγων αξιομ· ταυτομ ουκ εγωγε το
πασχω και προς τους φιλοσοφουμ
τας· περι μεω μεν γαρ μειρακιω ορ-
ωμ φιλοσοφιαμ αγαμαι και πρεπειμ
μοι δοκει· και ηγουμαι ελευθερομ τι-
να ειμαι τουτον τομ αμθρωπομ· τον
δε μη φιλοσοφουντα αμελευθερομ-
τι μα ειμαι και ουδεποτε ουδευος
αξιως αμ τα εαυτομ ουτε καλου ουτε
γεμμαιου πραγματος · οταμ δε δη
πρεσβιτερομ ιδω ετι φιλοσοφουμτα
και μη απαλλαττομεμομ πλεγων
εμοι δοκει η δεισθαι ω σοκρατες ου
τος ο αμηρ ο γαρ μυμ ηδη ελεγομ · υ-
παρχει τουτω τω αμθρωπω· καμ πα-
νυ ευφυης η αμαμδρω γεμεσθαι· φευ
γομ τι τα μεσα τες πολεως και τας
αγορας εμ αις εφη ο ποιητης τους
ανδρας αριπρεπεις γιγνεσθαι·
κατα δεδικοτι δε τον λοιπομ βιον
βιωμαι μετα μειρακιωμ εμ γωμια-
τριωμ η τετταρωμ ψιθυριζομτα ελευ-
θερομ δε και μεγα και ικαμομ· μηδε-
ποτε φθεγξασθαι· εγω δε ω σωκρα-
τες προς σε επιεικως εχω και φιλι

κωσ. κι μΔυνεύω ουμ ϖὲ πομθεμαι μυ
μο ϖερο ζηθοσ ϖροσ Τομ αμφίωμα ο
ευριϖιΔου ουϖερ εμμησθημ. και γαρ
εμοι. τοιαυτ αττα επερχεται προς
σε λε γειμοια περε κειμοσ προτομ
αΔελφομ. οτὶ αμελεισ ω σοκρατεσ
ωμ Δει σε επιμελεισθα και φίσιμ
ψιχὲσ ωΔε γεμμαιαμ εχωμ. μειρακιω
Δει τι μἵ Διαϖρεϖεις μορφοματι καὶ
ουταμΔὶκεσ βουλαιου προσθεὶσ
άμ ὸρθῶσ λο γὸμ. ουτε ικοσ αμ καἵϖι
θαμομαμ λαβὸισ ουθυ περ αλλου με
αμικομ βουλὲυμα βουλευσαὶο. καὶ
τοιω φιλε σωκρατεσ και μοι μηΔε-
μαχθεσθησ. ὲυμοια γαρ ερωτησ ηὸυ
και σ χρομ Δοκεισ ὸι ειμαι ουτωσ ε-
χειμ ὼσ εγωσε οιμαι εχὲιμ και τουσ
αλλὸυσ τουσ πορρὼ ἀει φιλοσοφὶ
ὰσ ελαυ μομτασ ὺυμ γαρ ετισ σου-
λαβομε μοσ. ηαλλουο τοῦ ουμ τομ-
τοιουτομ εισ τοΔεσ μωτηριομ απα
γοι φαςκωμα Δὶκειμ μηΔεμα Δικυμ
τα οις θοτὶ ουκ ανεχοισ οοι χρησαιο
σαυτω αλλι λι γεὶωησ αμ καὶχάσμ-
ωο. ουκ εχωμ οτι ειποισ. και ὲισ τό
Δὶκάς τηρὶομ αμαβαο κατηγορου τυ-
χωμ ϖαμυ φαυλου και μοχθηρου. απὸ
θαμοις αμει βουλὸιτο θαματου σοὶ-
τιμάσθαι. και τοι πωσ σοφομ του-

τὸ ἐστὶν ω σοκρατὲσ. ἐιτῖς ἐυφυὴ λα-
βους ατεχνηφωτα εθηκε χειρονα μη-
τε αὐτον ἄυτω διμαμενομ βοήθειμ
μηδ εκςῶςαι εκ τομ μεγισ των κιν-
δυμωμ μητε εαυτομ μετε αλλομ μη
δεμᾶ. υπο δε τομ εχθρωμ περισυ-
λασθαι πασαμ την ουσιαμ. ατεχ-
μως δε ατιμομ ζημ εν τῆ πολεί: τομ
τοίουτομ. ἐιτι και αγροικοτερὸν ει-
ρ̄ησ θαι εξέστι μ επὶ κορρησ τυπτομ
τα μη διδονάι δικην αλλω άγαθε ε-
μοι πειθου παυσαι δε ελεγχον. πρᾶ-
γματον δ᾽ εὐμουσίαμ ασκει κὰι ο-
ποθὲν δοξεις φρονειν. αλλοις τακο-
μψα ταυθ αφεις. ειτε ληρηματα χρη-
φᾶναι ειναί. ει θεφλυαριας: ἐξῶν κενο
ισ ἴνέγκατοικησ εἰς δομοις. ζηλων
ουκ ελεγχόντας. ανδρας τα μίκρὰ
ταυτα: αλλοισ εστι καΐ βιοσ και
δόξα και αλλα πολλὰ αγαθα.

Id eſt Philoſophia ſane o ſocrates res ē elegās: ſi mo
dice quiſpiā ꝑ ætatē attigerit: at ſi ſupra modū tp̄s in
ea cōtriuerit: hoim eſt corruptela. nā ſi qs uel 'amœ-
no ſit acriq; īgenio ultraq; ætatē philoſophet. neceſ
ſum eſt eū rerū oim eſſe imperitū: quarū uſu calleat
op; quiſquis honeſtus probuſq; eſt futurus. Legū enī ci-
uiliū peritia & orōnis uacat quibus in actionibus ac
cōmerciis cū hoibus: tū priuatim tū publice uti cōue-
nit. uoluptatū itē atq; cupiditatū hūanarū & morū
euadūt prorſus īſolētes Quū itaq; in ullā quāpiam

incidunt priuatam:publicamue actionem.habentur deridiculi pinde:ac uiri ciuiles ipsi:ubi uestra adesunt studia:& disputationes irridentur. Accidit iis enim illud Euripidis. Qua in re clarus quisq; est:ad eam properat:& diei partem illi plurimã impertit in qua ipse sese exupet contra in qua stupidior ac nihi li sit:inde effugit:eamq; contemnit. Alteram uero sui beniuolentia commendat:arbitrans ita sese laudare. Sed præstat(sicuti opinor)utriusq; esse participẽ philosophiæ inquã:quoad illius honestas sinit disciplinæ gratia compotem fieri.neq; turpe haberĩ adolescentem philosophari:at quum grandis iã natu philosophatur:ridicula res o Socrates geritur:atq; equidem ita penes philosophantes afficior:ueluti erga balbutientes:ludentesq;. Quum enim puerulũ uideam:cui decorum adhuc est sic linguã balbutientem ac ludẽtem demulceor:resq; mihi quidem festiua & liberalis ui detur pueritiq; ætati congruens. Qd si uolubiliter puerulũ loquentẽ audiam acerba quæpiam res mihi oboritur:& aures meæ molestia afficiuntur:uideturq; nescio quid esse seruile. At si quis uirũ audierit balbutientẽ:aut ludentem uideat: res uidetur & deridenda & puerilis:& deniq; digna uerberibus. Ita equidem afficior sane eorum qui phi losophantur ratione. Vbi enim in adolescẽte philosophiam aspicio:oblector:exosculorq;. & id mihi ui detur perdecere : ingenuum quoq; ac liberalem hunc esse hominem iudico.econtrario si non philosophatur illiberalem & sese nunq; re ulla dignũ uel honesta uel ingenua arbitrantem. Verum quum

ſeniorem iam hominem philoſophantē adhuc necdū
faciētem finem perſentio uerberibus egere commodū
uir ille mihi uidet̃.Q̃d em̃ modo dixi:id homini iſti
accidit.ut & ſi ſit admodum ingenioſus uilis atq;
abiectus efficiatur:quum mediam ciuitatem forūq;
defugiat.In quo poeta inquit uiros excellere.Abdat
ſe uero & uitæ reliquum quū adoleſcentulis tribus
aut quattuor degat:in angulorum aliquo commur-
murans:ingenuum autem quicq̃ magnum dignum
haud unq̃ loquatur.Equidem o Socrates pro mea er
ga te beniuolentia:atq; humanitate uideri mihi ui-
or affici in preſentia.eodē modo quo ʒetus reſpectu
Amphionis apud Euripidem:cuius modo mentionē
feci.Etenim mihi quoq; eiuſmodi quædam tecum ut
fabuler in mentem uenit:qualia cū fratre ille:negle
ctui habes o Socrates ea quæ debes curare animiq;
naturā tui uſq; adeo nobilē puerili quodā ornamen
to cōdecoras.neq; foro ſenatui ue oratiōis q̃cq̃.recte
affers.neq; probabilē:aut cōſentientē ullam rationē
inueniſti:neq; uero pro aliĩs conſilium integrū cepi
ſti.atq; amice Socrates:q̃d ægre ne feras ueli.loquor
em̃ tua cauſa:ſumma cū beniuolentia.An tibi nō tur
pe uideatur ita te gerere:ut ego te habere exiſtimo:
& cæteros qui ultra iuſtū pergant philoſophari:nā
ſiquis te nūc:aut aliū eiuſmodi quemlibet ad carce-
rē rapiat:iniuriam te q̃dem intuliſſe arguēs.qui cul
pa oĩno uaces noſti ne:te minime habiturū quonā te
pacto tuearis? Sed uertigine uexeris ac cōſiliĩ inops
oſcites q̃d dicas:quid agas.In iudicio itē ſuggeſtū cō
ſcēdēs ſi ĩprobus admodū ac nequā aduerſarius tuus

sit:mori de facili queas:si te ille capitali deferat crimine. Verũ quonam pacto Socrates hoc sapiẽtis sit si qua ars aliquẽ præstantẽ ingenio uirũ nacta deteriorem illũ effecerit?qui neq; sibiip si auxilio eẽ possit: periculisq; extremis liberare neq; se:nec aliũ quenq; Sed ab inimicis:bonorũ omniũ facultate spoliari necesse sit:& palam q̃dem infelicem degere liceat eũ (q̃sq; agrestius)uera dicere siquis in genã te pcusserit pœnas nõ det. Sed heus uir bone mihi obtẽpa atq; a redargutionibus istis te abstine:rerũq; elegantia; cole. & ea; sane unde recte sentire uideare:aliis missa faciens ista arguta siue deliramenta:siue nugalia decedat appellare:quibus efficiatur ut domos inanes habites:atq; sequens nõ eos:qui exigua ista repræhẽdũt:sed illos potius a q̃bus & facultates & gloria & bona alia permulta possidentur. Hæc Plato sub persona quidẽ (sicuti dixi)non proba:sed cũ sensu tamen:intelligentiæq; cõmunis fide:& cũ quadam indissimulabili ueritate disseruit. Non de illa scilicet philosophia:quæ uirtutũ omniũ disciplia ẽ:quæq; ĩ publicis simul & priuatis officiis excellit: ciuitatesq; & rẽpub. si nihil phibeat cõstãter et fortiter et pite administrat:s de ista futili atq; puerili meditatiõe argutiarũ nihil ad uitã neq; tuẽdã:neq; ordinãdã pmouẽte:q̃ id genus hoĩes cõsenescũt male feriati:quos philosophos eẽ et uulgus putat et is putabat:ex cuius psona hæc dicta sunt. Philosophia duplex.

Verba ex oratiõe. M. Catõis de mulierũ ueterũ uictu & moribus:atq; inibi q̃d fuerit ius marito ĩ adulterio uxorẽ depræhẽsam necare. Cap. XXIII.

Mulieres abstemiae temetu;

Q Vi de uictu atq; cultu populi Ro. scripserũt mulieres romae atq; in latio aetatem abstemiam egisse: hoc ẽ uino semper (quod temetũ prisca lingua appellabatur) abstinuisse dicunt institutumq; ut cognatis osculum ferrent: repraehẽdendi causa: ut odor indicium faceret si bibissent. Bibere autem solitas ferũt lauream passum: murrinam: & quae id genus epotant: potu dulcia Atq; haec q̃dẽ ijs quibus dixi libris puulgata sunt. Sed. M. Cato nõ solũ existimatas sed mulctatas quoq; a iudice mulieres refert: non minus si uinũ in se: q̃ si probrũ et adulterium admisissent: Verba. M. Catonis adscripsi ex oratione quae inscribitur de dote: in qua id quoq; inscriptũ ẽ. In adulterio uxores depraehẽsas ius fuisse maritis necare. Vir (inquit) quũ diuortiũ facit mulieri iudex pro cẽsore est. Imperiũ quod uidetur habet: siquid peruerse tetreq; factũ est a muliere: mulctatur si uinũ bibit. si cũ alieno uiro pbri q̃d fecit cõdemnatur. De iure autẽ occidẽdi ita scriptũ est. In adulterio uxorẽ: tuã si praehendisses: sine iudicio impune necares. illa te (si adulterares) digito non auderet contingere: neq; ius est.

Die quarto. Die quinto. Die quinte. Die quinti.

Die pristini & die crastini & die quarti & die quinti: qui elegãtius locuti sunt dixisse: nõ ut ea uulgo dicuntur nunc. Cap. xxiiij.

D Ie quarto: & die quinto quod graeci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην. id ẽ quartam & quintam dicunt: ab eruditis quoq; dici audio: & qui aliter dicit pro rudi atq; indocto despicitur. Sed. Marci Tullij aetate ac supra eam: nõ

opinor. ita dixerunt. die quinte. n. & die quinti pro Diuus
aduerbio copulate dictũ est. & secũda in ea syllaba augu
correpta. Diuus etiam Augustus memoriarum uete stus
rum exequentissimus: linguæ latinæ nõ nescius: mũ
ditiarum patris sui in sermonibus sectator: in episto
lis plurifariam significatione ista dierum nõ aliter
usus est. Is autem erit perpetuæ ueterum consuetudi
nis demonstrandæ gratia: uerba solennia prætoris
ponere: qbus more maiorũ ferias cõcipere solet: quæ
appellant cõpitalia, ea uerba hæc sunt, Die noni po
pu. romano quiritibus cõpitalia erũt: quãdo conce
pta fuerint nefas Die noni prætor dicit: nõ die nono
neq; prætor solũ: sed pleraq; omnis uetustas sic lo-
cuta est. Venit ecce illius uersus põponiani in mẽtẽ:
qui ex attellana quæ metui ascribitur, dies hic sextus
quũ nihil egi die quarte moriar fame Suppetit etiã
Celianum illud ex libro historiarum secũdo, Si uis
mihi equitatũ dare: & ipse cũ cætero exercitu me se-
qui die quinti Romæ in capitoliũ curabo tibi cœna
sit cocta. Et historiam autẽ & uerbum hoc sumpsit
Celius ex origine. M. Catonis: in quo ita scriptum ẽ
Igitur dictatorem carthaginẽsium magister equi-
tum monuit Mitte mecum Romam equitatum: die
quinti in capitolio tibi cœna cocta erit, Extremã hu
ius uocis syllabam: cum per e: tũ per i scriptam le-
gi. Nam sane ꝙ consuetum ueteribus fuerat lite-
ris ijs plerunq; uti indifferenter sicuti pristini &
pristine. procliue & procliui: atq; alia item multa
hoc genus uarie dixerũt. Die pristini quoq; eodẽ mo
do dicebãt: qd significabat die pristino: id est priore

quod uulgo pridie dicitur: cõuerso cõpositionis ordine: quasi pristino die Atq; idẽ simili figura die crastini dicebãt: idest crastino die Sacerdotes quoq; populi Romani tunc: quum dicunt in diem tertiu; die perendini dicunt. Sed ut plæriq; die pristini. ita. M. Cato in oratione contra Purium: die proximi dixit. die quarto autẽ. Cn. Martius homo impense doctus: in mimijambis pro eo dixit. quod nudiusquartus nos dicimus in his uersibus.

Nuper die quarto ut recordor: & certe
Aquarum urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit. ut die quarto quidem de præterito dicamus. die quarte aut quarti de futuro.

Telorũ & iaculorũ gladiorumq; uocabula. atq; inibi nauiũ quoq; genera: quæ scripta in ueterum libris reperiuntur. Cap. XXV.

Telorũ nomina — TElorum: iaculorum: gladiorumq; uocabula quæ in historijs ueteribus scripta sunt. Item nauigiorum quoq; genera & nomina libitum forte nobis est sedentibus in rheda conquirere neq; itidem aliarum ineptiarum uacantem stupenteq; animũ occupare. Quæ tũ igiť suppetierant: hæc sunt. hasta: pilũ: phalarica: semiphalarica: soliferrea gesa: lãcea: spari: rumigestri: faces tragulæ: frameæ: mesanculæ: cateiæ: rhumpheæ: scorpius: sibones: silices: uerruta: enses: siccæ: macheræ: spatæ: lingulæ: pugiones: clinaculæ. De lingula quoniam ẽ minus frequens admonendum existimo: lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum: in speciem linguæ factum. cuius meminit Neuius in tragœdia hesiona

Lingula:

uersum Neuij apposui.
Si ne mihi gerere morē uidedr ligua.uerū lingula
Item rhumphea genus teli est thracæ nationis: posi
tumq; hoc uocabulum in.Q.Ennij annali.xiiij.Na Rūphea
uium autem:quas reminisci tūc potuimus:appella Nauiu;
tiones hæ sunt:gauli:coruitæ:caudicæ:longæ:hippa nomina
gines:cercuri:celoces:uel(ut græci dicunt) celetis:lē
bus:oxiæ.remiæculi:actuariæ:quas græci ιστοο
πους uocāt.uel επιταριλασ prosumiæ uel
geseoretæ:uel orioles:cattæ:scaphæ:pontones:nuctu
ciæ:mediæ:phaselli:parones: mioparones: lintres:
caupulica:mareplacidæ:cidarū:ratariæ: catascopiū.
Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallu
stium:qui transfretationem transgressum dixerit et
transgressos qui transfretassent.

Cap.XXVI.

Tinio Pollioni in quadam epistola: quam
a ad plancum scripsit: & quibusdam alijs.
C.Sallustius iniq̄ dignus nota uisus est: q
in primo historiarum;maris transitum:trāsmissum
q nauibus factū transgressum appellauit:cosq; qui
fretū trasmiserāt:quos trāsfretasse dici solitū est trās
gressos dixit.uerba ipsa Sallustij posuit.Itaq; Ser
torius leui presidio relicto in mauritania:nactus ob
scuram noctem æstu secūdo:furtim aut celeritate ui Aliȷ re
tare prœliū in transgressu conatus est.ac deinde in ceptus.
fra ita scripsit.Transgressos omnis recipit mons præ Trans
ceptus a lusitanis.Hoc igitur & minus proprie:& gressus
a nullo graui auctore dictum aiūt.Nam transgres Trans
sus(inquit)& ingressus:a trāsgrediēdo dicūt:idq; gredi

ipsum ab ingressu: & a pedum gradu appellatum est: icciro uerbum transgredi conuenire non putauit neq; uolantibus: neq; serpentibus neq; nauigantibus: sed iis solis qui gradiuntur et pedibus iter emetiuntur: propterea negant apud scriptorem idoneũ: aut nauium transgressum, reperiri posse: aut pro trãsfretatione trãsgressu; . Sed q̄ro ego cur nõ sicuti cursus nauiũ recte dici solent: ita transgressus etiam nauibus factus dici possit: præsertim dum breuitas tam angusti freti quod terrã Affricã Hispaniãq; interfluit elegãtissime trãsgræssionis uocabulo quasi paucorũ graduũ spaciũ definita sit. Qui auctoritatem autẽ requirũt et negant dictũ ingredi transgredi ue in nauigantibus: uolo uti respondeant q̃tũ existimen interesse ingredi atq; ambulare. atqui Cato in libro de re rustica. Fundus inquit eo in loco habendus est: ut et opidũ prope amplũ sit. et mare aut amnis qua naues ambulant. Appetitas porro huiuscemodi translationes: habitasq; esse pro honestamentis orationis Lucretius quoq; testimoniũ in hac eadẽ uoce dixit. In quarto enim libro clamorẽ per arterias et per fauces gradiẽtẽ dicit q̄d est nimio cõfidẽtiusq; illd de nauibus Sallustianũ. Versus Lucretij hi sunt.

Corpoream quoq; em̃ uocem constare fatendum est.
Et sonitũ: quoniam possunt impellere sensus.
Præter radit enim uos fauces sæpe. facitq;
Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Prætere a Sallustius in eodẽ libro: nõ eos solum q̄ na-
Progres- uibus ueherẽtur: sed et scaphas quoq; nantes progres-
sus. sas dicit. uerba ipsa de scaphis posui. Earũ aliæ pau-

lum progressæ:nimio simul et incerto onere:quum pauor corpora agitauerat: deprimebantur.

Historia de populo romano deq; populo punico q pari prope modũ uigore fuerint æmuli.

Cap.xxvij.

i N libris ueteribus memoria extat:q par fuit quondã uigor:et acritudo:ãplitudoq; po.ro atq; pœni:nec imerito existiatũ. Nã cũ aliis q dem populis aut uniuscuiusq; reip. cũ pœnis aũt de oĩm terrarũ imperio decertatũ est. Eius rei specimen est in illo utriusq; populi uerbo factũ quũ. Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Carthaginẽses epistolam:ibi scriptũ fuit:populũ Romanũ misisse ad eos hastam & caduceũ signa duo belli aut pacis:ex quis utrũ uellent eligerẽt:qd eligissent id unũ ut esse missum existimarẽt. Carthaginẽses respõderunt neutrum sese eligere:sed posse qui attulissent:utrũ mallẽt relinquere.qd reliquissent.id sibi pro lecto futurũ. M. Varro autẽ non hastam ipsam:neq; ipsum caduceũ missa dicit:sed duas tesserulas:in qrũ altera caduceũ:in altera simulacra hastæ fuerunt incisa.

De ætatum finibus:pueritiæ:iuuentæ.senectæ ex Tuberonis historia sumptum. Cap.xxix. Pueri.

t Vbero i historiarũ primo scripsit Seruiũ Tulliũ regẽ Populi Romani quũ illas quinq; classes iuniorũ cẽsus faciẽdi gratia institueret:pueros eẽ existimasse:qui minores essent annis septẽdecim: Atq; inde ab anno septimodecimo:q idoneos iam esse reipub. arbitraretur. milites scripsisse. eosq; Iuniores

seniores ad annũ quadragesimum sextum iuniores: supraq; eum annum seniores appellasse. Eam re͂ propterea notaui: ut discrimina: quæ fuerũt indicio: moribusq; maiorũ pueritiæ: iuuentæ: senectæ ex ista censione Seruij Tullij prudentissimi regis nosceretur.

Q͞d particula atq; nõ cõplexiua tãtũ sit: sed uim habeat plusculã uariãq;. Cap. xxix.

Atq;



Tq; particula a grammaticis quidẽ cõiunctio esse dicitur connexiua. Et plærũq; sane coniungit uerba et cõnectit. Sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas nisi in ueterum literarum tractatione: atq; cura exercitatis. Nam pro aduerbio ualet: quum dicimus aliter ego feci atq; tu significat enim aliter q͞ tu. Et gemina si fiat auget: intenditq; rem de qua agitur: ut animaduertimus in. Q. Ennij annalibus: nisi memoria in hoc uersu labor.

atq; atq; Atq; atq; accedit muros Romana iuuentus

Cui significationi contrarium est quod itidem a ueteribus dictũ est. Deq; & præterea pro alio quoq; aduerbio dicitur id est statim. Q͞d in his Virgilij uersibus existimatur obscure et insequenter particula ista posita. Est autem. Sic omnia fatis.

In peius ruere: ac retro sublapsa referri
Non aliter: q͞ qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit: si bracchia forte remisit:
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VNDECIMVS.

De origine uocabuli terræ Italiæ: deq; ea mulcta quæ suprema appellatur deq; eius nominis ratione: ac de lege aretina: et quibus uerbis åtiquitus mulcta minima dici solita sit. Cap. primum



Imæus in historiis: quos oratione græca de rebus populi Romani cōposuit: et. M. Varro in antiquitatibus rerū humanarū: terram italiam de græco uocabulo scripserunt quoniam; boues græca ueteri lingua: ΙΤΑΛΟΙ: idest uituli uocitati sunt: quorum; in italia magna copia fuerit bucetaq; in ea terra gigni pasciq; solita sint compluria. Coniectare autem ob eandem causam possumus: quod italia tunc esset armentosissima. Mulctaq; quæ appellatur suprema instituta in singulos dies. duarum ouium triginta boū pro copia scilicet boum: proq; ouium pœnuria. Sed quum eiusmodi mulcta pecoris: armentiq; a magistratibus dicta erat: adigebantur boues ouesq;: alias precii parui: alias maioris. eaq; res faciebat inæqualem mulctæ pœnitionem. Iccirco postea lege aretina constituti sunt in oues singulas æris deni: in boues æris cēteni. Minima autē mulcta est ouis unius. Suprema mucta est eius numeri: cuius diximus: ultra quam mulctam diceres in dies singulos ius non est. & propterea suprema appellatur. id est summa & maxima. Quando igitur nunc quoq; a magistratibus populo romano more maiorum mulcta dicitur: uel minima uel suprema obseruari solet ut oues genere uirili appellentur atq; ita. M Varro uerba hæc legitima: quibus minima mulcta dice

Italia

Buceta

Vel ateerina

retur:cõcepit.M.Terẽtio:quãdo citatus:neq; respon dit neq; excusatus est:ego ei unũ ouẽ mulctã dico.ac nisi eo genere diceretur:negauerũt iustã uideri mulctã. Vocabulũ autẽ ipm mulctæ idẽ.M. Varro ĩ undeuicesimo:rerũ humanarũ:nõ latinũ: sed sabinum esse dicit.idq; ad suã memoriã mãsisse ait in lingua Samnitiũ:qui sunt a sabinis orti. Sed turba grãmaticorũ nouitia ea κατα ἀντίφρασιν:id est per cõtrariã dictionẽ:ut quædã alia:ita hoc quoq; dici tradiderunt. Quũ aũt usus & mos sermonũ is sit ut ita & nunc loquamur ut plæriq; ueterum locuti sunt: mulctam dixit:& mulcta dicta est. Non esse ab re putaui:notare.q̃.M.Cato aliter dixit.nam in quarto originũ uerba hæc sunt. Imperator noster: siquis extra ordinem depugnatũ iuit ei mulctam facit. Potest autẽ uideri cõsulta elegantia uitasse uerbũ quũ in castris & in exercitu mulcta fieret:nõ in comitio nec ad populum diceretur.

Q̃d elegãtia apud antiquiores:nõ de amœniore ingenio:sed de nitidiore cultu:atq; uictu dicebatur: q̃d in uitio ponebatur. Cap.II.

Elegãs Carmẽ de moribus.

e Legans homo dicebatur cum laude: sed id fere uerbũ ad ætatẽ.M.Catonis uitij nõ laudis fuit. Est nãq; hoc animaduertere: quum in quibusdã alijs:tũ in libro Catonis:qui inscriptus est, carmẽ de moribus.ex quo libro uerba hæc sunt. Auaritiã oĩa uitia habere putabãt:sumptuosus:cupidus:elegãs:uitiosus:irritus qui habebatur: laudabatur: ex quibus uerbis apparet elegãtẽ dictũ antiquitus:non ab ingenij elegãtia.s; qui nimis læto: amœ

noq; cultu uictuq; esset. Postea elegãs repræhendi quidẽ desijt: sed laude nulla dignabatᷣ: nisi cuius elegãtia erat moderatissima. Sic. M. Tullius. L. Crasso et. Q. Scæuolæ: nõ merã elegãtiã sꝫ multa parsimonia mistã laudi dedit. Crassus inqͭ erat parcissimus elegãtiũ. Scæuola parcorũ elegãtissimus. Præterea ex eodẽ libro Catonis: hæc etiã sparsim: & intercise cõmeminimus. Vestiri iquit i foro honeste: mos erat domi qđ satis erat: equos carius q̃ coquos emebant. Poeticæ artis honos nõ erat. Siquis in ea re studebat aut sese ad cõuiuia applicabat: grassator uocabatur. Illa quoq; ex eodẽ libro præclaræ ueritatis sentẽtia est. Nã uita inquit humana prope uti ferrũ est. Ferrũ si exerceas cõterit: si nõ exerceas: tñ rubigo iterficit. Itẽ hoĩes exercẽdo uidemus cõteri. Ri nihil exerceas iertia atq; torpedo plus detrimẽti facit q̈ exercitatio. Ferri natura

Qualis quantaq; sit pro particulæ uarietas. deq; exemplis eius uarietatis. Cap. III.

q Vando ab arbitrijs: negocijsq; ocium est: et mutãdi corpis gratia aut spaciamur: aut uectamur: quærere nõnũq; apud memetipsum soleo res eiusmodi paruas quidẽ minutasq; et hominibus nõ bene eruditis aspernabiles: sed ad ueterum scripta penitus noscẽda: et ad sciẽtiã linguæ latinæ: cũ primis necessarias. uelut est: qđ forte nuper i prænestino recessu uespertina ambulatiõe: solus ambulãs cõsyderabã. Qualis quãtaq; esset particularũ quarũdã in oratiõe latina uarietas: quod genus est: præpositio pro. Aliter eñi dici uidebã põtifices ꝓ collegio decreuisse. Aliter quempiã testem introductũ pro te Propræpositio

stimonio dixisse. Aliter. M. catonem in originũ. iiiq.
Prœliũ factum depugnatũq́ pro castris scripsisse.
Et itẽ in quinto. Vrbes insulasq́; oĩs pro pago Illyrico esse. Aliter etiã dici pro æde Castoris: aliter pro rostris: aliter pro tribunali: aliter pro concione. atq́ aliter tribunũ plæbis pro potestate intercessisse. Sed has omnis dictiones qui aut oĩno similes: & pares: aut usquequaq́; diuersas existimaret: errare arbitrabar. Nã uarietatẽ istã eiusdẽ quidẽ fontis et capitis nõ eiusdẽ tñ eẽ finis putabã. Qđ pfecto facile itelliget: si qs adhibeat ad meditationẽ suã itẽtionẽ et habeat ueteris orõnis usum atq́; notitiam celebriorem.

Quem in modum. Q. Ennius uersus Euripidis æmulatus sit. Cap. IIII.


Vripidis uersus sunt in Hecuba: uerbis sententia: breuitate: insignes: illustresq́ Hecuba est ad Vlyssem dicens.

Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

Id est Auctoritas uero: & si male dicat: tua:
Persuadebit. nã ab inexistimatis proficiscẽs oratio:
Et ab existimatis eadẽ: haud quaq́ tãtundẽ ualet.

Hos uersus. Q. Ennius quum eam tragœdiam uerteret. nõ sane incommode æmulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt.

Hæc tu & si peruerse dices: facile achiuos flexeris.

Nam cũ opulenti loquuntur pariter:atq; ignobiles. Eadem dicta eademq; oratio æqua non æque ualet. Bene ſicuti dixi.Ennius. S; tamẽ ignobiles αμτυ αλοξουμτῶν:id eſt pro eo quod inexiſtimatis. & opulenti αμτιλοκουμτωμ.id eſt pro exiſtimatis ſatiſfacere ſententiæ non uidentur. Nã neq; omnes ignobiles αλὀξουσι.id eſt inæſtimati ſunt:neq; omnes opulenti ευλοξουσι:id eſt exiſtimati ſunt.

De pyrrhonibus philoſophis quædã:deq; academicis ſtrictim notata.deq; inter eos differentia.

Cap.V.

Vos Pyrrhonios philoſophos uocamus:q̃ græco cognomẽto σκεπτικοί:id eſt commẽtãtes appellãtur.Id ferme ſignificat:quaſi quæſtores & conſyderatores.Nihil enim decernunt:nihil cõſtituunt:ſed in quærendo ſemper conſyderandoq; ſunt: quidnam ſit omnium rerũ de quo decerni cõſtituiq; poſſit. Ac ne uidere quoq; plane quicq̃ neq; audire ſeſe putant:ſed ita pati. affici q; quaſi uideant uel audiant:eaq; ipſa quæ affectiones iſtas in ſeſe efficiant: qualia & cuiuſmodi ſint: cõtantur:atq; inſiſtũt. Omniũq; rerũ fidẽ:ueritatẽq; miſtis:cõfuſiſq; ſignis.ueri atq; falſi ita incompræhenſibilẽ uideri aiũt:ut quiſquis hõ eſt:nõ præceps: neq; iudicij ſui prodigus his uti uerbis debeat:quibus auctorẽ philoſophiæ iſtius Pyrrhonẽ uſum eſſe tradũt: ημ μαλλομοντῶσ εχειτο λεη εκειμοσ η ὀυλετερωσ.i.haud magis:ſi ſe hoc:q̃ illo habet modo aut q̃ neutro. Iudicia em̃ rei

Pyrrhonij philoſophi.

b

cuiusq;: & sinceras proprietates negant posse nosci & percipi: idq; ipsum docere atq; ostendere multis modis conantur. Super qua re Phauorinus quoq; subtilissime argutissimeq; decem libros composuit quos πυρρωνίων τρόπων. id est pyrronicorũ modorũ inscribit. Vetus autem quæstio. & a multis scriptoribus græcis tractata an quid & quãtũ inter pyrrhonios: et academicos philosophos intersit Vtriq; enim σκεπτικοὶ ἐφεκτικοὶ ἀπορρετικοὶ: id est commentantes: obligantes: ambigentes: dicuntur: quoniam utriq; nihil affirmant nihilq; cõpræhendi putant. Sed ex omnibus rebus perinde uisa fieri dicunt: quas φαντασίας. id est imaginationes (uisa) appellãt: non ut rerũ ipsarũ natura est: sed affectio animi corporisue est eorum: ad quos ea uisa perueniunt. Itaq; oĩs omnino res quæ sensus hominũ mouent τῶν πρός τι: idest eorũ quæ ad aliquid esse dicunt. Id uerbum significat. Nihil esse quicq̃;. quod ex sese cõstet: nec quod habeat uim propriam: & naturã: sed oĩa prorsum ad aliquid referri: taliaq; uideri esse: qualis sit eorũ species: dum uidẽtur: qualiaq; apud sensus nostros quo peruenerũt creãtur: nõ apud sese unde ꝑfecta sunt. Quum hæc aũt cõsimiliter: tã pyrrhonij dicãt q̃; academici: differre tamen inter sese: & propter alia quædam: & uel maxime propterea existimati sunt: ꝙ academici quidem ipsum illud nihil posse cõpræhendi: quasi cõprehendũt: & nihil posse decerni: quasi decernũt Pyrrhonij ne id quidẽ ullo pacto uideri uerum dicunt: ꝙ nihil esse uerum uidetur.

Qđ mulieres Romæ per Herculem non iurauerint:neq; uiri per castorem. Cap.VI.

I N ueteribus scriptis neq; mulieres romanæ per Herculē deierāt:neq; uiri per Castorē. Sed cur illæ non iurauerūt Herculem obscurum nō est:nam herculano sacrificio abstinēt.cur autem uiri castorem iurantes nō appellauerūt non facile dictu est.Nusq; igit̃ scriptū inuenire ē apud idoneos qdē scriptores:aut me hercules fœminā dicere:aut me castor uirū.Aedepol autem:quod iusiurandū per Pollucē est:& uiro & fœminæ cōmune est. Sed.M.Varro asseuerat antiquissimos uiros:neq; p Castorem neq; per Pollucem deierare solitos:sed id iusiurādum fuisse tantum fœminarū ex initijs eleusinis acceptum.Paulatim tamē inscitia antiquitatis uiros dicere ædepol cœpisse:factūq; esse ita dicendi morem:sed mecastor a uiro dici in nullo uetere scripto inueniri. Hercules. Castor. Pollux Aedepol.

Verbis antiquissimis:relictisq;:et desitis minime utendum. Cap.VII.

V Erbis uti aut nimis absoletis exculcatisq; aut insolentibus nouitatisq; duræ & illepidæ par esse delictum uidetur. Sed molestius quidem culpatiusq; esse arbitror: uerba noua ĩcognita:inaudita dicere:q̃ inuulgata & sordentia. Noua autem uideri dico etiam ea quæ sunt inusitata & desita:tametsi sint uetusta.Est adeo id uitiū plærūq; seræ eruditionis quam græci ογιπαθιαν.i. tardidiscentiam appellant.ut quod nunq̃ didiceris diu ignoraueris:quum id scire aliquādo cœperis ma Noua. Verba.

gnifacias. Quo in loco quũq;: & quacunq; in re dicere: ueluti romæ nobis præsentibus uetus celebratus q; homo in causis sed repentina & quasi tumultuaria doctrina præditus: quum apud præfectum urbis uerba faceret: & dicere uellet inopi quendam: miseroq; uictu uiuere: & furfureum panem esitare uinũ q; eructũ: & fetidũ potare. Hic inq̃t eques romanus apludam edit: & floces bibit. Aspexerunt omnes q̃ aderant alius aliũ: primo tristiores turbato & requirẽte uultu: quidnã illud utriusq; uerbi foret. Post deinde quasi nescio q̃d thusce: aut gallice dixisset uniuersi riserũt. Legerat autem ille apludam ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Idq; a plauto in comœdia si ea (Plauti est) q̃ astraba inscripta est positũ esse. Itẽ floces audierat prisca uoce significare uini fœcẽ e uinaceis expressam: sicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cecliũ in polymenis legerat eaq; sibi duo uerba ad orationũ ornamẽta seruauerat. Alter quoq; a lectionibus: id genus: paucis ἀπειρόκαλος. Id est infinitus & insolens: & ineruditus. quum aduersarius causam differri postularet: inquit succure. Quonãusq; nos bouinator hic demoret̃: atq; id uoce magna ter quaterue ĩclamauit Bouinator. Commurmuratio fieri cœpta est a plærisq;: qui aderant: quasi monstrum uerbi admirantibus. At ille iactans & gestiens. Nõ eñ Luciliũ inquit legistis: qui terginersatorem bouinatorem dicit. Est autem in Lucilii. xi. uersus hic.

Apluda

Floces uini

Fraces olei.

Bouinator

Hic strigosus. bouinatorq; ore improbus duro.

Quid senserit dixeritq;. M. Cato De albino q̃ he

mo Romanus græca oratiõe res romanas uenia sibi ante eius linguæ imperitiæ petita composuit.

Caput.VIII.


Vste uenusteq́ admodũ ropræhendisse dicitur. Au. Albinum. M. Cato. Albinus qui cum. L. Lucullo consul fuit res romanas oratiõe græca scriptitauit. In eius historiæ principio scriptum est ad hãc sententiam. Neminem succensere sibi cõuenire siq́d in his libris parũ cõposite: aut minus eleganter scriptum foret. Nã sum inquit homo romanus natus in latio: græca oratio a nobis alienissima ẽ. Ideoq; ueniã: gratiãq́ malæ existimationis (siquid esset erratum) postulauit: eam quũ legisset. M. Cato. Ne tu inquit Aule nimiũ nugator es: quum maluisti culpam deprecari: q̃ culpa uacare. Nam petere ueniam solemus: aut quũ imprudentes errauimus: aut quũ cõpulsi peccauimus. Tibi (inquit) oro te: quis perpulit: ut id committeres quod priusq̃ faceres: peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Corneliĩ Nepotis de illustribus libris.

Aulus Albinus M. Cato

Historia de legatis Mileti & Demosthene rhetore in libris Critolai reperta. Caput. IX.


Ritolaus scripsit legatos mileto publice rei causa uenisse Athenas: fortasse an dixerit auxilium petendi gratia. Tum qui pro sese: uerba facerent: quos uisum erat aduocasse aduocatos (uti erat mandatum) uerba pro milesiĩs ad populum fecisse. Demosthenem milesiorũ postulatis acriter respõdisse: neq́

Demosthenes.

uel di‐gnatos

mileſios auxilio dignos: neq; ex republica id eſſe contendiſſe. Rē in poſterum diem prolatam: legatos ad Demoſthenem ueniſſe. magnoq; opere oraſſe uti contra ne diceret. Eum pecuniam petiuiſſe. & quantum petiuerat abſtuliſſe. Poſtridie quum res agi denuo cœpta eſſet: Demoſthenē lana multa collū: ceruiceſq; circūuolutū ad populum prodiſſe et dixiſſe ſe συναγχεν id eſt anginam pati. Eo contra mileſios loqui non quire. Tum e populo unum exclamaſſe. Non συμαγχεν id eſt anginā: ꝙ Demoſthenes pateretur ſed αργυραγχεν id eſt argentanginā eſſe. Ipſe ēt Demoſthenes (ut idē Critolaus refert) nō id poſtea cōcelauit: ꝗn gloriæ quoq; ſibi aſſignauit. Nā quū interrogaſſet Ariſtodemū actorē fabularū ꝗ̄tū mercedis uti ageret accepiſſet: et Ariſtodemus talentum reſpondiſſet At ego plus inquit accepi: ut tacerem.

Ariſto‐demus

Quod. C. Gracchus in oratione ſua: hiſtoriam infraſcriptam Demadi rhetori: nō Demoſtheni attribuit uerbaq; ipſius. Cn. Gracchi relata.

Cap. X.

Q Vod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptū eē diximus ſuper Demoſthene: id. C. Gracchus in oratiōe qua legem auferiam diſſuaſit: in Demadem cōtulit uerbis hiſce. Nā uos quirites ſi uelitis ſapiētia: atq; uirtute uti et ſi quæritis: neminem noſtrū inuēietis ſine precio huc ꝓdire. Oēs nos ꝗ uerba facimus: aliqd petimus. Neq; ullius rei cā quiſꝗ̄ ad uos ꝓdit niſi ut aliqd auferat. Ego ipſe: qui tum in ſe eſt. Item hoc quoq; ſuper eadem re dicit.

Lex du‐feria

apud uos uerba facio: uti uectigalia uestra augeatis: quo facilius uestra cõmoda: et rẽp. administrare possitis nõ gratis ꝓ deo. Verũ peto a uobis nõ pecuniam sed bonã existimationẽ: atq; honorẽ. Qui prodeunt dissuasuri: ne hãc legẽ accipiatis: petũt: nõ honorem a uobis: uerũ a Nicomede pecuniã: Qui suadẽt ut accipiatis: ii quoq; petunt nõ a uobis bonã existimationẽ. uerũ a Mithridate rei familiaris suæ precium: et præmiũ. Qui aũt ex eodẽ loco atq; ordine tacẽt ii uel acerrimi sunt. Nã ab oĩbus preciũ accipiũt: et oĩs fallunt. Vos quũ putatis eos ab his rebus remotos eẽ: impertitis bonã existimationẽ. Legationes autẽ a regibus: quũ putant eos sua causa reticere: sumptus atq; pecunias maximas præbent uti: ut in terra græcia. Quo ĩ tẽpore tragœdus gloriæ sibi ducebat: talentũ magnum ob unã fabulã datũ esse: homo eloquentissimus ciuitatis suæ. Demades ei respondisse dicit: Mirũ tibi uidetur si tu eloquendo talentũ quæsisti: Ego ut tacerem: decẽ talenta a rege accipi. Itidẽ nũc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.

Dema des aliĩ. Demosthenes.

Verba. P. Nigidii: quibus differre dicit: mentiri & mendacium dicere.

Cap. XI.

Mentiri Mẽdaci dicere.

VErba sunt hæc ipsa. P. Nigidii hominis in studiis bonarũ artium præcellentis. Quem M. Cicero ingenii doctrinarumq; nomine summe ueritus est. Inter mẽdacium dicere: et mentiri distat. Qui mentitur ipse non fallitur: sed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit: ipse fallitur. Itẽ hoc addidit: qui mentitur inquit fallit quã

tum ipse est. Item hoc quoq; super eadem re dicit. Vir bonus inquit p̄stare debet ne mentiatur. Prudēs ne mendacium dicat. Alterum incidit in hominem: alterū non. Varie me hercle: & lepide Nigidius tot sententias in eandem rem quasi: aliud atq; aliud diceret: disparauit.

Quod Chrysippus philosophus omne uerbum ambiguum dubiumq; esse dicit. Diodorus cōtra nullum uerbum ambiguum esse putat Cap. XII.

Chrysippus Diodorus Cronus



Hrysippus ait: omne uerbum ambiguum natura esse quoniam ex eodem duo uel plura accipi possunt. Diodorus autem cui Crono cognomentum fuit: Nullum inquit uerbum est ambiguum: nec quisq̄ ambiguū dicit: aut sentit. Nec aliud dici uideri d;: q̄ qd̄ si dicere sentit: is qui dicit. At quū ego inqt aliđ sensi: tu aliđ accepisti obscure magis dictū q̄ ābigue uideri pōt. Ambigui eñ uerbi natura illa eē debuit ut q̄ diceret duo uel plura diceret: Nemo aūt duo uel plura dicit: q̄ se sentit unū dicere.

Quid. T. Castritius de uerbis: deq; sententia quadā. C. Gracchi existimauerit: Q̄dq; esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit. Cap. XIII.



Pud. T. Castritium disciplinæ rhetoricæ doctorem graui atq; firmo iudicio uirum legebatᵗ oratio. C. Gracchi in. P. Popilium. In eius orationis principio collocata uerba sunt accuratius: modulatiusq;: q̄ ueterū oratorum cōsuetudo fert. Ea uerba sicuti dixi: cōposita hæc sūt. Quæ uos cupide p̄

hosce annos appetistis:atq; uoluistis:ea si temere repudiaritis:abesse nõ potest:quin aut olim cupide appetisse:aut nunc temere repudiasse dicamini. Cursus igitur hic:& sonus rotundæ uolubilis sententiæ:eximie nos et unice delectabat. Tanto id magis:ꝙ iam tunc.C.Graccho uiro illustri:et seuero eiusmodi compositionẽ fuisse cordi uidebamus. Sed enim quum eadem ipsa uerba sæpius petentibus nobis lectitarẽtur:admoniti a Cactritio sumus:ut considerarẽmus: quæuis quodue emolumentum eius sententiæ foret. Neq; pateremur ut aures nostræ cadentis apte orationis modis eblanditæ:animum quoq; nobis uoluptate inani perfunderent. Cumq; nos admiratione ista attẽtiores fecisset: Inspicite (iqt) penitus ꝗd efficiãt uerba hæc:dicatq; mihi quæso aliquis uestrũ:an sit ulla huiusce sentẽtiæ aut grauitas:aut gratia? Quæ uos cupide per hosce annos appetistis atq; uoluistis: ea temere si repudiaritis:abesse non potest:quin aut olim cupide appetisse:aut nunc temere repudiasse dicamini. Cui .n. omnium hominum in mentem non uenit:id profecto usu uenire:ut quod cupide appetieris:cupide appetisse:& quod temere repudiaueris: temere repudiasse dicaris. Vt si opinor inquit: ita scriptum esset. Quæ uos per hosce annos appetistis: atq; uoluistis ea nunc si repudiaritis:abesse non potest: quin aut olim cupide appetisse aut nunc temere repudiasse dicamini. Si (inquit) ita diceretur: grauior scilicet solidiorq; fieret sentẽtia:et acciperet aliqd iustæ ĩ audiẽdo expectatiõis. Nũc aũt uerba hæc cupide et temere in ꝗbus

uerbis omne mometũ rei est:nõ inconludẽda sentẽtia tm̃ dicũtur:sed supra quoq; nõdum desyderata ponuntur. Et quæ nasci:oririq; ex ipsa rei conceptione debebã:ante omnino:q̃ res postulat:dicunt̃. Nã qui ita dicit:si hoc feceris:cupide fecisse diceris:re; dicit sensus alicuius ratione collectam & cõfectã. Qui uero ita dicit:si cupide feceris:cupide fecisse diceris:nõ longe secus dicit:atq; si diceret si cupide feceris cupide feceris Hæc ego inq̃t admonui:nõ ut. C. Graccho uitio darẽ. Di.n. mentẽ meliorem mihi:nã si qcq̃ in tam fortis facũdiæ uiro uitiũ:uel erroris esse dici potest:id omne & auctoritas eius exhausit:et uetustas cõsumpsit: Sed uti caueritis ne uos facile perstringeret modulatus aliquis currẽtis facũdiæ sonitus. Atq; ut uim ipsam rerum uirtutẽq; uerborũ prius pensitaretis:& siquidem grauis atq; integra & syncera sententia diceretur tum si ita uideret̃: gressibus quoq; ipsis orationis gestibus plauderetis. Si uero frigidi & leues & futiles sensus in uerba apte:numerosq; posita includerẽtur:nõ esse id secus crederetis:q̃ cum homines insigni deformitate. ad facienda ridicula imitantur histriones:& gestiunt.

Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa uini usum. Cap. xiiii.

Simplicissima suauitate et rei:et orationis. L. Piso frugi usus est in prĩo annali:quũ de Romuli regis uita:ac uictu scriberet. Ea uerba quæ scripsit hæc sunt Eundem Romulum dicunt ad cœnam uocatum ibi non multum bibisse:quia postridie negocium haberet. Ei dicunt. Romule si istuc om

Romuli sobrietas.

nes homines faciant:uinũ uilius sit. Is respondit im mo uero carum:si quantum quisq; uolet bibat.nam ego bibi q̃ʒtum uolui.

De ludibũdo et errabundo:atq; id genus uerborũ productionibus et q̃ Laberius sic amorabundã dixit ut dicitur ludibũda et errabũda. Atq; inibi q̃ Sisenna per huiuscemodi uerbum noua figura usus est.

Caput.xv.



Laberius in lacu auerno mulierem amantem uerbo inusitatius ficto amorabundã dixit. Id uerbum Cesellius uindex in cõmentario lectionũ antiquarum ex figura scriptum dixit:qua ludibunda ridibunda & erra bunda dicitur:ludens et ridens & errans. Terentius autem Scaurus diui Hadriani temporibus:grammaticus uel nobilissimus inter illa quæ de Cesellij erroribus cõposuit:in hoc quoq; uerbo errasse eum scripsit:q̃ idem esse putauerit:ludẽs & ludibũda:errãs et errabunda:ridens & ridibunda. Nam ludibunda inquit et ridibunda & errabunda ea dicitur:quæ ludentem uel ridentẽ uel errantem agit:aut simulat. Sed qua ratione Scaurus adductus sit:ut Cesellium in eo repræhenderet:non hercle reperiebamus. Non est enim dubium quim hæc genere ipso dumtaxat idem significent quid ea demonstrent a quibus producuntur Quid esset autem ludentẽ agere:uel imitari:non intelligere uidere maluimus:q̃ insimulare eum tanq̃ ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cesellij criminantem hoc ab eo præteritũ requirere:qͩ non dixerit

Amorabundus Nomina in bũdus.

an quid & q̃stulum differret a ludibundo ludens: et ridibūdo ridēs: & errabūdo errās: cæteraq; horum similia? An a participialibus uerbis paulū aliquid distaret? & quā omnino uim haberet particula hæc extrema eiusmodi uocabulis addita. Hoc em̄ fuit potius requirendū in istiusmodi figuræ tractatu Sicuti requiri solet in temulento et luculēto et turbulēto: uacua ne et inanis sit istec ꝑductio: cuiusmodi sunt quæ παραγωγας id est deductiones et deriuationes græci dicunt. An extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. Quum repræhensionē aūt illā Scauri notaremus: in memoriam nobis rediit ꝙ Sisenna in quarto historiarū eiusdē figuræ uerbo ita usus est: Populabūdus inquit agros ad oppidum peruenit. Q̃d. s. significat: quū agros popularetur: non ut Scaurus in cōsimilibus uerbis ait: cū populantem ageret: uel cum imitaretur. Sed inquirentibus nobis quænam ratio & origo esset huiusce modi figuræ: populabundus et lætabundus: & ludibundus: et errabundus: multorumq; aliorum id genus uerborum ευσεβολωσ. i. ingeniose & apte hercle Appollinaris noster sibi uideri ait particulā istam postremam in qua uerba talia exeunt uim: & copiam & quasi abundantiam rei: cuius id uerbum

Lætabū
dus.
Errabū
dus.

esset demonstrare. Vt lætabundus is dicatur: qui abūde lætus sit: & errabundus qui longo atq; abundanti errore sit. Cæteraq; oīa ex ea figura ita dici ostendit: ut productio hæc & extremitas: largam & fluentem uim & copiam declaret.

Q̃d grecorum quorumdam uerborum difficille

ma est in latinam linguã mutatio:uelut quod græce dicitur πολυϖραγμοσυνη

Cap.XVI.



Diecimus sæpe animum ad uocabula rerũ nõ paucissima quæ neq; singulis uerbis:ut a græcis:neq; si maxime pluribus eas res uerbis dicamus:tã dilucide tãq; apte demonstrari latina oratiõe possunt:q̃ græci ea dicũt priuis uocibus. Nuper etiam quum allatus esset ad nos Plutarchi liber:& eius libri indicẽ legissemus qui erat περι πολυϖραγμοσυνησ.i.de negociatione & curiositate. percontanti cuipiã:q & litterarum:& uocum græcarũ expers fuit. Cuiusnã liber:& qua de re scriptus eẽt. Nomẽ qdẽ scriptoris statiz diximus. Rẽ de qua scriptũ fuit dicturi hæsimus. Ac tũ primo:q̃a nõ satis commode opinabar interp̃taturũ esse:si dicerẽ de negociositate:aliud istitui apud me exq̃rere:qd ut dicit̃:uerbũ de uerbo expressumq; eẽt. Nihil erat p̃rsus qd aut meminissem legere me:aut si ẽt uellẽ fingere:qd nõ insigniter asperũ:absurdũ durũq; esset:si ex multitudine & negocio uerbũ unũ cõpingerẽ. Sicuti multiiuga dicimus et multicoloria et multiformia. Sz nõ minus illepide ita diceremus q̃ si iterp̃tari uoce una uelis πολυφιλιαν.i. multorũ amicitiã aut πολυτροπιαν.i.multiplices:ãt uarios mores:ãt πολυσαρκιαν.i.corpulẽtiã. Quãobrẽ quũ diutule tacitus in cogitãdo fuissẽ rñdi tãdẽ nõ uideri mihi significari eã rẽ posse uno nomĩe. Et iccirco iũcta oratione quid uellet græcũ id uerbũ parauerã di-

cere. Ad multas igitur res aggressio: earumq; om-
nium rerum actio πολυπραγμοσυνην in
quã græce dicit̃: de qua hunc librũ compositum esse
inscriptio ista indicat. Tũ ille opicis uerbis meis in-
choatis & inconditis abductus uirtutem quidẽ esse
πολυπραγμοσυνην. Id est curiositatẽ. Hor
tatur inq̃t nos profecto nescio q̃s hic. Plutarchus ad
negocia capessenda: & ad res obeũdas plurimas: cũ
industria & celeritate. Nomenq; ipsius uirtutis de
qua locuturus esset: libro ipsi (sicuti dicis) non incõ
mode præscripsit. Minime inquam uero: neq; enim
ista oĩno uirtus est: cuius græco noĩe argumentũ hoc
libri demõstrat̃. Neq; id q̃d tu opinare: aut ego me
dicere sentio: aut Plutarchus facit. Deterret eñ nos
hoc quidẽ in libro q̃ potest maxime ab auaritia pro
miscuaq; et nõ necessaria rerũ eiuscemodi plurima-
rũ: et cogitatiõe: et petitiõe. Sed inquã tui erroris: cul
pã eẽ intelligo i mea scilicet facũdia: q̃ ne pluribus
q̃dẽ uerbis potueri nõ obscurissime dicere q̃d a græ
cis perfectissime uno uerbo & planissime dicitur.

Quid significat in ueteribus prætorum edictis:
q̃ flumina retanda publice redempta habent.

Caput. XVII.

Dicta ueterũ prætorũ sedẽtibus forte nobis
in bibliotheca tẽpli Traiani: & aliud quid
requirẽtibus: quũ in manus incidissent lege
re: atq; cognoscere libitũ est. Tũ in quodam edicto an
tiquiore ita scriptũ inuenimus. Qui flumina retan-
da publice redẽpta habẽt: si quis eorũ ad me addu-
ctus fuerit: q̃ dicat̃. q̃ eũ ex lege locatiõis facere oper

tuerit: nõ fecisse. Retãda igitur quid esset quærebatur. Dixit ibi quispiã nobiscũ sedens amicus meus in libro se Caij de origine uocabulorũ septimo legisse. Retas uocari arbores: quæ aut ex ripis fluminũ corruerent: aut in alueis eorũ extarent. appellatasque esse a retibus: prætereuntes naues impedirẽt & quasi retinerẽt. Iccirco sese arbitrari: retãda flumina locari solita esse. i. purgãda: nequid aut moræ: aut periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret. Retas Retãda flumia.

Qua pœna Draco atheniẽsis in legibus quas populo Atheniẽsi scripsit: fures afficeret. Et qua postea Solõ: et qua itẽ decẽ uiri nostri: qui .xij. tabulas scripserũt. Atque inibi ascriptũ quod apud ægyptios furta licita & permissa sunt. Apud lacedæmonios aũt cum studio quoque affectata: & pro exercitio utili celebrata. Ac præterea. M. Catonis de puniendis furtis digna memoria sententia. Cap. XVIII.

d Raco atheniensis uir bonus: multaque esse prudẽtia existimatus iurisque diuini: & humani peritus fuit. Is draco leges quibus Athenienses uterentur. primus omnium tulit. in illis legibus furem cuiuscunque modi furti supplicio capitis puniendum esse: & alia pleraque nimis seuere censuit sanxitque. Eius igitur leges: quoniam uidebantur impẽdio acerbiores non decreto iussoque: sed tacito illiteratoque atheniẽsium cõsensu obliteratæ sunt. Postea legibus aliis mitioribus a Solone cõpositis usi sunt. Is Solon ex septem illis inclytis sapientibus fuit. Is sua lege in fures: non ut Draco antea mortis: sed dupli pœna uindicandum existimauit. Decem uiri au- Dracolegislator Furum punitio Solon.

tem nostri qui post reges exactos leges: quibus populus Romanus uteretur: in. xii. tabulis scripserunt. Neque pari seueritate in puniẽdis omnium generũ furibus: neque remissa nimis leuitate usi sunt. Nam furẽ qui manifesto furto præhensus esset: tũ demum occidi permiserunt: si aut quum faceret furtum: nox eẽt aut interdiu se telo quũ præhẽderet: defenderet. Ex cæteris aũt manifestis furibus liberos uerberari: addicique iusserũt ei: cui factum furtũ eẽt. si modo id luci fecissent neque se telo defendissent seruos item furti manifesti præhensos uerberibus affici & ex saxo præcipitari. sed pueros impuberes prætoris arbitratu uerberari uoluerũt noxãque ab his factã sanciri. Ea quoque furta: quæ per lancem: liciumque concepta essent: perinde ac si manifesta forent: uindicauerunt. Sed nunc a lege illa decẽ uirali discessum est. Nam si quis super manifesto furto iure: & ordine experiri uelit: actio in quadruplum datur. Manifestum autem furtum est ut ait Masurius: quod depræhenditur: dum fit faciẽdi finis est quum perlatum est: quo ferri cœperat. Furtim cõcepti item oblati: tripli pœna est. Sed quod sit oblatum: quod cõceptum: & plæraque alia ad eam rem: ex egregiis ueterum moribus accepta neque inutilia cognitu: neque iniucunda: qui legere uolẽt: inuenient. Sabini librum: cui titulus est de furtis. In quo id quoque scriptum est: quod uulgo inopinatum Non hominum tantum neque rerum mouentium: quæ auferri occulte & surripi possunt: sed fundi quoque & ædium fieri furtum Condemnatũ quoque furti colonum: qui fundo quem cõduxerat uẽ

Vel Sarciri.

nobiliore. Imus una & qui tũ aderamus. Prosecutiq; cũ sumus ad domũ: quo pgebat: & cũ eo simul intro gressi sumus. Tum in primis ædibus complexus hominem: congratulatusq; assedit: atq; ibi percontatus est: q̃ diutinum puerperiũ et q̃ laboriosi nixus fuissent Puellamq; defessam labore: ac uigilia somnum capere cognouit: fabulari instituit plixius. Et nihil inquit dubito: quin filiũ lacte suo nutritura sit. Sed cum mater puellæ parcendum esse ei diceret: adhibendasq; puero nutrices: ne ad dolores: quos in enitẽdo tulisset: munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. Oro te (inquit) mulier: sine eam totam integram esse matrẽ filiũ sui. Q͞d ẽ.n. hoc cõtra natura imperfectũ: atq; dimidiatum matris genus? peperisse: ac statim a sese abiecisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid quod nõ uideret: nõ alere suo lacte: quod uideat iam uiuentẽ iam hominem: id matris officia implorãtem. An tu quoq; (inquit) putas naturã fœminis: mamarũ ubera: quasi quosdã uenuslos uenustiores: non liberorũ alendorũ: sed ornãdi pectoris causa dedisse? Sic.n. quod a uobis scilicet abest pleræq; istæ prodigiosæ mulieres: fontẽ illũ sanctissimum corporis generis humani educatorem arefacere & extinguere cũ piculo quoq; auersi corruptiq; lactis laborãt. tanq; pulchritudinis sibi insignia deuenustet. Quod quidẽ faciũt eadem uecordia: quã quibusdã cõmenticiis fraudibus nituntur: ut fœtus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriãtur: ne æquor illud uẽtris irrugetur: ac de grauitate oneris: & labore partus fatiscat. quod quũ sit publica detestatione:

cōmuniq; odio dignū in ipsis hominem primordiis? dū fingitur: dū animatur. inter ipsas artificis naturæ manus interfectum iri: q̄ntulū hinc abest. iam perfectū iam genitū: iam filiū propriū: atq; consueti: atq; cogniti sanguinis alimonia priuare? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur: & uiuat cuius id lacte fiat. Cur igitur iste qui hoc dicit: si in capessendis naturæ sensibus tam obsurduit: non id quoq; nihil interesse putat: cuius in corpore: cuiusq; ex sanguine cōcretus homo: & coalitus sit? An qui aspiritu multo: & calore exalbuit: non idē sanguis est nūc in uberibus q̄ in utero fuit? Nōne hac quoq; in re solertia naturæ euidēs est: q̄ postea q̄ sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit aduētante iā partus tēpore in supernas se partis profert: & ad fouenda uitæ: atq; lucis rudimenta præsto est. & recens natis: notum & familiarem uictu; offert? Quobrem nō frustra creditum est: sicuti ualeat ad fingēdas animi: corporisq; similitudines uis & natura seminis: non secus ad eandem rem: lactis quoq; ingenia & ꝓprietates ualere. Neq; in hominibus id solū: sed ī pecudibus quoq; animaduersum Nam si ouium lacte hædi: aut caprarū agni alerent: constat ferme in his: lanam duriorē: in illis pilum gigni teneriorem. In arboribus etiā: & frugibus maior plærūq; uis: & potestas est ad earū indolē: uel detractandam: uel augēdam: aquarum atq; terrarum quæ alunt. q̄ ipsius quod iacitur seminis. Ac sæpe uideas arborē lætam: et nitentem in locum alium trāspositam deterioris terræ succo deperisse. Quæ ma-

Quanta uis lactis.

lum igitur rõ est uobilitatẽ istã natĩ modo hominis: corpusq; et animũ: bñ ingeminatis primordijs ichoa tum: insitiuo degeneriq; alimẽto lactis alieni corrũ pere? Præsertim si ista: quã ab præbendũ lactũc adhi bebitis: aut serua: aut seruilis: et (ut plærũq; solet) ex ternæ: et barbaræ nationis: si improba: si informis: si impudica: si temulenta ẽ. Nã plærũq; sine discrimie quæcũq; id tẽporis lactãs ẽ: adhiberi solet. Patiemur ne igitur infantẽ hunc nostrum pnicioso cõtagio ins fici: et spiritum ducere in animũ: atq; in corpus suũ: ex corpore et animo deterrimo? Id hercle ipsum est qd sæpenumero miramur: quosdã pudicarum mulie rum liberos parentũ suorũ: neq; corporibus neq; aĩs similes existere. Scite igitur et perite noster Maro q̃ quũ uersus illos Homeri censectaret.

ουκαρα σοι γε πατηρ ην ιπποτα πη λευσ.
ου δε θετισ μητηρ. γλαυκη δε σε τικ τε θαλασσα
πετραι τ' ηλιβατοι. οτι τοι νοοσ εσ τιν απηνησ. id est

Nõ eques ipse pater fuerat tibi mehercule peleus
Non thetis est genitrix: glaucũ te ptulit æquor
Aeriæ et rupes: mens q̃ tibi dura: feroxq; est.

Haud partionẽ solã tanq; illam: quã ille sequebat: sed alitură quoq; feram et sæuã criminatus ẽ. Addit ei hoc de suo: Hircanæq; admorũt ubera tigres. Q̃m uide licet in moribus inolescẽdis magnam fere par tem ingenium altricis et natura lactis tenet. Quæ iã a principio imbuta paterni seminis concretione: ex

matris etiam corpore & animo recentem indolē cō-figurat. Et pter hæc autem: quis illud etiam neglige re: aspernariq; possit: q quæ partus suos deserūt: ab legantq; a sese aliis nutriēdos dedunt: uinculū illud coagulūq; animi atq; amoris: quo parentes cū filiis natura consociat: interscindunt: aut certe quidem di luunt: deterūtq;. Nā ubi īfantis aliorsum dati: facta ex oculis amolitio est: uigor ille maternæ flagrātiæ sensim atq; paulatim restinguit. Omnisq; impatiē tissimæ solicitudinis strepitus cōsilescit. Neq; multo minor amādati ad nutricē aliam filii: q̄ morte amis si obliuio est. Ipsius quoq; infantis affectio animi: amoris: consuetudinis in ea sola unde alitur occupa tur: & perinde ut in expositis usu uenit: matris que genuit: neq; sensum ullū: neq; desideriū capit. Ac p ptera obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elemen tis. q̄cq̄d ita educati liberi amare patrē & matrē ui dent: magnā fere partem: non naturalis ille amor ē: sed ciuilis & opinabilis. Hæc Phauorinū dicentem audiui græca oratione cuius sentētias cōmunis utili tatis gratia: q̄ntū meminisse potui rettuli. Amœnita tes uero & copias ubertatesq; uerborū: latina ois fa cūdia uix quidem indipisci potuerit: mea nequaq̄.

Quod Anneus Seneca iudicans de. Q. Ennio: de q; M. Tullio leui: futiliq; iudicio fuit. Cap. II.

Seneca.



E Anneo Seneca partim existimem: ut de scriptore minime utili. Cuius li bros attingere: nullū precium operæ sit. Quod oratio eius uulgaris uidea tur: & protrita. Res atq; sentētiæ: aut

ut inepto:inaniq; impetu sint:aut ut leui et quasi di caci argutia. Eruditio autem uernacula & plæbeia: nihilq; ex ueterũ scriptis habẽs:neq; gratiæ:neq; di gnitatis. Alij uero elegãtiæ q̃dẽ uerbis parũ esse nõ inficias eunt. Sed & rerũ quas dicat :sententiam do ctrinamq; ei non deesse dicunt:& in uitijs morũ ob iurgandis:seueritatem grauitatemq; non inuenustã. Mihi de omni eius ingenio:deq; omni scripto iudici um cẽsoremq; facere non necessum est. Sed quod de. M. Cicerone & .Qu. Ennio:& .P. Vergilio iudica uit:ea res cuiusmodi sit ad consyderandũ ponemus. In libro enim. xxij. epistolarum moralium:quas ad Lucilium composuit:deridiculos uersus. Q. Enniũ de Cethego antiquo uiro fecisse hos dicit.

Dictis tollis popularibus olim.
Qui quũ uiuebãt homines:atq; æuum agitabant
Flos delibatus populis:& suada medulla.

Ac deinde scribit de ijsdem uersibus uerba hæc. Ad miror eloquentissimos uiros & deditos Ennio ꝓ op timis ridicula laudasse. Cicero certe īter bonos eius uersus:& hos refert. Atq; id ẽt de Cicerone dicit. nõ miror inq̃t fuisse qui hos uersus scriberet:quũ fuerit qui laudaret. Nisi forte Cicero summus orator age bat causam suã & uolebat hos uersus uidere bonos. Postea hoc etiam addidit insulsissime. Apud ipsum quoq; inquit Ciceronem inuenies etiam in prosa ora tione quædam:ex quibus intelligas illum non per0 didisse operam q̃ Ennium legit. Ponit deinde quæ apud Ciceronem repræhendit:quasi enniana:q̃ ita scripserit in libris de rep. ut Menelao laconi quædã

fuit suauiloquens iucunditas. Et quod alio in loco dixerit. Breuiloquētiam in dicendo colat. Atq; ibi nugator homo Ciceronis errores deprecatur. & nō fuit inqt Cicerōis hoc uitiū sed tēporis. Necesse erat hæc dici: quum illa legerentur. Deinde adscribit Ciceronem hæc ipsa interposuisse: ad effugiendā infamiā nimis lasciuæ orationis & nitidæ. De Vergilio quoq; in eodem loco uerba hæc ponit. uergilius quoq; noster non ex alia causa duros quosdam uersus et enormes: & aliquid supra mensurā trahētis interposuit: q ut Ennianus populus agnosceret in nouo carmine antiquitatis aliquid. Sed iam uerborū Senecæ piget. Hæc tamen inepti: & insipidi: & insulsi hominis ioca nō præteribo. Quidam sunt (inquit) tam magni sensus. Q. Ennii: ut licet scripti sint inter hircosos: possunt tn̄ inter unguentatos placere. Et quū repræhendisset uersus quos supra de Cethego posuimus: qui huiuscemodi inquit uersus amant liceat sibi: & eosdem admirari: et Sotherici lectos: dignus sane Seneca uideatur lectione: ac studio adolescētiū: qui honorem coloremq; ueteris orationis Sotheri lectis compararit: quasi minimæ. s. gratiæ & relictis iam contemptisq;. Audias tamen commemorari: ac referri pauca quædam: quæ ipse idem Seneca benedixerit. Quale est illud quod in hominem auarum & auidum & pecuniæ sitientem dixit. Quid enim refert q̄tum habeas? multo illud plus est: quod non habes. Bene hoc sane bene. Sed adolescentium indolem: non tam iuuant quæ benedicta sunt q̄ inficiūt quæ pessime. Multoq; magis si & plura sint: quæ

deteriora sũt. Et quædã ĩ his nõ ꝓενθυμεματε id est commentatione aliqua rei paruæ ac simplicis sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

Lictoris uocabulum quã ratione conceptum ortumq; sit. & super eo diuersæ sententiæ Valgi Rufi: & Tullij Ciceronis liberti acceptæ.

Caput. III.



Algius Ruffus in secundo librorum: quos inscripsit de rebus per epistolam quæsitis: lictorem dicit a ligando appellatum esse ꝙ quum magistratus populi Romani uirgis quẽpiam uerberari iussissent: crura eius: & manus ligari uincirię a uiatore solita sint. Isq; qui ex collegio uiatorũ officium ligandi haberet: lictor sit appellatus utiturq; ad eam rẽ testimonio. M. Tullij: uerbaq; eius refert ex oratiõe. quæ dicta est pro. C. Rabirio. Lictor ĩquit colliga manus Hæc ita Valgius: et nos sane cum illo sentimus. Sed Tyro Tullius. M. Ciceronis libertus lictorẽ uel a lino uel a licio dictum scripsit. Licio enim transuerso quod linium appellatur: qui magistratibus inquit præministrabant: cincti erant. Si quis autem est: qui propter ea putet probabilius esse quod Tyro dixit quoniam prima syllaba in lictore: sicuti in licio producta est: & in eo uerbo quod est ligo correpta est: nihil ad rem istam pertinet. Nam sic a ligando lictor: ut a legendo lector: & a uincendo uictor: & a tuendo tutor: & a struendo structor: productis. quæ corripiebantur uocabulis dicta sunt. Lictor.

Ex.Q.Ennij ſeptimi annalium uerſus quibus depingitur definiturq́ ingeniũ comitaſq́ hominis minoris erga amicũ ſuperiorem. Cap.iiij.

Geminus ſeruilius.

d Eſcriptum.definitumq́ eſt a.Q.Ennio in annali ſeptimo graphicæ admodũ:ſciteq́ ſub hiſtoria Gemini Seruilij uiri nobilis quo ingenio:qua comitate:qua modeſtia:qua fide:qua linguæ parſimonia:qua loquendi opportunitate:q̃ta rerum antiquarum:morũq́ ueterũ:ac nouorũ ſcientia q̃taq́ ſeruandi tuẽdiq́; ſecreti religione. Qualibus deniq́ ad minuendas uitæ moleſtias fomentis: leuamentis ſolatijs amicũ eſſe cõueniat hominis:genere:et fortuna ſuperioris. Eos uero uerſus non minus frequenti:aſſiduoq́ memoratu dignos puto q̃ philoſophorum de officijs decreta. Ad hæc odor quidam uetuſtatis in his uerſibus tam reuerãdus eſt:ſuauitas tam impromiſcua:tamq́ ab omni fuco remota eſt.ut mea quidem ſententia pro antiquis ſacratiſq́; amicitiæ legibus obſeruãdi tenendi:colendiq́; ſint. Quapropter ad ſcribẽdos eos exiſtimaui. Siquis iam ſtatim deſyderaret.

Hocce locutus:uocat.qui cum bene ſæpe libenter
Menſam ſermoneſq́ ſuos rerumq́ ſuarum
Comiter impertit:magna cum lapſa diei
Pars foret:e ſummis rebus paruiſq́; regundis
Parte fuiſſet:de paruis:ſummiſq́ gerendis
Conſilio:induforo:lato:ſanctoq́; ſenatu
Cui res audacter magnas:paruaſq́;:iocumq́
Eloqueret:quæ tincta malis:& quæ bona dicto
Euomeret ſiquid uellet tutoq́ locaret

Quo cum multa uolup: ac gaudia: clamq; palamq;
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus leuis: haud malus: idem
Doctus fidelis: suauis homo: facundus: suoq;
Contentus: atq; beatus. scitus: secunda loquens: in
Tempore commodus: et uerborũ uir paucorũ:
Multa tenens antiqua sepulta et sæpe uetustas
Quæ facit: & mores ueteresq; nouosq; tenentem:
Multorũ ueterum leges diuumq; hominumq;
Prudentem: qui multa loquiue: tacereue posset.

Hũc inter pugnas cõpellat[9] seruilius sic. T. Aelium Scillonẽ dicere solitũ ferunt. Q. Enniũ de semetipso hæc scripsisse picturamq; istam morum & ingenij ipsius. Q. Ennij factam esse.

Sermo Tauri philosophi de modo atq; ratione tolerandi doloris secundum stoicorum decreta.

Caput. V.

Qvum delphos ad pythia: cõuẽtumq; totius ferme græciæ uisendũ p philosophus Taurus iret nosq; ei comites essemus: inq; eo itinere lebadiam uenissemus qđ ẽ oppidũ atticũ in terra Bæotia. Affertur ibi ad Taurũ amicũ eius quẽpiam nobilem in stoica disciplina philosophũ ægra ualitudine oppressum decũbere. Tũc omisso itinere qđ alioquin maturandum erat: et relictis uehiculis: pergit eum propere uidere. Nosq; de more: quem in locũ cũq; iret: secuti sumus. Et ubi ad ædes: in quibus ille ægrotus erat peruenimus. uidemus hominem doloribus: cruciatibusq; allabi: quod græci χωλον: id est laxum intestinũ dicunt: et febri simul adrapida afflictari: gemitusq;

Lebadia

Pergit eum propere videre

ex eo cõpreſſos erũpere:ſpirituſq; et anhelitus e pe-
ctore eius euadere:nõ dolorẽ magis indicãtes:q̃ pu-
gnam aduerſus dolorẽ. Poſt deinde quum Taurus et
medicos accerſiſſet:collocutuſq; de facienda mela eſ-
ſet et eũ ipſum ad retinẽdam patientiam teſtimonio
tolerantiæ(quã uidebat)ꝓhibito:ſtabiliſſet egreſſiq;
deĩde ad uehicula:et ad comites rediremus. Vidiſtis
inquit Taurus non ſane iucundum ſpectaculum:ſed
cognitu tamẽ utile congrediẽtes:cõpugnãteſq; phi-
loſophũ et dolorem. Iacebat uis illa:et natura morbi
q̃d erat ſuũ diſtractionẽ:cruciatũq; membrorũ:facie-
bat contra ratio:& natura animi quo erat æque ſuũ
Perpetiebat̃ et cohibebat:coercebatq; ĩtra ſeſe uiolẽti-
effrenati doloris. Nullos eiulatus nullas complora
tiones:ne ullas quidem uoces indecoras edebat. Si-
gna tamẽ quædam(ſicut uidiſtis)exiſtebãt uirtutis
& corporis de poſſeſſione hominis pugnãtium. Tũ
e ſectatoribus Tauri iuuenis in diſciplinis philoſo-
phiæ non ignarus. Si tanta inquit doloris acerbitas
eſt ut contra uoluntatem contraq; iudiciũ animi ni-
tatur inuitiumq; hominem cogat ad gemendum:cõ-
fitendumq; de malo morbi ſæuiẽtis:cur dolor apud
ſtoicos indifferẽs:eẽ dicit̃ nõ malũ? Cur deinde aut
ſtoicus hõ cohi aliq̃d põt:aut dolor cogere:quũ et do
lorem ſtoici nihil cogere et ſapiẽtẽ nihil cogi poſſe
dicant? Ad ea Taurus uultu iã prope modũ lætio-
re:delectatus enim iam uidebatur illecebra quæſtio-
nis. Si iam amicus inquit hic noſter melius ualeret:
gemitus eiuſmodi neceſſarios a calũnia defendiſſet:
& hanc opinor:tibi quæſtionem diſſoluiſſet: Me

autem ſcis cum ſtoicis nõ bene cõuenire:uel cum ſtoi-
ca potius diſciplina. Eſt enim plæraq; & ſibi et no
bis incongruens ſicut in libro quem ſuper ea re com-
poſuimus declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur:
dicam ego indoctus (ut aiunt) & apertius quæ fuiſ
ſe dicturũ puto ſinuoſius atq; ſolertius: ſiquis nunc
adeſſet ſtoicorum. Noſti enim credo uerbũ illud ue-
tus & peruulgatum ἀμαθέστερον πῶσ
εἰπὲ. καὶ σαφέστερον λέγε. i. idoctius ru-
diuſq; quodam modo loquere & apertius: ac clarius
fare. atq; hinc exorſus de dolore: atq; gemitu ſtoici
ægrotantis ita diſſeruit. Natura inquit omnium re-
rum: quæ nos genuit induit nobis: inoleuitq; in ipſis
ſtatim principiis quibus nati ſumus amorem noſtri:
et charitatem: ita prorſus ut nihil quicq̃ eſſet carius
penſiuſq; nobis: q̃ noſmetipſi: Atq; hoc eſſe funda-
mẽtum rata eſt cõſeruandæ hominum perpetuitatis
ſi unuſquiſq; noſtrũ: ſimulatq;: editus in lucẽ foret:
harum prius rerum ſenſum: affectionemq; caperet
que a ueteribus philoſophis τὰ πρῶτα κατὰ φύ
σιν. ideſt ſecũdum naturam prima appellata ſunt
ut omnibus ſcilicet corporis ſui commodis gauderet
ab in cõmodis oĩbus abhorreret. Poſtea ꝑ incremen-
ta ætatis exorta eſeminibus ſuis ratio eſt: & utendi
conſilii reputatio: & honeſtatis utilitatiſq; uere con
templatio: ſubtiliorq; & exploratior commodorum
delectus: atq; ita præ cæteris omnibus enituit: et præ
fulſit decori & honeſti dignitas. Ac ſi ei retinendæ
obtinendæ ue incommodum extrinſecus aliquod ob-
ſtaret: contẽptũ eſt. Neq; aliud eſſe uere & ſimplici

ter bonũ:nisi honestũ. Aliud quicq̃ malum:nisi qđ
turpe esset existimatum est. Reliqua omnia quæ in
medio forent:ac neq; honesta essent neq; turpia:ne-
q; bona esse:neq; mala decretum est. Productiones
tamen:& relationes suis quæq; momẽtis distinctæ
diuisæq; sunt. Quæ προηγούμενα και α-
ποπροηγουμενα ipsi uocant. Propterea uo
luptas quoq;:& dolor: ꝙ ad finem ipsum bene bea
teq; uiuendi pertinẽt:& in mediis relicta et neq; in
bonis neq; in malis iudicata sunt. Sed enim quoniã
hic primis sensibus doloris uoluptatisq; ante consi-
lii:& rationis exortũ recẽs natus homo imbutus est:
& uoluptati quidem natura cõciliatus. a dolore au-
tẽ quasi a graui quodam inimico abiunctus: aliena
tusq; est iccirco affectiones istas primitus penitusq;
inditas:ratio post addita conuellere:obstirpare:atq;
extinguere uix potest. Pugnat autem cum iis semp:
& exultantes eas opprimit obteritq; & parere sibi
atq; obedire cogit. Itaq; uidistis philosophum ratio
ne decreti sui nixum cum petulãtia morbi dolorisq;
exultantia colluctãtẽ:nihil cedentẽ:nihil cõfitentẽ:
neq; (ut plæriq; dolẽtes solent) eiulantẽ atq; lamen
tantẽ:ac miserũ sese & infelicẽ appellãtẽ sed acres
tantum anhelitus & robustos gemitus edẽtẽ: signa
atq; indicia non uicti neq; oppressi a dolore sed uin
cere eum:atq; opprimere enitentis. Sed haud scio
(inquit) an dicat aliquis ipsum illud:ꝙ pugnat: ꝙ
gemit:si malum dolor non est:cur necesse est geme-
re & pugnare? Quia enim omnia quæ nõ sunt ma-
la:molestia quoq; omni non carẽt:sed sunt plæraq;

noxa quidē magna et pernicie priuata quia nō sunt turpia. Contra naturæ tamē māsuetudinē lenitatēq; opposita sunt & īfesta: per obscurā quādā ipsius naturæ cōsequētiam. Hæc ergo uir sapiens tolerare & contari potest non omnino sensum sui amittere potest αναλγησια. id est indolētia enim atq; ἀπάθεια: id est impassibilitas. non meo tantum (inquit) sed quorūdam etiam ex eadem porticu prudētiorū hominū: sicuti iudicio Panetij grauis atq; docti uiri improbata: abiectaq; est. Sed cur contra uolūtatē suā gemitus facere cogitur philosophus stoicus: quē nihil cogi posse dicūt. nihil sane potest cogi uir sapiens: quum est rationis obtinendæ locus. Quū uero natura cogit: ratio quoq; a natura data cogitur: Quære etiam si uidetur: cur alicuius manu ad oculos suos repēte agitata inuitus cōniueat? Cur fulgente cœlo a luminis iactu: nō sua spōte: et caput & oculos declinet? Cur tonitru uehementius facto sensim pauescat? Cur sternutamētis quatiatur? Cur aut in ardoribus solis æstuet: aut cur in pruinis immanibus obrigescat? Hæc etenim: & plæraq; alia non uoluntas: non cōsilium: nec ratio moderatur: sed naturæ necessitatisq; decreta sunt. Fortitudo autem nō ea est: quæ cōtra naturā mōstri uice nititur: ultraq; modum eius egreditur. aut stupore animi: aut immanitate: aut quadam misera & necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione. Qualem fuisse accepimus ferum quemdam in ludo Cæsaris gladiatorē: qui quum uulnera eius a medicis execabantur: ridere solitus fuit. Sed ea uera: & proba fortitudo

est:qua maiores nostri sciẽtiã esse dixerunt: & rerũ tolerandarũ: & non tolerandarũ. Per quod apparet esse quædã intolerabilia: quibus fortes uiri: aut obeũdis abhorreãt: aut sustinẽdis. Quũ hæc Taurus dixisset: uideretur q; in eãdẽ rem plura etiã dicturus peruentum est ad uehicula: & conscendimus.

Qđ græci ænigma dicũt: latini antiqui scirpos appellauerunt. Cap. VI.

Aenigma Scirpus



Væ græci dĩcũt Aenigmata: hoc genus q̃dẽ ex nostris ueteribus scirpos appellauerũt. Quale est qđ nuper inuenimus ꝑ hercle antiquum perq; lepidum tribus uersibus senariis cõpositum ænigma. quod reliquimus inenarratum ut legentium coniecturas in requirendo acueremus.

Versus hi sunt:

Terminus deus

Semel minus ne: an bis minus sit: non sat scio
An utrumq; eorum: ut quõdam audiui: ipse
Dicier: Ioui regi noluit concedere

Hoc qui nolet diutius apud se quærere. inueniet q̃d sit in. M. Varronis de sermone latino ad Marcellũ secundo libro.

Quam ob causam. Cn. Dolobella pro consul reã mulierẽ ueneficii: cõfitentẽq; ad areo pagitas reiecit Cap. VII.



D. Cn. Dolobellã procõsulari impio prouinciã Asiam obtinẽtẽ: deducta mulier smyrnæa est. Eadem mulier uirum et filiũ eodẽ tẽpore uenenis clãdatis uita interfecerat. atq; id fecisse se confitebatĩ: Dicebatq; ha-

buisse se faciendi causam quoniam ille idē maritus & filius alterum filiū mulieris ex uiro priore genitū adolescentem optimū: & innocentissimū exceptum insidijs occidissent. Idq; ita esse factū controuersia nō erat. Dolobella rettulit ad cōsilium. Nemo quisq; ex cōsilio sententiā ferre in causa tā ancipiti audebat: q & cōfessum ueneficiū: quo maritus et filius necati forent: nō admittendū impunitū uidebatur. & digna tamē pœna in homines sceleratos uindicatū fuisset. Dolobella eam rē athenas ad areopagitas: ut ad iudices grauiores exercitatioresq; reiecit. Areopagitæ cognita causa: accusatorē mulieris: & ipsam quæ accusabatur centesimo anno adesse iussērūt. Sic neq; absolutū mulieris ueneficiū est quod per leges nō licuit: neq; nocēs dānata punitaq; : quæ digna uenia fuit. Scripta hæc historia est in libro Valerij Maximi factorū: dictorūq; memorabiliū. viij. Areopagitarū iudiciū.

Reditiones in gratiā nobiliū uirorū memoratu dignæ. Cap. VIII.



P. Africanus superior: & Ti. Gra. Tib. & C. Gracchorum pater rerum gestarum magnitudine: & honorum atq; uitæ dignitate illustres uiri dissenserunt sæpenumero de repub. et ea siue qua alia re nō amici fuerunt. Ea simultas quum diu mansisset: & solēni die Ioui epulum libaretur. atq; ob id sacrificiū senatus in capitolio epularetur: fors fuit ut apud eādem mēsam duo illi iūcti locarētur. Tūc quasi dijs immortalibus arbitris in cōuiuio: Iouis optimi maximi dextras eorum conducentibus Scipio. Gracchus.

repente amicissimi facti:neq; solum amicitia icepta sed affinitas simul instituta. Nã.P.Scipio filiã uirginẽ habens iã uiro maturã:ibi tũc eodem in loco despõdit eã Tib.Gracco:quem probauerat: elegeratq; exploratissimo iudicij tempore dum inimicus est. Aemilius quoq; lepidus:& Fuluius Flaccus nobili genere:amplissimisq; honoribus:& summo loco in ciuitate præditi odio inter se graui:et simultate diutina cõflictati sunt. Postea populus eos simul censores facit. Atq; illi ubi uoce præconis renunciati sunt: ibidẽ in cãpo statim nõdum dimissa concione ultro uterq;:& pari uolũtate cõiuncti:cõplexiq; sunt. Exq; eo die & in ipsa censura:& postea iugi concordia fidissime:amicissimeq; uixerunt.

Quæ dicatur uocabula ancipitia. Et q honoris quoq; uocabulum ancipiti sẽtẽtia fuerit.

Vocabula ancipitia.



St plurifariã uidere:atq; animaduertere in ueteribus scriptis pleraq; uocabula quæ nunc in sermonibus uulgi unã certamq; rem demonstrẽt:ita fuisse media & in cõi:ut significare & capere possent duas inter sese res cõtrarias:ex quibus quędã satis nota sunt:ut tempestas:ualitudo:facinus:dolus:gratia: industria Hæc eñi fere iam uulgatũ est ancipitia esse & utroq; uersus dici posse. Periculũ etiã & uenenũ:& cõtagium:nõ uti nũc dicuntur:pro malis tantum dicta esse multum exemplorum eiusmodi reperias. Sed honorem quoq; mediam uocem fuisse:& ita appellatũ:ut etiã malus honos diceretur et significaret iniuriam.id profecto rarissimum est.Q.autẽ

Metellus Numidicus in oratiõe quã de triũpho suo dixit:his uerbis usus est. Quã in re quanto uniuersi me unum antestatis:tãto uobis q̃ mihi maiorem iniuriam atq; contumeliam facit quirites. Et quãto probi iniuriam facilius accipiunt q̃ alteri tradunt:tanto ille uobis:q̃ gratiam mihi peiorẽ honorẽ habuit. Nã me iniuriã ferre:uos facere uult quirites ut hic cõquestio:istic uituperatio relinquatur. Honorem inquit peiorẽ uobis habuit q̃ gratiã mihi:cuius uerbi sententia est quã ipse quoq; supra dicit maiore uos affecit iniuria:& contumelia q̃ me. Præter huius autẽ uerbi notionẽ:adscribendã esse hãc sententiam ex oratione. Q. Metelli existimaui:ut definiremus socratis eẽ decretum κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.i.peius eẽ iniuriã facere:q̃ accipere. — Honos malus.

Quod æditimus uerbum latinũ fuit. Cap. X



AEditimus uerbum latinũ est:& uetus ea forma dictũ:qua finitimus:et legitimus. Sed pro eo a plærisq; nunc ædituus dicitur noua & comẽtitia usurpatione quasi a tuẽdis ædibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse propter agrestes quosdam & indomitos certatores.qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. M. Varro in libro secundo:ad Marcellum de latino sermone æditimum dici oportere cẽset magis q̃ æditũm:q alterum sit recenti nouitate fictum:alterũ antiqua origine incorruptum. Leuinius quoq;(ut opinor)in protesilaodomia claustritimũ dixit:qui claustris ianuæ præesset eade; scilicet figura qua æditimũ dici uide — Aeditimus. — Claustritimus

bat:q ædibus pest:In Verrem.M.Tullij in exẽplari bus fidelissimis ita inuẽi scriptũ.Aeditimi custodesq; mature sentiũt.In libris autẽ uulgatis æditui scriptũ est.Põponij fabula attellana est q̃ ita inscripta est æditimus:in qua hic uersus est.

Qui postq̃ tibi appareo:atq; ædítumor ĩ tẽplo tuo.

T.autem Lucretius in carmine suo pro æditutis æditu entes appellat

Onarataq; passim.

Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant
Hospitibus loca quæ complerant æditeuentes.

Errare istos:q spe:& fiducia latendi peccent:cũ latebra peccati ꝑpetua nulla sit.Et super ea re Peregri ni philosophi sermo ex Sophoclis poetæ sententia.

Caput.XI.

Peregrinus philosophus.


Hilosophũ noie peregrinũ cui postea cognomentũ Proteus factũ est:uirũ grauem:atq; cõstantẽ uidimus:quũ athenis essemus:diuersantẽ in quodã tugurio extra urbẽ.Cũq; ad eum frequẽter uentitaremus:multa hercle dicere eum utiliter:& honeste audiuimus.in quibus id fuit qđ præcipuũ auditu meminimus. Virum quidẽ sapientem:non peccaturũ esse dicebat etiã si peccasse eum dij atq; hoies ignoraturi forent. Nõ enim pœnæ aut infamiæ metu uõ esse peccãdum sed iusti:honestiq; studio & officio.Si qui tamẽ non essent tali uel ingenio uel disciplina ꝑditi:uti se ui sua:ac sponte facile a peccãdo tenerẽt.eos ois tũc peccare ꝓcliuius existimabat:quũ latere posse id peccatũ putarẽt:ĩpunitatẽq; ex ea latebra sperarẽt.At si

ſcidnt (inqt) hoies nihil omniũ rerũ diutius poſſe ce-
lari ſuppreſſius: prudentiuſq; peccabitur. Propter-
ea uerſus iſtos Sophoclis prudentiſſimi poetarũ in
ore eſſe habendos dicebat.

ϖροσ ταυ τακρυπτε μηδεν ωσ α-
ϖανθ ορων.
και ϖαντ ακουων ϖαντ αναπτυσ-
σει χρονοσ id eſt

Hic nihil occulte: quando cuncta tuens
Et cuncta audiens: omnia reuelabit dies.

Alius quidam ueterum poetarum: cuius nomen mi-
hi nunc memoriæ non eſt
Veritatem temporis filiam eſſe dixit. Veritas tempo-ris filia

Faceta reſponſio. M. Ciceronis amolietis a ſe cri-
men manifeſti mendacii. Cap. XII.



Aec quoq; diſciplina rhetorica eſt. callide & cũ aſtu res criminoſas citra periculum cõfiteri: ut ſi obiectũ ſit turpe aliqd qđ negare nõ queat: reſpõſione ioculari eludas & rẽ facias riſu magis dignã: q̃ crimine. Sicut feciſſe Ciceronem ſcriptũ eſt: quũ id qđ inficiari nõ poterat: urbano facetoq; dicto diluit. Nam quum emere uellet in palatio domum: & pecuniã in præſens nõ haberet. a. P. Sylla: qui tum reus erat: mutuo ſextertium uicies tacite accepit. Ea res tñ priuſq; emeret ꝑdita & ĩ uulgus exiuit. Obiectũq; ei ẽ ꝙ pecuniã domus emendæ cã a reo accepiſſet. Tũ Cicero inopinata obprobratione ꝑmotus accepiſſe ſe negauit ac domũ quoq; ſe empturum negauit. Atq; adeo inquit: uerum ſit accepiſſe me pecuniam: ſi domũ eme

ro. Sed postea emisset. & hoc mēdaciū i senatū ei ab inimicis obijceret: risit satis: atq; inter ridēdū ἀκοινώνητοι .i. inciuiles incōciliati inqt hoies estis: quū ignoratis: prudentis & cauti patrisfamilias esse qd emere uelit: empturū sese negare ꝑpter cōpetitores emptionis.

Intra calēdas quū dicit: qd significet. Vtrū ante calēdas: an calēdis: an utrūq;. Atq; inibi qd sit i oratiōe. M. Tullij: intra oceanū & intra mōtem Taurū & in quadā epistola: intra modū. Cap. XIII.



VUm Romæ a consulibus iudex extra ordinem datus: pronunciare intra calēdas iussus essem. Apollinarē Sulpitium doctum hominem percōtatus sum: an his uerbis intra calendas ipsæ quoq; calendæ tenerentur. Dixiq; ei me uidelicet datum iudicem: calēdasq; mihi productas: ut intra eū diē ꝑnunciarē. Cur inqt me potius rogas: q̄ ex istis aliquē peritis studiosisq; uiris: quos adhibere in consiliū iudicaturi soletis? Tum illi ita ego respōdi. Si aut de uetere inq̄ iure: aut recepto: aut controuerso: aut ambiguo aut nouo: aut constituto discendū esset: issem plane scitatū ad istos quos dicis. Sed cū uerborū latinorū sentētia: usus ratio explorāda sit: scæuus ꝑfecto: et cæcus aī forē: si quū haberē tui copiā: issē; magis ad aliū, q̄ ad te. Audi igit (inqt) de ratiōe uerbi quid existimē: Sed eo tn̄ pacto: ut id facias: nō qd ego de ꝑprietate disseruero: sed qd in ea re omnium: pluriūue cōsensu obseruari cognoueris. Nō. n. uerborū tantū cōmunē uerae: atq; ꝑpriæ significatiōes lon

giore usu mutantᷓ:sed legumquoq; ipsarũ iussa:con
sensu tacito oblite rantur. Tũ deinde disseruit:me &
plærisq; aliis audiẽtibus in hũc ferme modũ. Quũ
dies (inquit) ita præfinita est:ut iudex in calẽdas ꝓ
nũciet. Occupauit iã hæc oẽs opinio nõ esse dubium
quin ante calendas iure pronũcietᷓ. Et id tantũ ambi
gi uideo quod tu quæras:an calẽdis quoq; iure ꝓnũ
cietur. Ipsum aũt uerbũ sic proculdubio natũ est:atq;
ita sese habet:ut quũ dicitur intra calẽdas: nõ alius Intra calendas.
accipi dies debeat:ꝗ solæ calendæ. Nã tres istæ uoces
intra:citra:ultra quibus certi locorũ fines demonstrã In cis
tur:singularibus apud ueteres syllabis appellaban- uls.
tur:in:cis·uls. Eæ deinde particulæ (quoniam par-
uo:exiguoq; sonitu obscurius promebãtur) addita ẽ
tribus oĩbus eadẽ syllaba:& quod dicebatur:cis tibe
rim:& uls tiberim:dici cœptũ sẽ citra tiberim & ul
tra tiberim:Itẽ qđ erat in:accedẽte eadẽ syllaba intra
factũ ẽ. Sũt ergo hæc oĩa quasi cõtermina iũctis ĩter
se finibus cohærẽtia ĩtra oppidũ:ultra oppidũ:citra
oppidũ:ex ꝗbus ĩtra sicuti dixi ĩ significat. Nã ꝗ di
cit intra oppidũ:intra cubiculum:intra ferias: nõ di
cit aliud ꝗ in oppido·in cubiculo:in feriis Intra calẽ
das igitur:non ante calendas:sed in calendis:id ẽ eo
ipso die quo calendæ sunt. Itaq; secundum uerbi ip
sius rationem qui iussus est intra calendas pronũcia
re nisi calendis ꝓnunciet:contra iussum uocis facit.
Nam si ante id fiat:nõ intra id pronunciat: sed ci-
tra. Nescio autem quo pacto recepta uulgo interpre
tatio est absurdissima:ut intra calendas significare
uideatur etiam citra calendas:& uel ante calendas

nihil enim ferme intereſt. Atq; inſuper dubitatꝰ an
calendis pronunciari poſſit: quando neq; ultra neq;
citra: ſed quod inter hæc mediũ eſt: intra calendas. i.
cõſuetu calẽdis ꝓnunciãdũ ſit. Sed nimirũ conſuetudo uicit:
do qd. quæ quũ omniũ domina rerũ: tũ maxime uerborũ ẽ.
Ea oĩa quũ Appollinaris ſcite perq;: atq; enucleate
diſputauiſſet: tũ ego hæc dixi. Cordi inquã mihi fu
it: priuſq; ad te irẽ q̃rere: explorareq; : quonã modo
ueteres noſtri particula iſta: qua de agitꝰ uſi ſint. at-
q; ita inuenimus Tulliũ in tertia in Verrẽ ſcripſiſſe
Eſt autẽ mõ locus intra oceanũ iam nullus: neq; tã lõ
Intra. ginquus: neq; tã recõditus quo nõ per hæc tẽpora no
ſtrorũ hominũ libido: iniq̃taſq; ꝑuaſerit. intra ocea-
nũ dicit cõtra rationẽ tuã. Non. n. uult (opinor) dice-
re in oceano. Terras. n. demonſtrat oĩs: quæ oceão am
biuntur: ad quas a noſtris hominibus adiri põt: quæ
ſunt citra oceanũ: non in oceano. Neq;. n. uideri põt
inſulas ſignificare neſcio quas quæ penitus eſſe ĩtra
æquora ipſa oceani dicuntur. Tunc Sulpitius Ap-
pollinaris renidens: non nimis hercule inargute (in
quit) nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianũ: ſed Ci-
cero intra oceanum: non ut tu interpretare citra ocea
Oceãus. num dixit. Quid enim poteſt dici citra oceanum eẽ:
quum undiq; oceanus circumſcribat omnis terras: et
ambiat? Nam citra quod eſt: id extra eſt. Qui autem
poteſt intra eſſe dici: quod extra eſt? Sed ſi ex una tã
tum parte orbis oceanus foret citra oceanum eſſe
dici poteſt. uel ante oceanum. Quum uero omnis
terras omnifariam & undiq; uerſum circumfluat:
nihil citra eum eſt: ſed undarum illius ambitu terris

oībus conuallatis: in medio eius sunt oīa quæ intra oras eius inclusa sūt. Sicuti hercle sol nō citra cœlū uertitur: sed in cœlo: et ītra cœlū. Hæc tunc Appollinaris scite: acuteq; dicere uisus est. Sed postea in libro. M. Tullij epistolarū ad Ser. Sulpitiū sic dictū esse inuenimus intra modū et intra calendas dicūt: q dicere citra calēdas uolūt. Verba hæc Ciceronis sunt quæ apposui. Sed tñ qm̄ effugi eius occasionē q forte tasse arbitrarerē: me hanc rē impite nō putare si ppe tuo tacerē: modice hoc faciā: Aut etiā intra modū: ut et illius uolūtati: & meis studijs seruiā. Modice dixerat hoc faciā: id est cum modo æquo & pari. Deinde quasi hoc displiceret: & corrigere id uellet addidit: Aut etiam intra modū: p quod minus sese ostendit id facturum esse q̄ quod fieri modice uideretur i. nō ad ipsum modū: sed retro paululum: & citra modū. In oratione ēt quā pro. P. Sestio scripsit intra mōtē taurū sic dicit: ut nō significet in monte tauro: sed usq; ad mōtē taurum cū ipso monte. Verba sunt ipsius. M. Tullij ex ea quā dixi oratiōe. Antiochum magnum illum maiores nostri magna belli cōtentione: terra mariq; superatū intra mōtē taurū regnare iusserūt. asiā qua illū mulctarunt. Attalo ut is in ea regnaret condonarunt. Intra montē (inquit) taurum regnare iusserunt quod nō perinde est: ut intra cubiculum dicimus: nisi uideri pōt id esse intra mōtem: quod est intra regiones: quæ tauri montis obiectu separantur. Nam sicuti qui intra cubiculum est: is non in cubiculi parietibus: sed intra parietes est: quibus cubiculum includitur. qui tamen ipsi

Intra modum

Modice

quoq; parietes in cubiculo sunt. Itaq; qui regnat intra montē taurū nō solū in mōte tauro regnat: sed in iis etiam regionibus: quae tauro mōte claudūtur. Nūc igitur secūdū istā uerborū. M. Tullii similitudinē: q iubet intra calēdas pronūciare: is & ante calendas et ipsis calendis iure pronūciare pōt. Neq; id fit quasi priuilegio quodā inscite cōsuetudinis: sed certa rationis obseruatione: quum omne tempus: quod calendarum die includitur. intra calendas esse recte dicitur.

Saltē particula quā uim habeat: et quā originem Cap. xiiii.

Saltem



Altē particula: quā haberet principalē significationē: quaeq; uocis istius origo esset: quaerebamus. Ita enim primitus factam esse apparet: ut quae uideatur: sicuti quaedam supplemēta: orationis temere: et incōdite assumptae: Atq; erat qui diceret legisse in grāmaticis cōmētariis. P. Nigidii: saltē ex eo dictū: qđ esset: si aliter. idq; ipm dici solitū p defectionē. Nā plenā esse sentētiā: si aliter nō potest. Sed id nos in iisdē commētariis Nigidii: quū nos (nō opinor) icuriose legissemus nusq; inuenimus. Videntur autē uerba ista: si aliter nō potest: a significatione quidē uoculae huius de qua quaerimus: nō abhorrere. Sed tot uerba tamen in paucissimas literas cludere iprobe cuiusdā subtilitatis ē. Fuit etiā qui diceret homo in libris: atq; in literis assiduus Saltē sibi dictū uideri u media litera extrita Salutem enim ante dictum: quod nos saltem diceremus. Nā quū alia quaedā petita: et nō impetrata sunt: Tum solemus inquit quasi extremū aliquid

petituri:quod negari minime debeat:dicere:hoc sal-tem fieri aut dari:oportere tanq̃ salutẽ postremo pe tẽtes:quã et impetrari certe et obtineri sit æquissimũ. Sed hoc itidẽ nõ illepide quidem fictũ nimis tamẽ esse uidetur commentium. Censuimus igitur ampli us quærendum.

Qđ Sisenna in libris historiarum aduerbiĩ hu iuscemodi sæpe numero usus est celatim:uelita-tim saltuatim. Cap.xv.



Vũ lectitaremus historiam Sisennæ assi due huiuscemodi figuræ aduerbia ĩ ora tione eius animaduertimus:cuiuscemodi sunt hæc:cursim:properatim:celatim:ue litatim:saltuatim:ex quibus duo primo:quæ sũt nos tiora exemplis non indigebant. Reliqua in historia-rum sexto sic scripta sunt. Quã maxime celatim po-terat ĩ insidiis suos disponit. Itẽ alio in loco. Nos una æstate in asia:et græcia literis gesta:iccirco cõtinẽtia mandauimus ne uelitatim aut saltuatim scribendo: lectorum animos impediremus.

Aduer-bia ĩ im

AVLII GELII NOCTIVM ATTI CARVM COMMENTARII LI-BER DECIMVSTERTIVS.

Inquisitio uerborum istoru;. M. Tul lii curiosior quæ sunt in primo an tonianarum libro multa autẽ impẽ dere uidẽtur prætet naturã ẽt præ terq; fatum:tractatumq; an idem duo ista significẽt fatũ atq; natura Caput primum.

Præter naturã. Præter fatum.



M. Cicero in primo antonianarũ ita scriptũ reliquit. Hũc igitur ut sequerer pperaui: quæ præsentes non sunt secuti. Nõ ut pficerẽ aliquid (nec. n. sperabam id: nec præstare poterã) sed ut si quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere uidentur: præter naturam etiã: præterq; fatum) huius diei uocem: testẽ reip. relinquerem: meæ ppetuæ erga se uolũtatis. Præter naturã (ĩquit): præterq; fatũ. At utrũq; idẽ ualere uoluerit. Fatũ atq; naturã: et duas res: αμτεροσ υποκειμενουσ πεπρωμενην· και φισιν. id est p uno subiecto fatum: et naturam posuerit. An uero diuiserit: separaritq;: ut alios casus natura ferre uideatĩ alios fatũ: cõsyderãdũ equidẽ puto. Atq; id maxime requirendũ: qua ratiõe dixerit accidere multa humanitus posse præter fatũ: quãdo sic ratio et ordo: et insuperabilis quædam necessitas fati constituitur: ut omnia intra fatum claudenda sint nisi illud sane Homeri secutus est.

μηκαι υπερ μοῖραν δόμον αιδος εις αφικηαι: id est

Neue obstante domum fato penetrabis auerni.

Nil aũt dubiũ est: quin uiolẽtã et inopinatã mortẽ significauerit: quæ qdẽ põt recte uideri accidere: præter naturam. Sed cur id quoq; genus mortis extra fatum posuerit: neq; operis huius est explorare: neq; temporis. Illud tamẽ nõ prætermitẽdũ est: quod Virgilius quoq; idipsum qd Cicero de fato opinatus ẽ:

quum hoc in quarto libro dixit de Elysa:quæ mortē per uim potita est.

Nam quia nec fato:merita nec morte peribat.

Tanq̃ in faciendo fine uitæ:quæ uiolenta sunt non uidetur e fato uenire. Demosthenis autem uiri prudētia pari atq; facūdia præditi uerba idē fere significantia de natura atq; fato. M.C. secutus uidetur. Ita.n.scriptū est i oratiōe illa egregia:cui titulus est ϖεριςτεφανου.id est ꝑ corona ὁ μεν τοις θονευσι νομιζων μονον γεγεννησται. τον της ειμαρμενης και τον αυτοματον. θανατον ϖεριμενει. ὁ δε και τη ϖατριδι υϖερ του μη ταυτην εϖιδειν δουλευουσαν. αϖοθνησκειν εθελησει.i. Nā q̄ pentibus tm̄ se natū putat: fatalem:atq; spōtis suæ mortē manet. Qui uero etiam patriæ ob id ne in seruitutē redactā illā uideat occumbere præoptabit. Quod Cicero fatum:atq; naturam uidetur dixisse:id multo ante Demosthenes την ϖεϖρωμενην και τον αυτοματον θανατον.i.fatalē:et spontis suæ mortē appellauit αυτοματον.i.suæ spōtis eū θανατον: id est excessus quasi naturalis & fatalis: nulla extrinsecus ui coactus uenit.

Super poetarum Pacuuij:et Accii colloquio familiari:in oppido tarentino. Caput.II.



Vibus ociū & studiū fuit uitas atq; ætates doctorum hominum quærere:& memoriæ tradere:de Marco Pacuuio: et.L. Accio tragicis poetis historiā scripserūt Pacuuius. Accius

huiuscemodi. Quum Pacuuius (inquiũt) grãdi iam ætate: & diutino corporis morbo affectus: tarentum ex urbe Roma cõcessisset: Accius tũc haud paruo iunior: proficiscẽs in asiam: quũ in oppidum uenisset diuertit ad Pacuuium: comiterq; inuitatus plusculisq; ab eo diebus retẽtus: tragœdiã suã: cui Atreus nomen est desyderãti legit. Tũ pacuuium dixisse aiũt: sonora quidẽ esse quæ scripsisset: et grãdia. Sed uideri ea tamẽ sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est (inq̃t Accius) uti dicis. Neq; id sane me pœnitet. Meliora enim fore spero quæ deinceps scribã. Nam quod in pomis est: itidem (inquit) esse aiũt ingenijs: quæ dura et acerba nascunt̃: post fiũt mitia & iucũda. Sed quæ gignunt̃ statim uieta: & mollia atq; a principio sunt uiuida: non matura mox fiunt: sed putria. Relinquendum igitur uisum est ingenio q̃d dies atq; ætas mitificet.

An uocabula hæc necessitudo: & necessitas differenti significatione sint. Cap. III.



Isu prorsus atq; ludo res digna est: quũ plæriq; grammaticorum assueuerant: necessitudinem & necessitatem mutare lõge differreq;. Ideo ꝙ necessitas sit uis quæpiam premẽs & cogens. Necessitudo autem dicatur ius quoddam: & uinculum religiosæ coniunctionis. Idq; unum solitarium significet. Sicut autẽ nihil ꝗcꝗ̃ interest: suauitudo dicas an suauitas sanctitudo an sanctitas: acerbitudo: an acerbitas: acritudo: an (quod Accius ĩ Neoptolemo scripsit) acritas. Ita nihil rationis dici potest: quin necessitudo: & ne

Necessitas.
Necessitudo.

cessitas separentur. Itaque in libris ueterũ uulgo reperias necessitudinem dici pro eo quod necessum est. Sed necessitas sane pro iure officioque obseruantiæ: affinitatisue infrequens est. Quanque qui ob hoc ipsum ius affinitatis familiaritatisue coniuncti sunt: necessarij dicuntur. Repperi tñ in oratione. C. Cæsaris: qua plautia rogationem suasit: necessitatem dictam pro necessitudine. i. iure affinitatis. Verba hæc sunt. Equidem mihi uideor pro nostra necessitate non labore nõ opa nõ industria defuisse. Hoc ego scripsi de utriusque uocabuli indifferentia admonitus forte uerbi istius quum legerem Sempronij Asellionis ueteris scriptoris quartũ ex historia librũ: in quo de. P. Africano Pauli filio ita scriptũ ẽ. Nã se patrẽ suũ audisse dicere. L. Aemyliũ Paulum. Pro nõ nimis bonum imperatorem signis collatis decertare nisi summa necessitudo: aut summa ei occasio data esset.

Olympiadis Alexãdri matris comis: ac prudens ad filium rescriptio. Caput. iiij.


N plærisque monumentis rerum ab Alexandro gestarũ & pauloante in libro M. Varronis qui inscriptus est Orestes: uel de insania: Olympiadem Philippi uxorem festiuissime rescripsisse legimus Alexandro filio. Nam quum ipse ad matrem ita scripsisset Rex Alexãder Iouis Hammonis filius Olympiadi matri salutem dicit. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: Amabo (inquit) mi fili quiescas: neque deferas me neque criminere aduersum Iunonem. Malũ mihi prorsum illa magnum dabit: quum me literis

Olympias.

tuis pellicẽ illi esse cõfiteris. Ea mulieris scite atq; prudentis erga ferocem filiũ comitas sensim: & cõmiter admonuisse eũ uisa deponendã esse opinionẽ uanã: quã ille ingentibus uictoriis: & adulãtiũ blãdimentis: de rebus supra fidem prosperis imbiberat genitum esse sese de Ioue.

De Aristotele: & Theophrasto. & Menedemo philosophis. deq; eleganti uerecũdia Aristotelis successorẽ diatribæ suæ eligentis. Cap. V.

Aristoteles



Ristoteles philosophus annos iã fere natus duos et sexaginta: corpore ægro affectoq;: ac spe: uitaq; tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorũ cohors ad eum accedit orantes obsecrãtesq;: ut ipse deligeret loci sui: atq; magisterii successorẽ. quo post summum eius diem perinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarũ cõplenda: excolendaq;: quibus ab eo imbuti fuissent. Erãt tũc in eius ludo boni multi. Sed præcipue duo Theophrastus & Menedemus. ingenio hi atq; doctrinis cæteros præstabãt. Alter ex insula Lesbo fuit Menedemus autem rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod uellent: quum id sibi foret tempestiuum. Postea breui tempore quũ iidem illi: qui de magistro designãdo petierant: præsentes essent. Vinum ait quod tum biberet: nõ esse id ex ualitudine sua: sed insalubre esse: atq; asperũ: ac propterea queri debere exoticũ: uel rhodiũ aliqđ uel lesbiũ. Id sibi utrũq; ut curarẽt petiuit. Vsurũq; eo dixit qđ sese magis iuuisset: Eũt curãt: inueniũt: afferunt. Tũ Aristoteles rhodium petit: degustat: firmũ (inquit) hercle

Theophrastus.

Menedemus

uinũ & iucundũ. Petit mox Lesbiũ: quo itẽ degustato: utrũq; inq̃t oppido bonũ. Sed ἡδίων ὁ λέσβιος. i. suauius lesbium. Id ubi dixit: nemini fuit dubiũ: quin lepide simul & uerecũde: successorẽ illa uoce sibi nõ uinũ delegisset. Is erat e lesbo Theophrastus: homo suauitate insigni linguæ pariter: atq; uitæ. Itaq; non diu post Aristotele uita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt. Theophrastus

Quid ueteres latini dixerunt quas græci προσῳδίας. i. uocũ moderamẽta appellãt. Et item quod uocabulum barbarismi nõ usurpauerint: neq; romani antiquiores neq; attici. Cap. VI.

¶ Vas græci προσῳδίας i. accentus dicũt eas ueteres docti tũ notas uocum: tum moderamenta: tum accentiunculas: tum uoculationes appellabant. quod nunc autem barbare quẽ loqui dicimus: id uitium sermonis: non barbarũ esse sed rusticum: & cum eo uitio loquentes: rustice loqui dictitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis. Rusticus fit sermo inquit: si aspires perperam. Itaq; id uocabulum quod dicitur uulgo barbarismus: qui ante diui Augusti ætatẽ pure atq; integre locuti sunt: an dixerint nondũ equidem inueni. Prosodiæ. Rustice loqui Barbarismus

Diuersum de natura leonũ dixisse Homerum in carminibus & Herodotum in historiis.

Cap. VII.



Eænas inter omnem uitam semel parere: eoq; uno partu nũq̃ edere plures: q̃ unũ. Herodotus in. iii. historia scriptũ reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt. Leænæ partus Herodotus.

ἡ δὲ λέαινα ἐοῦσα ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον. ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει. ἓν τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου. τουτέστιν ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεύμενος: ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους. ἀμύσσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐξικνέεται καταγράφων πέλας τε δὲ ὁ τόκος ἐστί: καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδέν. id est.

Quum autem animalium acerrimum sit leæna: & audacissimum: semel omnino in uita: & unum parit. Enitendo enim cum fœtu pariter matricem proijcit. Rei uero huiusce causa est: quod quum in matrice manens motitari incipit catulus: motus ille unguiculis præmunitus ferarum longe omnium acutissimis matricem discerpit: tum in maius cōtinuo augescēs multo magis dilaniās prodit: instāte uero iā nixu: prorsum relinquitur eorum integrum & sanum nihil. Homerus autem leones (sic.n. fœminas quoque uirili genere appellat: quod grammatici ἐπίκοινον. idest promiscuum uocant) pluris gignere: atque educare catulos dicit. Versus quibus hoc aperte demonstrat hi sunt.

εἱστήκει ὥστις τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν

ᾧ ῥά τε νήπια ἄγοντι. συναντήσωνται ἐν ὕλῃ

αμαρεσ επακτηρεσ. Id est.
Vtq; leo in silua stabat sua pignora circum.
Cui manus occurset catulos nemus inter argenti
Venatrix accincta uirum.
Item alio in loco idem significat.
πυκμα μάλαστεμαχωμωστελισ η
υγεμειοσ
ωραθυπο σκυκμουσ ελαφηβολοσ
ἁρπασηαμηρ
υλησ εκπυγμησ ὁδεταχμυταιυσ
τεροσ ελθωμ
πολλα δετ αγκε επηλθκ μετ αμερος
ιχμι ερευμων
ειποθεμ εξευροι : μαλάγαραριμυσ
χολοσ αιρει. Id est.
Crebra gemens nimium: tanq; leo uiribus ingens:
Faucibus: absenti uenator si catulum audax
Abripuit denso in saltu: dolet acre: sequensq;
Deinde nemus uersat: scrutans uestigia: siquo
Versa uiri inueniat: coqt illũ bilis amara. Itē alio.
πυκμα μαλαστεμαχωμ ωστελισ
ηυτεμειοσ
ωραθ υπο σκυμμουσ ελαφηβολοσ
αρπασηανηρ
υλησ εκπυκιμησ. Id est.
Crebra gemens nimium: tanq; leo uiribus ingens:
Faucibus: absenti uenator si catulum audax
Abripuit denso in saltu. Ea nos dissentio atq; diuer
sitas quũ agitaret inclytissimi poetarũ: & historico
rũ nobilissimi: placuit libros Aristotelis philosophi

inſpici: quos de animalibus exquiſitiſſime cõpoſuit: in quibus quod ſuper iſta re ſcriptum inuentremus cũ ipſius Ariſtotelis uerbis in his commentarijs ſcriberemus. Verba Ariſtotelis hæc ſunt ex libro de hiſtoria animalium ſexto.

λεων δε οτι μεν οχευει οπισθεν και
εστιν οπισθουρητικον. ειρηται προ-
τερον: οχευει δε και τικτει ου πασ-
αν ωραν. καθ εκαστον μεν τοι ενια-
υτον. τικτει μεν ουν του εαρος: τικ
τει δ ως επι το πολυ δυο. τα μεν τοι
πλειστα εξ. τικτει δε νιοτε και εν ο-
δε λεχθεις μυτος περι τον εκβαλ-
λειν τας υστερας τικτοντα ληρω
δης εστιν. συνεθεθη δε εκ του σπα-
νιους ειναι. τους λεοντας. απορο-
υντος την αιτιαν του τον μυθον συν
θεντος σπανιον γαρ το γενος το
των λεοντων και ουκ εν πολλω γινε
ται τοπω. αλλα της ευρωπης απα-
σης εν τω μεταξυ του αχελωου και
του νεσου ποταμων. τικτει δε και ο
λεων πανυ μικρα ουτως ωστε δι-
μηνα οντα μολις βαδιζειν οι δεν
συρια λεοντες τικτουσι πεντακις.
το πρωτον πεντε. ειτα αει ενι ελαττ
ονα μετα δε ταυτα ουκετι ουδεν
τικτουσιν. αλλα γονοι διατελουσ
ιν. ουκ εχει δε η λεαινα χαιτην αλ-
λο αρρην λεον. βαλλει δε ο λεων τους

κυνωδόντας καλουμένους τεττα-ρας μονους δυο μεν ανωθεν. δυο δε καθοτεν. βαλλει δε εξαμενος ων την ηλικιαν. id est Leonē auersum coire: urinaq; retro reddere dictum iam est. Coit & parit: nō omni tempore: singulis tamē annis uere parit: et magna ex parte geminos. Sed quū plurimos sex catulos: nonnunq; etiam unū. Qđ de leæna fertur: uului cū partu emittere delira fabula est facta ex ea causa: ꝙ rarum genus hoc animalis ē: nec rationem: cur ita esset: cōperire auctor ille fabulæ poterat. Rarū hoc enī est: nec multis nascitur locis: sed Europæ totius ea parte solum: quæ inter acheloum amnē & nesum ē. Parit leæna quoq; adeo paruos ut uix post secundū mensem incipiat ingredi: leones terræ syriæ q̄nquies uitæ pariūt. primū quinq; post uero sub inde pauciores deinde steriles degunt. Caret leæna iuba. maris hæc ꝓpria est dentes eos tantum modo mutat leo qui canini uocanť quattuor duos superius totidemq; inferius. idq; sexto mense ætatis fit.

Vitæ abūdat.

Quod Afranius poeta prudenter & lepide sapientiam filiam esse usus & memoriæ dixit. Cap. VIII.



Ximie hoc atq; uerissime Afranius poeta de gignenda cōparādaq; sapiētia opinatus est: ꝙ eam filiam eē usus & memoriæ dixit: Eo nanq; argumento demonstrat qui sapiens esse rerum humanarū uelit: nō libris solis neq; disciplinis rhetoricis dialecticisq; opus eē: ß oportere eū uersari

Sapientia.

quoq;: exerceriq; in rebus cominus noscẽdis: periclitandisq;. Et ea oĩa acta & euenta firmiter meminisse & perinde sapere: ac cõsulere ex ijs quæ pericula ipsa rerum docuerunt: nõ quæ libri tantum aut magistri per quasdam inanitates uerborum & imaginum: tanq̃ mimo: aut insomnio delectauerint. Versus Afranij sunt in togata: cui sellæ nomen est.

Vsus me genuit: mater peperit memoria.

Sophiam uocant me graij: uos sapientiam. Item uersus est in eãdẽ ferme sententiã Pacuuij: quẽ Macedo philosophus uir bonus: familiaris meus scribi debere censebat pro foribus omniũ templorum. Ego odi homines ignaua opa & philosophica sententia. Nihil enĩ fieri posse indignius: neq; intolerantius dicebat q̃ ꝙ homines ignaui ac desides: operti barba & pallio: mores & emolumẽta philosophiæ in linguæ uerborũq; artes conuerterent: & uitia facũdissime accusarent: intercutibus ipsi uitijs madentes.

Macedo philosophus.

Quid Tullius Tyro in cõmentarijs scripserit de suculis & hyadibus: quæ sunt stellarum uocabula. Cap. IX.



TVllius Tyro. M. Ciceronis alũnus & libertus: adiutorq; in literis studiorũ eius liuit. Is libros cõpluris de usu & ratione linguæ latinæ. item de uarijs atq; promiscuis quæstionibus composuit. In ijs esse præcipui uidentur. quos græco titulo πανδέκτας. id est, ꝓmiscua et omnimoda continentes libros inscripsit: tã q̃ omne rerũ: atq; doctrinarũ genus continentis. Ibi de ijs stellis quæ appellantur suculæ: hoc scriptum ẽ

Tyro

Pandectæ.

Adeo inquit ueteres Romani literas græcas nesciue runt: & rudes græcæ linguæ fuerunt ut stellas: quæ in capite tauri sunt: propterea suculas appellarint: quod eas υάδας græci uocant: tanquam id uerbum latinũ græci uerbi interpretamentũ sit: quia græce ὕες sues latine dicatur. Sed ὑάδας inquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν id est non a suibus: ita ut nostri rupices desputauerũt: sed ab eo quod est ὕω id est pluo appellarũt. Nam & quũ oriunt: & quũ occidũt: tempestates pluuias: largosque hymbres cient Pluere autem græca lingua ὕειν dicitur. Hæc quidem Tyro in pandectis. Sed enim ueteres nostri nõ eousque rupices & agrestes fuerũt: ut stellas hyadas iccirco suculas nominarent quod ὕης latine sues dicantur: sed ut quod græci ὑπὲρ. nos super dicimus quod illi ὕπτιος nos supinus: quod ὑφορβός nos subulcus: quod item illi ὕπνος nos primo sypnus. deide per. y. græce latineque. o. literæ cognationem: somnus. Sic quod ab illis ὑάδες a nobis primo syades deide suculæ appellatæ: Stellæ autem iste nõ in capite tauri sunt: ut Tyro dicit. Nullũ enim uidetur præter eas stellas tauri caput: sed eæ ita circulo: qui zodiacus dicitur sitæ locatæque sunt: ut ex earũ positu species quædam: et simulacrum esse uideatur tauri capitis sicuti cæteræ partes: & reliqua imago tauri confirmata: & quasi depicta est locis. regionibusque earũ stellarũ: quas græci πλειάδας nos uergilias uocamus.

Sucula. Hyades. Somnus

Quid sit sororis ἔτυμον: id est rectam interpretationem dixerit Labeo Antistius: & quid fratris. Nigidius. Caput. X.


Abeo Antistius iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit: & consulentibus de iure publice responsitauit. cæterarum quoque bonarum artiũ nõ expers fuit. Et in grammaticã sese: atque dialecticam: literasque antiquiores: altioresque penetrauerat: latinarumque uocum origines ratiõesque percalluerat. Ea que præcipue scientia ad enodandos plærosque iuris laqueos utebatur: Sunt adeo libri post mortem eius editi: qui posteriores inscribuntur. Quorum librorũ tres cõtinui trigesimusoctauus trigesimusnonus & quadragesimus pleni sunt id genus rerũ ad enarrãdã: & illustrandam linguam latinã conducentiũ. Præterea in libris quos ad prætoris edictũ scripsit multa posuit partim lepide atque argute reperta sicuti hoc est: quod in. iiij. ad edictũ libro scriptũ legimus. Soror (inquit) appellata est: quod quasi seorsum nascitur. separaturque ab ea domo in qua nata est: & in aliam familiam transgreditur. Fratris autem uocabulum. P. Nigidius homo impense doctus nõ minus arguto subtilique ετυμω. i. recto interpretamento interpretatur frater (inquit) est dictus quasi fere alter.

Soror.

Frater

Quem. M. Varroiustum aptumque esse numerũ conuiuarum existimarit. Ac de mensis secundis. & de bellarijs.

Cap. XI.

Cõuiuarum numerus aptus.


Epidissimus liber est. M. Varronis ex satyris menippeis qui iscribitur: Nescis quid uesper serus uehat. in quo disserit de apto cõuiuarũ nũero deque ipsius cõuiuij habitu

cultuq;.Dicit autē conuiuarū numerū incipere opor
tetere a gratiarum numero:& progredi ad musarū
id est proficisci a tribus:& consistere in nouem:ut
quum paucissimi conuiuæ sunt non pauciores sint:
ꝗ̄ tres:quū plurimi non plures ꝗ̄ nouē.Nam mul-
tos inquit esse nō conuenit ꝙ turba plærunq; est tur
bulenta. Et romæ quidem constat:sed athenis nus-
ꝗ̄ aut plures cubant.Ipsum deinde conuiuium con-
stat inquit ex rebus quattuor.Et tum deniq; omni-
bus suis numeris absolutum est si belli homunculi
collecti sunt:si lectus locus:si tempus lectum:si ap-
paratus non neglectus.Nec loquaces autem (inquit)
cōuiuas:nec mutos legere oportet. Quia eloquentia
in foro & apud subsellia.Silentium uero nō in cōui-
uio:sed in cubiculo esse debet.Sermones igitur tem-
poris habendos censet id & non super rebus anxijs:
aut tortuosis:sed iucundos:atq; inuitabiles:& cū qua
dam illecebra:& uoluptate utiles ex quibus ingeni-
um nostrum uenustius fiat et amœnius.Q̄d profecto
(inquit) eueniet:si de id genus rebus ad cōmunem ui
tæ usum pertinentibus cōfabulemur:de quibus in fo-
ro atq; in negocijs agendis loqui nō est ociū.Dominū
autē inquit cōuiuij esse oportet non tam lautum ꝗ̄ si
ne sordibus.Et in conuiuio legi non omnia debēt sed
ea potissimū.quæ simul sint βιωφελῆ.i.uitæ utili
tatibus cōducētia.et delectēt.Neq; nō de secūdis quo-
q; mēsis cuiusmodi eē eas oporteat præcipit.His em̄ Bellaria.
uerbis uti ī.Bellaria inqt ea maxime sūt mellita:quæ
millita nō sunt πεμμασιν.i.placētis et bellarijs
em̄ cū ϖεψει.i.cū panibus secūdæ mensæ societas

infida Quod Varro i hoc loco dixit bellaria nequis forte in ista uocæ hæreat. Significat id uocabulũ omne mensæ secundæ genus. Nã quæ τραγεματα græci: aut πεμματα dixerunt: ea ueteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulcia est inuenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata: dictaq; esse ea liberi bellaria.

bellaria

Tribunos plæbis præhensionem habere: uocationem non habere. Caput. xiiii.

Labonis libertas.



N quadã epistola Ateii Capitonis scriptũ legimus Labeonẽ Antistiũ legum atq; morũ po. Ro. iurisq; ciuilis doctũ apprime fuisse. Sed agitabat inquit hominẽ libertas quædam nimia. & uecors usq; eo: ut diuo Augusto iã principe: et rẽpu. obtinente ratũ tamen: pẽsumq; nihil haberet: nisi qđ iustũ sanctũq; esse in romanis antiquitatibus legisset: ac deinde narrat quid idẽ Labeo per uiatorẽ tri. plæ. uocatũ respõdit: quũ a muliere (inquit) quædã tri. plæ. aduersum eũ aditi Gellianũ ad eũ misissent: ut ueniret: et mulieri respõderet. Iussit eũ q missus erat redire et tribunis dicere ius eos nõ haberet neq; se: neq; aliũ quẽ in causa uocãdi: cũ moribus maiorũ tri. plæ præhẽsionẽ haberẽt: uocationẽ nõ haberẽt. Posse igitur eos uenire et præhẽdi se iubere: sed uocãdi absentẽ ius nõ habere. Quũ hoc in ea Capitonis epistola legissemus id ipsum postea. M. Varronis rerũ humanarũ uno et uigesimo libro enarratius scriptum inuenimus. Verbaq; ipsa super ea re Varronis ascripsimus. In magistratu (inquit) habẽt alii uocationem alii præhen-

sionē aliī neutrū: Vocationē ut cōsules et cæteri q̄ habent iperium. Præhēsionē ut tri.plæ. & aliī qui habēt uiatorē. Neq; uocationē neq; præhēsionē: ut quæstores: et cæteri qui neq; lictorē habēt neq; uiatorem. Qui uocationē habent iīdem præhendere: tenere: abducere possunt. et hæc omnia: siue adsunt quos uocāt siue acciri iusserūt tri.plæ. uocationē habēt nullam. Neq; minus multi imperiti perinde: atq; haberēt ea sunt usi. Nam q̄dā nō modo priuatū sed etiā cōsulē in rostra uocari iusserūt. Ego triūuir uocatus a Porcio tri.plæ. nō iui auctoribus principibus: et uetus ius tenui. Itē tribunus quū essem: uocari neminem iussi: nec uocatū a collega parere inuitū. Huius ergo iuris q̄d. M. Varro tradit: Labeonē arbitror uana tūc fiducia quū priuatus esset uocatū a tribunis nō isse. Quæ malum autē ratio fuit uocātibus nolle obsequi quos confiteare ius habere præhendēdi. Nā q̄ iure præhēdis etiā in uincula duci potest. sed quærētibus nobis quā ob causam tribuni qui haberēt summā cohercendi potestate;: ius uocādi nō habuerint: illud occurrit: q̄ tri.plæ. antiquitus creari uidentur: non iuri dicendo: nec causis q̄relisq; de absentibus noscēdis: sed intercessionibus faciēdis: quibus presentes fuissent ut iniuria quæ coram fieret: arceretur. Ac propterea ius ad se uocandi ademptum: quoniam ut uim fieri uetarent assiduitate eorum: & præsentium oculis opus erat. Tribuni plæbis.

Quod in libris rerū hūanarū. M. Varrōis scriptum est: ædiles: & q̄stores po.ro. in ius: a priuato ad prætorem uocari posse. Cap. xiii.

CVm ex ãgulis: secretisq; librorum: ac magistrorum in mediũ iam hominũ: et in lucem fori prodissem: que situm esse memini ĩ plærisq; romæ stationibus ius publice docẽtiũ aut respondentium: an quæstor po. ro. ad prætorem: in ius uocari posset. Id autem nõ ex ociosa quæstione agitabatur: sed usus forte natæ rei ita erat ut uocandus esset in ius quæstor. Non pauci igitur existimabant: ius uocationis in eũ: prætori non esse: quoniã magistratus po. ro. proculdubio esset. Et neq; uocari: neq; si uenire nollet capi: atq; præhendi: salua ipsius magistratus maiestate posset. Sed ego qui tum assiduus in libris. M. Varronis fui: cum hoc quæri: dubitariq; animaduertissem: ꝑtuli unum et uigesimum rerum humanarum: in quo ita scriptum fuit Qui potestatem neq; uocationis populi uiritim habent: neq; præhensionis: eos magistratus a priuato in ius quoq; uocari est potestas. M. Leuinius ædilis curulis a priuato ad prætorem in ius est eductus. Nunc stipati seruis publicis non modo præhendi nõ possunt: sed etiam ultro summouent populum. Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. Supra autem in in eodem libro. Quæstores neq; uocationem habere neq; præhensionem dicit. Vtraq; igitur libri parte recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt: quæstorq; in ius ad prætorem uocatus est.

Verba ex libro Messallæ auguris quibus docet qui sint minores magistratus: et consulẽ prætorẽq; collegas esse. et quædã alia de auspicijs.

Cap.XIIII.



Omerium quid esset augures popu. romã. qui libros de auspiciis scripserũt istiusmodi sententia definierunt. Pomerium est locus intra agrũ effatum:ꝑ totius urbis circuitum pone muros regionibus certe is determinatus qui facit finem urbani auspicij. Antiquissimum autem pomerium: quod a Romulo institutum est palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomerium pro incrementis reipublicæ aliquoties prolatum est & multos: editosq; colles circumplexum est. Habebat autem ius proferendi pomerij: qui populum romanum agro de hostibus capto auxerat. propterea quesitum est: ac nunc etiam in questione est quam ob causam ex septem urbis montibus: quum cæteri sex intra pomerium sint auentinus solum: quæ pars non longinqua: nec infrequens est: extra pomerium sit. Neq; id. S. Tullius rex: neq; Sylla: qui proferẽdi pomerij titulum quæsiuit: neq; postea diuus Iulius: quum pomerium proferret: intra effatos urbis fines incluserint. Huius Messalla aliquot causas uideri scripsit. Sed præter eas omnis ipse unã probat: ꝙ in eo monte Remus urbis condendæ gratia auspicauerit: auesq; irritas habuerit: superatusq; in auspicio a Romulo sit: Idcirco (inquit) omnes qui pomerium protulerunt: montem istum excluserunt: quasi auibus obscœnis omninosum. Sed de auentino monte prætermitendum non putaui: ꝙ iampri

Pomerium.

Auentinus mõs

dem ego in eligis grãmatici ueteris cõmẽtario offen
di:in quo scriptum erat auentinũ antea sicuti dixi-
mus extra pomerium exclusum. Post auctore diuo
Claudio receptum:et intra pomerii fines obseruatũ
In edicto consulum:quo edicunt. Qui dies comitiis
centuriatis futurus sit scribitur. Ex uetere forma per
petua neq; magistratus minor de cœlo seruasse uelit
Quæri igitur solet:qui sint magistratus minores su
per hac re meis uerbis nil opus fuit:quoniã liber. M.
Messallæ auguris de auspiciis primo:quũ hæc scri
beremus:forte affluit: propter ea ex eo libro uerba
ipsius Messallæ subscripsimus. Patriciorum auspi
cia in duas sunt potestates diuisa. Maxima sunt cõ-
sulum:prætorũ:censorũ. Neq; tamẽ eorum omnium
inter se eadẽ aut eiusdẽ potestatis ideo & collegæ
non sunt cẽsores cõsulũ:aut prætorum. prætores cõ-
sulum sunt. Ideo neq; consules aut p̃tores censoribus
neq; censores cõsulibus:aut prætoribus turbant: aut
retinẽt auspicia. At cẽsores inter se:rursus prætores
cõsulesq; inter se:& uitiãt:& obtinent. prætor et si
collega cõsulis est:neq; prætorẽ:neq; consulem iure
rogare potest:ut quidẽ nos a sup̃ioribus accepimus
aut ante hæc tẽpora seruatũ est. Et ut in cõmentario
xiii. C. Tuditani patet quia imperiũ minus pretor:
maius habet consul. et a minore imperio maius: aut
a maiore collega rogare iure nõ potest: Nos his tem
poribus prætores prætore creante ueterũ auctoritatẽ
sumus secuti:neq; his comitiis i auspicio fuimus. Cẽ
sores æque nõ eodem rogantur auspicio:atq; consu-
les & prætores. Reliquorum magistratuum mino-

ra sunt auspicia. Ideo illi minores: hi maiores magistratus appellantur: Minoribus creãdis magistratibus Tributis: comitiis: magistratus: sed iustius curiata datur lege maiores centuriatis comitiis fiunt. Ex his omnibus uerbis Messallæ manifestum fit & qui sint magistratus minores: & quamobrem minores appellẽtur: Sed et collegam esse prætorem cõsuli docet: q eodem auspicio creantur. Maiora autem dicũtur auspicia habere: quia eorũ auspicia magis rata sunt: q̃ aliorum.

Item uerba eiusdem Messallæ differentis: aliud esse ad populum loqui: aliud cum populo agere. & qui magistratus a quibus auocẽt comitiatum eiusdẽ capituli .xiiii. portio


Dem Messalla in eodem libro de minoribus magistratibus ita scribit. Cõsul ab omnibus magistratibus: & comitiatum & concionem auocare potest. Prætor. & comitiatum: & concionem usquequaq auocare potest: nisi a consule. Minores magistratus nusq̃: nec comitiatum: nec concionem auocare possunt. Ea re: qui eorum primus uocat ad comitiatũ: is recte agit. Quia bifariã cũ populo agi non põt. Nec auocare alius alii posset: si cõcionem habere uellet: uti nec cũ populo agant: q̃uis multi magistratus simul concionem habere possunt. Ex his uerbis Messallæ manifestum est aliud esse cum populo agere. aliud concionem habere. Nã cũ populo agere: est rogare q̃d populũ: ad quod suffragiis suis aut iubeat: aut uetet. Conciõnẽ

Cõpopulo agere Cõcionẽ habere.

autē habere: est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

Humanitatē nō id significare: quod uulgus putat. Sed eo uocabulo ꝗ sinceriter locuti sunt magis ꝓpriæ esse usos. Cap. XV.



Vi uerba latina fecerunt: quiq́ȝ iis ꝓbe usi sunt humanitatē non id esse uoluerunt quod uulgus existimat. Quodq́ȝ a græcis φιλανθρωπία. id est erga hoies amor dicitur: & significat dexteritatem quandam beniuolentiaq́ȝ erga ois hoies permistam. Sed humanitatē appellarūt id ꝓpemodū: qđ græci παιδείαν uocant: nos eruditionē institutionēq́ȝ in nouas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt: appetuntq́ȝ: ii sunt uel maxime humanissimi: huius em̄ sciētiæ cura: & disciplina ex uniuersis animātibus uni homini data est. Iccirco humanitas appellata est. sic igit̄ eo uerbo ueteres esse usos. & cū primis M. Varronē. M. q́ȝ Tulliū oēs ferme libri declarāt. Quāobrē satis habui unū interim exēplum ꝓmere. Itaq́ȝ uerba posui Varronis e libro rerū hūanarū primo: cuius principiū hoc est Praxiteles: qui ꝓpter artificiū egregiū: nemini est paulū modo humaniori ignotus. Humaniori inquit non ita (ut uulgo dicitur) facili & tractabili: & beniuolo: tametsi rudis literarum sit (hoc enim cum sententia nequaq̄ conuenit) sed eruditiori doctioriq́ȝ: qui praxitelē quid fuerit: ex libris & historia cognouerit.

Humanitas.

Quid apud. M. Catonem significēt uerba hæc: inter os & offam. Cap. XVI.



Ratio est Marci Catonis Censorij de aedilibus uitio creatis. Ex ea oratione uerba haec sunt. Nūc ita aiunt in segetibus & in haerbis bona frumēta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audiui inter os atq; offam multa interuenire posse. Verum inter offam atq; haerbam: ibi uero longū interuallū est. Euritius Clarus: qui praefectus urbi: & bis cōsul fuit: uir morum literarūq; ueterum studiosissimus ad Sulpitiū Appollinarem scripsit hominem memoriae nostrae doctissimum: querere sese: & petere: ut sibi rescriberet: quaenam esset eorum uerborum sententia. Tum Appollinaris nobis praesentibus (nam id temporis ego adolescens Romae sectabar eum discendi gratia) rescripsit Claro: ut uiro erudito: breuissime. Vetus esse prouerbium inter os: & offam: idem significans: quod graecus ille παροιμιώδης. id est prouerbio tritus uersus.

Inter os et offam

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. id est Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uersum. Et inueniri uersus uerbis ijsdem: aut paucis syllabis immutatis apud diuersos poetas: temporibus uarijs natos. Cap. XVII.



Ersus est notae uetustatis senarius σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Id est Sapientes tyranni sunt congressu sapientum.

Eum uersum Plato in theeteto Euripidis esse dicit Quod quidem nos admodum miramur. Nam scriptum eũ legimus in tragœdia Sophoclis: quæ inscripta est: αιασ ολοκροσ: idest Aiax locrensis. Prior aũt natus fuit Sophocles. q̃ Euripides. Sed ẽt ille uersus non minus notus γερωμ γεροντας παιδαγωγησω γω. i. Senẽ senex ego te ipsum erudiero. Et ĩ tragœdia sophoclis scriptus e: cui titulus est: φιλοκτητης: id est, Philocteta: & in bacchis Euripidis id quoq; ãiaduertimus apud Eschilum εμ τωπυρφορω προμηθει. id est ĩ ignigero Prometheo. Et apud Euripidem in tragœdia: quæ inscripta est ινω: id est ino: eundẽ esse uersum absq; paucis syllabis. Echilus sic.

σιγωμτε οπουδει. και λεγωτα καιρια. id est.

Tacensq; ubi opus est: & opportuna loquens.

Euripides ita

σιγαμ τε οπουδει. και λεγειμ ασφαλεσ: id est.

Silereq; ubi opus est: & tuto loqui.

Fuit autem Eschillus non breui antiquior.

De genere atq; nominibus familiæ Porciæ.

Cap XVIII.

q Vum ĩ domus Tiberianæ bibliotheca sederemus: ego: & Apollinaris Sulpitius: & aliq̃ quidã mihi aut illi familiares: prolatus forte liber ẽ ita ĩscriptus. Marci Catonis Nepotis. Tũ Catonũ quæri cœptũ est. q̃snã is fuisset. M. Cato Nepos. At familia tibi adolescẽs quispiã (q͂d ex eius sermone cõiectare

potui)nõ abhorrens a literis. Hic(inquit)est.M.Ca
to non cognomẽto Nepos: sed.M.Catonis cẽsorĳ ex
filio Nepos:qui pater fuit.M.Catonis prætorĳ uiri
qui bello ciuili uticæ necẽ sibi gladio manu sua con
sciuit de cuius uita liber est.M.Ciceronis: qui in-
scribitur laus.M.Catonis: quẽ in eodem libro idem
Cicero pronepotem fuisse dicit.M.Catonis Cen
sorĳ. Eius igitur quem Cicero laudauit pater hic
fuit. M. Cato: cuius orationes feruntur inscriptæ.
M.Catõis nepotis. Tum Appollinaris(ut mos eius
in rephẽdendo fuit)placide admodũ:leniterq;: Lau
do(inq̃t)te mi fili:ꝙ in tantula ætate etiam: si hũc
M.Catonẽ:de quo nũc quæritur:quis fuerit ignoras
auditiuncula tamẽ quadã de Catonis familia asper
sus es. Nõ unus aũt sed complures. M.illius Catõis
Censorĳ nepotes fuerunt geniti:non eodẽ patre. Du
os enim. M.ille Cato:qui & orator: & censor fuit:
filios habuit:& matribus diuersos:& ætatibus lon
ge dispares. Nam iam adolescente altero:matre eius
amissa:ipse quoq; iam multum senex Salonĳ clien
tis sui filiã uirginẽ duxit ĩ matrimoniũ: Ex qua na
tus est ei.M.Cato Salonianus.hoc enim illi cogno-
mentũ fuit a Salonio patre matris datũ. Ex maiore
aũt Catõis filio:qui p̃tor designatus patre uiuo mor
tuus est & egregios de iuris disciplina libros reliq̃t
nascitur hic de quo quæritur.M.Cato.M.filius.M.
Nepos. Is satis uehemẽs orator fuit:multasq; oratio
nes ad exẽplũ aui scriptas reliquit.& consul cũ.Q.
Martio rege fuit. Inq; eo cõsulatu in Africam pro-
fectus in ea p̃uincia mortẽ obĳt. Sed is:nõ ita ut di-

Cato Salo-nianus.

xisti.M.Catonis prætorij:uiri qui se uticæ occidit et quem Cicero laudauit:pater fuit. Nec q̃a hic nepos Catonis Censorij:ille autem pronepos fuit ꝓpterea necessum est patrẽ hũc ei fuisse. Hic eñ nepos cuius hæc mõ ꝓlata oratio est:filiũ quidẽ maiorẽ Catonẽ habuit sed nõ eũ:qui uticæ perijt sed qui quũ ædilis curulis:& prætor fuisset in galliã narbonẽsem ꝓfectus ibi uita functus ẽ. Ex altero aũt uiro cẽsorij filio lõge natu minore quẽ Salonianũ eẽ appellatũ dixi duo nati sũt. L.Cato:et.M.Cato.is.M.Cato.tri.plæ. fuit:et præturã petẽs mortẽ obijt exq; eo natus ẽ.M. Cato prætorius:q se bello ciuili uticæ iteremit:de cuius uita laudibusq;:quũ.M.Tullius scriberet:ꝓnepotẽ eũ Catonis censorij dixit fuisse. Videtis igit̃ hanc partẽ familiæ quæ ex minore Catonis filio ꝓgenita est:nõ solum generis ipsius tramitibus:sed tẽporũ quoq; spacio differre. Nã quia ille Salonianus in extrema patris ætãte:sicuti dixi natus fuit:ꝓgnati quoq; ab eo aliquãto posteriores fuerunt:q̃ qui a maiore fratre eius geniti erant. Hãc quoq; tẽporũ differẽtiã facile aĩaduertetis ex hac ipsa oratiõe:quũ eã legetis Hæc Sulpitius Appolliaris:nobis audiẽtibus dixit: quæ postea ita eẽ uti dixerat cognouimus quũ et laudationes funebres & librum commentarium de familia porcia legeremus.

Qd̃ a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus uocum:atq; uerborum iucũdioris: quæ a græcis ευφωνια:id est uocalitas: consonantiaq; dicitur:q̃ regulæ disciplinæ : quæ a grammaticis reperta est. Cap.XIX.


Nterrogatus est Probus Valerius: q̃d ex familiari eius quodã comperi: has ne urbis: an has urbes: et hanc turrem: an hanc turrim dici oporteret. Si aut uersum inquit pangis: aut orationem solutam struis: atq; ea uerba ba uti dicẽda sunt non finitiones illas præranci das: fetutinas grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. quod illa suaserit: id pfecto erit rectissimum. Tum is qui quæsierat quonam modo (inquit) uis aurem meam interrogem? Et probum ait respondisse quo suam Virgilius percontatus est: qui diuersis in locis: urbes & urbis dixit: arbitrio consilioq; usus auris. Nam in primo georgicorum quem ego inquit librum manu ipsius collectum legi urbis per i litteram scripsit. Verba e uersibus eius hæc sunt. Vrbes Vrbis

Tuq; adeo quem mox: quæ sint habitura deorum
Concilia incertum est urbis ne inuisere Cæsar:
Terrarumq; uelis curam. Verte enim & muta ut urbes dicas: insipidius nescio quid facies: et pinguius. Contra in tertio æneidos. Vrbes dixit per e literam.
Centum urbes habitant magnas. Hic item muta: ut urbis dicas: nimis exilis uox erit & exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia est in consonantia uocum proximarum: Propterea idẽ Virgilius turrim dixit non turrem & securim non securem. Turrim in præcipiti stantem. Et incertam excussit ceruice securim: quæ sunt (opinor) iucunditas gracilitas: q̃s si suo utrumq; loco per e literam dicas. At ille qui

Aliĩ gracilitatis. Turrim Securi

interrogauerat rudis pfecto:& aure agresti homo. Cur inquit aliud alio in loco doctius rectiusq; eē dicas:non sane intelligo? Tū pbus iam cōmotior. Noli inquit igitur laborare:utrum istorū debeas dicere:urbis an urbes. Nam quū id genus sis:qd uideo:ut sine iactura tui pecces:nihil perdes utrum dixeris. His tū uerbis Probus:& hac fini hominem dimisit:ut mos eius fuit erga indociles prope inclæmenter. Nos autem aliud quoq; postea consimiliter a Virgilio duplici modo scriptū inuenimus: Nam tres & tris posuit eodē in loco ea iudicij subtilitate.ut si aliter dixeris mutaueris q;:& aliquid tamē auris habeas:sentias suauitatē sonitus diuidere. Versus ex decimo hi sunt. Tres quoq; threicios boreæ de gente suprema.

Tris Et tris quos idas pater:et patria hismara mittit.tres hic tris illic utrunq; pensiculate modulateq; reperies:suo quicq; in loco sonare aptissime. Sed ī illo quoq; itidē Virgilij uersu. Hæc finis Priami fatorum: simul ut & hic finis dicas:durū atq; absonū erit. Respuentq; aures:qd mutaueris:sicut illud contra eiusdem Virgilij insuauius facias:si mutes. Quem das finē rex magne laborū? Nam si ita dicas:quam das finē? iniucundū nescio quo pacto:& laxiorē uocis sonū feceris. Ennius itē rectos cupressos dixit cōtra re-

Rectos cupressos. ceptū uocabuli genus:hoc uersu. Capitibus nutantis pinos rectosq; cupressos. Firmior ei credo & uiridior sonus esse uocis uisus est rectos dicere cupressos q̃ rectas. Contra uero idem Ennius in annali duodeui-

Acre fulua. gesimo:aere fulua dicit:non fuluo. Nō ob id solū: q Homerus αερα βαθειαν id ē aerē hoc ē caligi

nem:et nebulã profundã dicit. Sed ꝗ hic ſonus(opi nor)uocalior eſt uiſus:et amœnior. Sicuti etiam.M. Ciceroni mollius teretiuſq; uiſum ẽ in quinta ĩ Ver rem:fretu ſcribere ꝗ̃ freto. Perangusto inquit fretu diuiſa. Erat enim craſſius:uaſtiuſq;:pangusto freto dicere. Itidem in ſecũda ſimili uſus modulamine.ma nifeſto peccatu(inquit)nõ peccato. hoc enim ſcriptũ in uno:atq; in altero ãtiquiſſime fidei libro tyronia no repperi. Verba ſunt Ciceronis hæc. Nemo ita ui uebat:ut nullas eius uitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers:nemo ita in manifeſto peccatu tenebat̃ ut cum impudens fuiſſet in facto:tum impudentior uideretur:ſi negaret. Huius aũt uocis cum elegãtior hoc in loco ſonus:tũ ratio certa:& ꝓbata eſt. hic eñ peccatus.quaſi peccatio recte latineq; dicitur. Sicut hic inceſtus:non qui admiſit ſed qđ admiſſum eſt.et hic tributus:qđ tributũ nos dicimus a plæriſq; ueterum dicta ſunt. hic quoq; allegatus & hic arbitratus:pro allegatione:proq; arbitratione dicunt̃. Qua ratione ſeruata:arbitratu & allegatu meo dicimus. Sic igitur in manifeſto peccatu dixit ut ĩ manifeſto inceſtu ueteres dixerũt. Nõ ꝗn latinũ eẽt:peccato di cere:ſed ꝗa in loco iſto poſitũ ſubtilius ad aurẽ: mol liuſq; ẽ. Lucretius æque auribus iſeruiẽs: funẽ fœmi nino genere appellauit in hiſce uerſibus.

Fretu.

Peccatu

Allegatus.

Nunc ut opinor enim mortalia ſæcla ſupernæ.
Aurea de cœlo demiſit funis in arua.

Quũ dicere uſitatius manẽte numero poſſet. Aureus e cœlo demiſit funis ĩ arua. Sacerdotes etiam fœmi nas. M. Cicero antiſtitas dicit:nõ ſecũdũ grammatic

Antisti cam legẽ antistites. Nam quũ insolentias uerborũ a
tæ. ueteribus dictorũ plærũq; respueret: huius tamẽ uer
bi in ea parte sonitu delectatus. Sacerdotes (inquit)
Cereris atq; illius fani antistitæ usq; adeo in quibus
dam: neq; rationem uerbi: neq; consuetudinem sed
solam aurem secuti sunt: suis uerba modulis pensitã
tem. Q̃d qui non sentiunt (inquit) idem ipse. M. Ci-
cero quum de numerosa & apta oratione dissereret
quas auris habeant: aut quid in ĩjs hominis simile sit
nescio. Illud uero cum primis apud homerum uete-
res grammatici adnotauerunt: q̃ quum dixisset quo
dã in loco κολοιοὺς τε ψῆράς τε: id ẽ gra
culos sturnosq;. Alio in loco non ψηρῶν τε: id est
sturnorũ sed ψαρῶν dixit. τῶν δ' ὥς τε ψα-
ρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν. Id est
Horum ut de sturnis nubes graculisue. Secutus non
cõmunem sed propriam in quocunq; uocis situ iucũ
ditatem. Nam si alterum in alterius loco ponas utrũ
q; feceris sonitu insuaue.

Verba. T. Castritij rhetoris ad discipulos adole-
scentes de uestitu atq; calciatu non decoro.

Cap. XX.



T. Castritius rhetoricæ disciplinæ doctor qui habuit Romæ locũ præcipue declamandi: & docendi summa uir auctoritate grauitateq;: & a diuo Hadriano ob mores atq; literas spectatus: quum me p̃sente (usus sum enĩ eo magistro) discipulos quosdã suos senatores uidisset die feriato tũicis et lacernis idutos: et gallicis calciatos. Equidẽ (inq̃t) maluissẽ uos

togatos esse. Pigitum ẽ cinctos saltem esse penula= Pigitũ
tos. Sed si hic uester huiuscemodi uestitus de multo est.
iam usu ignoscibilis est: soleatos tamen uos populi
Ro. senatores: per urbis uias ingredi nequaq̃ decorũ
est. Nõ hercle uobis minus q̃ illi tũ fuit: cui hoc. M.
Tulli. pro turpi crimine obiectauit. Hæc me audiẽte
Castritius et q̃dã alia ad eam rẽ cõducẽtia Romane
et seuere dixit. Plæriq; autẽ ex ĩs qui audierant: re=
quirebãt: cur soleatos dixisset: qui gallicas: nõ soleas
haberent? Sed Castritius profecto scite: atq; incorru
pte locutus est. Oĩa em̃ ferme id genus: quibus plan
tarũ calces tantum in fine tegũtur: cætera prope nu=
da: et teretibus habenis iuncta sunt: soleas dixerunt. Soleæ
Nonnunq̃ uoce græca crepidulas: Gallicas autẽ uer
bum esse opinor nouum: nõ diu ante ætatem. M. Ci
ceronis usurpari cœptum. Itaq; ab eo ipso positũ est Gallicæ
in secunda antonianarum. Cum gallicis (inquit) &
lacerna cucurristi. Neq; in ea significatione id apud
quenq̃ alium scriptum lego: grauioris dũtaxat au= Crepi=
ctoritatis scriptorem: sed (ut dixi) crepidas: & crepi= dæ.
dulas prima syllaba correpta id genus calciamen=
tum appellauerũt: quod græci κρεπιδας id est
crepidulas. Eiusq; calciamenti sutores crepidarios Crepi=
dixerunt. Sẽpronius. Asellio in libro rerum gesta= darũ.
rum quartodecimo Crepidarium (inquit) cultellum
rogauit a crepidario sutore.

Comprecationes quæ ritu romano fiunt dĩs: ex=
positæ sunt in libris sacerdotũ: inter quas Marti
Neriẽnẽ tribuũt: et q̃d Neriene: seu nerio nomen
importet. Cap. XXI.

Cōprecationes deorum īmortalium.



Omprecationes deorũ immortaliũ:quæ ritu Romano dĳs fiunt: expositæ sunt in libris sacerdotũ populi Ro.et in plærisq; atiquis orationibus. In his scriptũ est Laciam Saturni. Salaciam Neptuni. Horā Quirini. Iuritem Quiritĳ. Maiam Vulcani. Nerien Iunonis. Molas Martis. Neriene quoq; Martis. Ex quibus id qđ postremũ posui:sic plærosq; dicere audio. ut primā in eo syllabā producant:quo græci modo dicunt. νεριδασ .i. nereidas maris deas. Sed q̃ pbe locuti sunt:primā correptā dixerũt:tertiā pduxerunt. Est.n.rectus casus uocabuli:sicut in libris ueterum scriptum est. Nerio q̃q;. M. Varro in satyra menippea:q̄ inscribitur σκιαμαχια .id est umbratilis pugna:uel κριομαχια .i. arietũ pugna:non

Nerienes.

Nerio:sed nerienes uocatiue dicit:in his uersibus.

Theanna: & peranna:pranda:celato:pales.
Nerienes:minerua:fortuna ac seres.

Nerio. **Anio.**

Ex quo noiandi quoq; casum eundē fieri necessum est. Sed nerio a ueteribus sic declinatur quasi anio. Nā pinde ut anienē:sic nerienē dixerũt tertia syllaba pducta. Id autē siue nerio:siue nerienes est sabinum uerbum est. Eoq; significatur uirtus:et fortitudo. itaq; ex Claudĳs:quos a sabinis oriũdos accepimus:q̃ erat egregia:atq; præstāti fortitudine: Nero appellatus est. Sed id sabina a græcis accipisse uidētur:qui uincula:et firmamenta mēbrorũ νευρα .id est neruos dicunt. Vnde nos quoq; latine neruos appellamus.

Nerio.

Nerio igitur Martis uis & potentia:& maiestas quædam esse martis demōstratur. Plautus aũt

in truculento:coniugẽ esse Neriene Martis dicit. At qd id sub psona militis in hoc uersu. Mars peregre adueniens salutat neriene uxore sua. Super ea re audiui no incelebre hominẽ dicere nimis comice Plautum imperito:et incõdito militi falsam nouamq; opinione tribuisse:ut Neriene coniugẽ esse Martis putaret. Sed id perite magis q comice dictũ intelliget qui leget:Cn.Gellij annalẽ tertium:in quo scriptũ est. Hersiliam quũ apud. T. Tatiũ uerba faceret:paceq; oraret:ita precatũ esse. Neria Martis te obsecro pacẽ dare:ut liceat nuptijs proprijs et prosperis uti quod de tui coniugis cõsilio contigit:uti nos itidem integras raperẽt:unde liberos sibi & suis posteris patriæ pararent. De tui (inquit) coniugis consilio Martem scilicet significãs:per quod apparet non esse id poetice a Plauto dictũ:sed ea quoq; traditionẽ fuisse ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceret. Ibi autem animaduertendum est:quod Gellius neria dicit per a literã non nerio:neq; nerienes. Præter Plautum etiam. præterq Gellium Licinius imbrex uetus comœdiarũ scriptor in fabula quæ Neæra inscrpta est:ita scripsit.

Neria.

Licinius imbrex

Nolo ego Neæram te uocent:sed Nerienem.
Cum quidẽ Marti es in cõnubiũ data.

Ita aũt senarij numerus huiusce uersus est. ut tertia i eo nomine syllaba:cõtra q supra dictũ est corripiẽda sit. Cuius sonus quanta apud ueteres in differentia sit notius est: q ut plura in id uerba sumẽda sint. Ennius aũt in primo ãnali in hoc uersu. Neriene Mauortis. Et hercle:nisi qd minime solet numerũ seruare primã syl

labã tetẽdit: tertiam corripuit. Ac ne id quidẽ præter mittẽdũ puto: cuiusmodi est q̃d in cõmentario quodã
Nerio. Seruij Claudij scriptũ iueni. Nerio dictũ quasi neirio: hoc est sine ira et cũ placiditate: ut eo nomine mitem trãquillũq; fieri Martem precemur.
Ne. Ne enim particula ut apud græcos: ita plærumq; in latina quoq; lingua priuatiua est.

M. Catonis consularis et censorij pulcherrima exprobratio cõtra philosophãtes noĩe et nõ re.

Caput. XXII.

M. Cato cõsularis et cẽsorius: publicis iam priuatisq; opulẽtus rebus uillas suas inexcultas: et rudes: ne tectorio quidẽ prælitas fuisse dicit: ad annum usq; ætatis
Vasum. suæ septuagesimũ: atq; ibi postea his uerbis utitur. Neq; mihi (iquit) ædificatio neq; uasũ: neq; uestimẽtum ullũ est in manu preciosum. Neq; preciosus seruus: neq; ancilla. Si quid est (inquit) quo utar: utor. Si non est ego sum. Cuiq; per me uti: atq; frui licet. Tum deinde addit: uitio uertunt: quia multa egeo. At ego illis: quia nequeunt egere. Hæc mera ueritas
Multa egeo. Thusculani hominis: egere se multis rebus: & nihil tamen cupere dicentis: plus hercle promouet ad exhortandam parsimoniam: sustinendamq; inopiam: q̃ græcæ istorum prestigiæ philosophari sese dicentium: umbrasq; uerborum innanes fingentium Qui se nihil habere & nihil tamen egere: ac nihil cupere dicũt: quũ et habẽdo et egẽdo et cupiẽdo ardeant.

Quæsitum tractatumq; q͂d sint manubiæ: atq; inibi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus.

Cap.XXIII.



N fastigijs fori traiani simulacra sunt sita circũ undiq; inaurata equorũ: atq; signorũ militariũ: subscriptũq; est ex manubijs: quærebat Phauorinus: quũ ĩ area fori ambularet: et amicũ suũ cõsulẽ opperiretur: causas pro tribunali cognoscẽtẽ: nosq; tũc eũ sectaremur quærebat: siquã. Quid nobis uideretur significare ꝓprie manubiarũ illa inscriptio. Tũ q̃spiam q̃ cum eo erat: homo in studijs doctrinæ multi: atq; celebrati nõis. Ex manubijs (inquit) significat ex præda. manubiæ.n. dicũtur præda: quæ manu capta est. Etiã si (inquit Phauorinus) opera mihi princeps: et prope õis in literis: disciplinisq; græcis sumpta est: nõ usq; co tamẽ infrequẽs sum uocũ latinarũ: quas succisiuo atq; tumultuario studio colo: ut hãc interpretationẽ ignorẽ uulgariam: ꝙ esse dicatur manubiæ præda. Sed quæro an. M. Tullius uerborum homo diligentissimus in oratione quã dixit de lege agraria calendis ianuarij cõtra Rullũ: inani et illepida geminatione iũxerit manubias et prædã: si duo hæc uerba idẽ significãt: neq; ulla re aliqua dissidẽt Atq; (ut erat Phauorinus egregia quadam uel diuina memoria) uerba ipsa. M. Tullij stati dixit: ea nos adscribimus hic prædã: manubias: sectionẽ castra deniq;. Cn. Põpeiũ sedẽte imperatore decẽuiri uẽdẽt. Et infra itidẽ duo hæc simul iuncti posita dixit: ex preda: ex ma-

Manubiæ.

nubijs:ex auro coronario. Ac deinde ad eũm conuertit: qui manubias esse e prædã dixerat. Et uidetur ne tibi (inquit) utroq; in loco. M Cicero duobus uerbis idẽ: sicuti tu putas: significantibus inepte & frigide esse usus? Ac tali ioco dignus: quali apud Aristophanẽ facetissimũ comicorũ Euripides Aeschylum insectatus est cum ait.

δις ταυτὸν ἡμιν εἰπεν ὁ σοφὸς αἰσχύλος

ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ: καὶ κατέρχομαι.

τὸ κατέρχομαι ἥκω δὲ ταυτόν ἐστὶ

νὲ τὸν δία ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι

χρῆσον σὺ μάκτραν. εἰ δὲ βούλει

καρδοπον. id est

Bis idem nobis dixit sapiens aeschylus

Venio eñ̃ ad terram inquit: & accedo postliminio.

Ast uenio idem est: quod accedo postliminio:

Ita per Iouem: atq; si quis uicino autumet.

Ac cõmoda tu mactrã: uel si libet arcã panariã. Nequaq; uero (inquit) ille: talia uident̃ quale est μάκτρα καὶ κάρδοπος. Id est mactra & arca panaria: quæ a poetis uel oratoribus græcis: nostrisq; celebrãdæ & ornãdæ rei gratia: duobus eadem pluribusue noibus frequẽtantur. Quid igitur (inquit Phauorinus) ualet hæc repetitio instaurationq; eiusdem rei: sub alio nomine in manubijs & in præda? Num ornat: ut aliquis solet orationẽ? Nũ eam modulationẽ aptioremq; reddit? Num onerandi uel exprobrãdi criminis causa: exaggerationem

aliquã ſpecioſam facit? Sicut in libro eiuſdem. M. Tullĳ: qui de conſtituẽdo accuſatore eſt: una eadẽq; res pluribus uerbis uehemẽter atq; atrociter dicitur. Sicilia tota: ſi una uoce loquereẽt: hoc diceret. Quod auri: quod argenti: quod ornamentorũ in meis urbibus ſedibus: delubris fuit. Nam quum urbes totas ſemel dixiſſet: ſedes: delubraq; addidit: quæ ſunt ipſa quoq; in urbibus. Item in eodem libro ſimili modo. Siciliã (inquit) ꝓuinciã. C. Verres per trienniũ depopulatus eſſe: ſiculorũ ciuitates uaſtaſſe: domos exinaniſſe: fana ſpoliaſſe dicitur. Et quid uidetur: quũ Siciliam prouinciã dixerit: atq; etiam inſuper ciuitates addiderit domos etiam & fana: quæ infra poſuit: compræhẽdiſſet uerba hæc item multa: atq; uaria depopulatus eſſe: uaſtaſſe: exinaniſſe: ſpoliaſſe. Nõne unam & eandẽ uim in ſeſe habẽt? Sane ſed quia cum dignitate orationis: & cum graui uerborum copia dicũtur: q̃q̃ fere ſint: & ex una ſententia coriantur: plura tamen eſſe exiſtimantur: qm̃ et aures & animũ ſæpius feriũt: hoc ornatus genus in crimine uno uocibus multis atq; ſæuis extruẽdo: ille iam tunc. M. Cato antiquiſſimũ in orationibus ſuis celebrauit. Sicuti in illa quæ inſcripta eſt de decẽ hominibus: quũ Thermũ accuſauit: q decẽ liberos hoĩes eodem tẽpore interfeciſſet: hiſce uerbis eandẽ rẽ omnibus ſignificãtibus uſus eſt. Quæ qm̃ ſunt eloquẽtiæ latinæ tunc primum exoriẽtis lumina uerba quidem ſubluſtria: libitũ eſt ea mihi απομνημονευειν. id eſt cõmemorare. Tuũ nefariũ facinus peiore facinore operire poſtulas: ſuccidias humanas fa-

eis:decē funera facis:decē capita libera interficis: decē hoībus uitā eripis indicta causa:in iudicatis:indēnatis. Itē. M. Cato in orationis principio:quā dicit in senatu ꝓ rhodiēsibus: quū uellet res nimis ꝓspe ras dicere:tribus uocabulis idē sentiētibus dixit. Verba eius hæc sunt. Scio solere plærisq; hoībus in rebus secundis: atq; ꝓlixis:atq; ꝓsperis aīm excellere atq; supbiā atq; ferocitatē augescere. Itidē Cato ex originū septimo in oratione quā cōtra Ser. Galbam dixit: cōpluribus uocabulis super eadem re usus est. Multa me dehortata sunt huc ꝓdire:anni:ætas:uox: uires:senectus.uerū enimuero quū tantā rēpublicam agier arbitrarer. Sed ante oīs apud Homerū eiusdē rei atq; sentētiæ luculēta exaggeratio est.

εκτορα δ' εκβελεωμ υπαγε ζευσ·εκτε κομιησ
εκτ αμδροκτασιησ·εκθαι ματοσ εκτεκυδοιμου.

Hectora de iaculis de puluere Iuppiter: & de
Cæde uirū abduxit: de sanguine: deq; tumultu. Itē alio in uersu.

Ισ μινάιτε παχαιτε·φονιτ ανδροκτασιαιτε. Id est

Prælia:conflictus:cædes hominumq; necatus.

Nam quū oīa ista utrobiq; multa: & cōtinua noīa: nihil plus demonstrēt:q̄ prælium: huius tñ rei uarias facies delectabiliter: ac decore multis uariisq; rebus depicta est. Neq; nō illa quoq; apud eundē poetam una in duobus uerbis sentētia cū egregia ratione repetita est. Idæus em̄ quū inter Aiacē & Hectorē de

certātes armis intercederet:his ad eos uerbis usus est.
μηκέτι παιδὲ φίλω πολεμίζετε μηδὲ
μάχεσθον.id est
Neu dulces pueri pugnate:aut cernite ferro.
In quo uersu nō oportet alterum uideri uerbū.idem quod superius significās: supplēdi numeri causa: extrinsecus additū: & cōsarcinatū. est eñ hoc inane admodū & futile. Sed quū in iuuenibus gloriæ studio flagrātibus:peruicacia ferociaq; & cupidinem pugnæ leniter tñ & placide obiurgaret: atrocitatē rei et culpā perseuerādi his idē dicēdo alio:atq; alio uerbo auxit: inculcauitq;.duplex eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. Ne illa quidē eiusdem significationis repetitio ignaua & frigida uideri debet.
μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατον
τε μόρον τε ἤρτυον.id est
Thelemachoq; proci letum: fatumq; profecto.
Condibant: φ bis idē dixerit θάνατον καὶ μόρον.i.letum & fatū. Indignitas eñ moliēdæ tam acerbæ tamq; iniustæ necis:mirāda mortis iteratione defleta est. Cæterū qs tā obtuso ingenio est: quin intelligat.πολεμίζετε καὶ μάχεσθον. id est bellate & pugnate:uerba idem duo significātia non frustra posita esse:ut illa quoq;.
βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε καὶ βάσκ' ἴθι ἶρι
ταχεῖα.
Vade.I.somniū agens.uade & perge iri citata:neq; ἐκ παραλλήλου.i.ex geminatione(ut quidā putant)sed hortamētū esse acre iussæ: imperatæq;

celeritatis. Verba quoq; illa. M. Ciceronis in. L. Pisonem trigemmina: etiã si duræ auris hoibus nõ placẽt: nõ uenustatẽ modo noie quæsiuere: sed figurã simulationẽq; oris pluribus simul uocibus uerberauerũt: uultus deniq; (inquit) totus: qui sermo quidẽ tacitus mẽtis est hic in fraudẽ hoies impulit. hic eos quibus erat ignotus decepit: fefellit: induxit. Quid igitur simile est (inquit) apud eundẽ in præda & manubijs? Nihil ꝑfecto istiusmodi. Nam neq; ornatius fit additis manubijs: neq; exaggeratius: modulatiusq;. Sed aliud omnino præda est: ut in libris rerum: uerborũq; ueterũ scriptũ est: aliud manubiæ. Nã præda dicitur corpora ipsa: rerũ quæ capta sunt. Manubiæ uero appellatæ sunt pecunia a quæstore ex uenditione prædæ redacta. utrũq; ergo dixit. M. Tullius cumulandæ inuidiæ gratia decẽuiros ablaturos: persecuturosq; & prædã: quæ nõdũ esset uenũdata: & pecuniam quæ ex uẽditione prædæ præcepta esset. Itaq; hæc inscriptio quã uidetis: Ex manubijs: nõ res corporaq; ipsa prædæ demonstrat. Nil eñ captũ est horum a Traiano ex hostibus: sed facta esse hæc: cõparataq; ex manubijs: id est ex pecunia prædatitia declarat. Manubiæ eñ sunt sicuti iam dixi: nõ præda: sed pecunia per quæstorem populi Romani ex præda uẽdita contracta. Quod per quæstorẽ autem dixi: intelligi nunc oportet præfectũ ærario significari. Nam cura ærarij a quæstoribus ad præfectos translata est. Est tñ nõnunq; inuenire ita scripsisse quosdã nõ ignobiles scriptores: ut aut temere: aut incuriose prædã ꝓ manubijs: & manubias ꝓ præda

Præda. Manubiæ.

posuerint: ut tropica quadã figura mutationẽ uocabuli facerẽt: Q̃d facere cõcessum ẽ: scite id periteq; facientibus. Sed enim qui ꝓprie atq; signate locuti sunt. sicuti in hoc loco. M. Tullius manubias pecuniã dixerunt.

Verba. P. Nigidij quibus dicit in nomine Valeri in casu uocãdi primã syllabã acuendam eẽ. Et itẽ alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturã pertinentia. Cap. XXIIII.



.Nigidij uerba sunt ex commentariorum grammaticorũ uigesimoquarto hominis in disciplinis doctrinarũ omnium præcellẽtis. Deinde inq̃t uoculatio qui poterit seruari: si nõ scimus in nominibus ut Valeri: utrum interrogandi an uocandi sint. Nã interrogandi secũda syllaba superiore tono ẽ q̃ prĩa. Deinde nouissima deijcitur. At in casu uocandi summo tono est prima: deinde gradatim descendunt. Sic quidem. P. Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valerium appellans in casu uocandi: secũdũ id præceptũ Nigidij acuerit primã: nõ aberit quin rideat̃. Summũ aũt tonũ προσωδίαν. i. uoculationem acutam dicit: & quẽ accẽtũ nos dicimus: uoculationẽ appellat: & casum interrogandi eũ dicit: & quem nũc nos genitiuũ dicimus. Id quoq; in eodẽ libro nigidiano aiaduertimus. Si huius (inq̃t) amici: uel huius magni scribas unum i facito extremum. Sin uero hi magnei: hi amicei casu multitudinis recto: tũ ante i scribendũ erit e. Atq; id ipsum facies in similibus. Itẽ si huius terrei scribas i littera sit extrema. Si huic ter

Valeri

Voculatio.

Casus interrogandi

ræ p e scribendũ ẽ. Itẽ mi q scribit in casu iterrogãdi: uelut quũ dicimus mi studiosus: p i unũ scribat non per e. at quũ mei: tũ p e & i scribendũ est: q̃a dãdi casus ẽ. Hæc nos auctoritate doctissimi hoĩs adducti: ppter eos q harũ quoq; rerũ sciam q̃runt: nõ p̃termittẽda existimauimus.

De uersibus: quos Virgilius sectatus uidetur. Homeri ac partheniĩ. Cap. XXV.



Artheniĩ poetæ uersus est.

γλαύκῳ καὶ νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ μελικέρτῃ

Glauco: nereiq;: atq; maris genio melicerte

Eum uersum Virgilius æmulatus est. Itaq; fecit duobus uocabulis uenuste immutatis parem. Glauco & panopeæ. & Inoo melicertæ. Sed illi Homerico non sane rẽ parem neq; similem fecit. Esse enim uidetur Homeri simplicior & sincerior. Virgiliĩ autem νεωτερικώτερος. id est audacior & iuuenilior: & quodam quasi ferrumine immisso fucatior.

ταῦρον δ' ἀλφειῷ. ταῦρον δὲ ποσειδάωνι. id est

Taurum autem alpheo: neptuno tum quoq; taurum
Taurum neptuno: taurum tibi pulcher apollo.

De sententia Panætiĩ philosophi quam scripsit in libro de officiĩs secundo: qua hortatur ut homines ad cauendas iniurias in omni loco intenti: paratiq; sint. Cap. XXVI.

Egebatur Panætiĩ philosophi liber de officiĩs secundus: ex tribus illis inclytis

libris quos.M.Tullius magno cũ studio: maximoq;
opere æmulatus est.Ibi scriptum est cum multa alia
ad bonam frugem ducentia:tum uel maxime quod
esse hærereq; in animo debet.Id autem est ad hanc
ferme sententiam.Vita(inquit)hominum qui ætatẽ
in medio rerũ agũt:ac sibi suisq; esse usui uolũt: ne-
gocia periculaq; ex improuiso assidua & ꝓpe quo
tidiana fert.ad ea cauẽda atq; declinãda perinde eẽ Pancra
oportet animo semꝑ prõpto.atq; intẽto:ut sunt athlæ tie
tarũ:qui pancratiæ uocatur.Nã sicuti illi ad certan-
dũ uocati.proiectis alte brachijs consistunt: caputq;
& os suũ manibus oppositis quasi uallo præmuni-
unt:membraq; eorũ omnia priusq; pugna mota est:
aut ad uitãdos ictus cauta sunt:aut ad faciendos pa-
rata:ita animus atq; mens uiri prudentis aduersus
uim & petulãtias iniuriarum omni in loco: atq; in
tempore prospiciẽs debet esse:erecta:ardua:septa:so
lida:expedita:nunq; conniuens nusq; aciem suã fle
ctens.Cõsilia cogitationesq; cõtra fortunæ uerbera:
contraq; insidias iniquorũ:quasi brachia & manus
prætendens.Ne qua in re:aduersa & repentina in
cursio imparatis:improtectisq; nobis oboriatur.

Quod Quadrigarius cum multis mortalibus di
xit an quid & quantum differt: si dixisset cum
multis hominibus. Cap.XXVII.

Verba sunt Claudij Quadrigarij ex annali
um eius decimotertio.Cõcione dimissa Me-
tellus in capitolium uenit cũ multis morta
libus.Inde quum domum proficisceretur:tota ciui- M.frõ
tas eum reduxit. Cum is liber:eaq; uerba.M.Fron- to.

tonis nobis ei:ac plærisq; aliis assidentibus legerentur:& cuidam haud sane uiro indocto:uideret multis mortalibus pro hominibus multis inepte frigideq; in historia.nimisq; id poetice dixisse:Tum Frõto illi cui hoc uidebatur:An tu (inquit) aliarũ homorerum iudicij elegantissimi: mortalibus multis ineptũ tibi uideri & frigidũ dicis? Nil autem arbitrare causæ fuisse:quòd uir modestus & puri atq; prope quotidiani sermonis mortalibus maluit: quàm hominibus dicere? Eandẽq; credis futurã fuisse multitudinis demõstrationẽ:si cũ multis hominibus: ac nõ cũ multis mortalibus diceret? Ego (inquit) quidem sic existimo:nisi me scriptoris istius omnisq; ãtiquæ orationis amor atq; ueneratio cæco esse iudicio facit:longe lateq; esse amplius prolixius:fusius in significãda totius prope ciuitatis multitudine mortales quàm homines dixisse. Nãq; multorũ hominũ appellatio intra modicũ quoq; numerũ cohiberi:atq; includi põt.

Mortales. Multi autẽ mortales nescio quo pacto & quodã sensu inenarrabili omne fere genus:quod in ciuitate ẽ: & ordinũ & ætatũ & sexus cõpræhẽdũt. Quod scilicet Quadrigarius ita (ut erat res) ingentẽ atq; promiscuam multitudinẽ uolens ostendere:cũ multis mortalibus Metellũ in capitoliũ uenisse dixit ἐμφατικώτερον.id est expressius quàm si cũ multis hominibus dixisset. Ea nos omnia quæ Fronto dixit:cũ ita ut par erat nõ approbãtes tãtũ sed admirãtes quoq; audiremus. Videte tamen (inquit) ne existimetis semper atq; in omni loco mortales multos, pro multis hominibus dicendum. Ne plane fiat græcũ illud de Var

ronis satyra prouerbiū: τομ εϖι τηφακη μυθομ: id est in lēte fabulam. Hoc iudicium Frontōis etiam in paruis minutisq; uocabulis non prætermittendū putaui: ne nos forte fugeret lateretq; subtilior huiuscemodi uerborū consyderatio.

Non hactenus esse faciem qua uulgo dicitur. Cap. XXVIII.



Nimaduertere est pleraq; uerborum latinorum ex ea significatione in qua nata sunt decessisse: uel in aliam lōge: uel in proximam. Eamq; decessionē factam esse cōsuetudine: & inscitia temere dicētiū: quæ cuiusmodi sint non didicerint: Sicuti quidam faciem esse hominis putant: os tantū & genas & oculos: quod græci ϖροσ οϖομ: id est personam dicunt. Quādo facies sit forma omnis et modus: & factura quædā corporis totius: & a faciē do dicta: ut ab aspectu species: et a fingendo figura. Itaq; Pacuuius in tragœdia quæ Niptra inscribit: faciem dixit hominis pro corporis lōgitudine. Facies. Species Figura

Aetate (inquit) integra feroci igenio: facie pcera uirū.

Nō solū autē in hominū corporibus: sed etiam in rerū cuiusq; modi aliarū facies dicitur. Nā mōtis et cœli et maris facies si tempestiue dicatur probe dicitur. Salustij uerba sunt ex historia secunda. Sardinia i africo mari: facie uestigij humani in orientē: q̄ in occidentem latior prominet. Ecce autē id quoq; in mentem uenit: q etiam Plautus in penulo: faciem pro totius corporis colorisq; habitu dixit.

Verba Plauti hæc sunt.

Sed earum nutrix:qua sit facie mihi expedi:
Statura non magna corpore aquilo est.
Specie uenusta ore atq; oculis pernigris:formã q̃dẽ
Herle uerbis depinxit ꝓbe. Præterea memini Qua
drigarium in undeuicesimo faciem pro factura:to
tiusq; corporis figura dixisse.

Quid sit in satyra. M. Varronis caninũ prandiũ. Cap. XXIX.


Audabat uenditabatq; se nuper quispid
in libraria sedens:homo inepte glorio
sus:tanq; unus esset sub omni cœlo saty
rarum. M. Varronis enarrator:quas par
tim cynicas alij menippeas appellant. & iaciebat in
de quædam nõ admodum difficilia:ad quæ conijciẽ
da aspirare posse neminem dicebat. Tum forte eum
ego librum ex ijsdem satyris ferebã q̃ υδροκυ
ον:id est aqua rigẽs inscriptus est. Propius igitur
accessi:& nosti inquã magister uerbũ illud scilicet
uetus. Egregiam musicam:quæ sit abscondita: eam
eẽ nulli rei. Oro ergo te legas hos uersus pauculos:
et ꝓuerbij istius:q̃d in his uersibus est sentẽtiã dicas
mihi. Lege (inquit) tu mihi potius quæ non ĩtelligis
ut ea tibi ego enarrẽ. Quonã ĩquã pacto legere ego
possum quæ non assequor? Indistincta nanq; fient
& confusa quæ legero:& tuam quoq; impediẽt in
tentionem. Tunc alijs etiam q̃ ibi aderant compluri
bus idem comprobantibus:desyderantibusq;:accipit
a me librum ueterem fidei spectatæ luculente scri

ptum. Accipit autē inconstantissimo uultu & mœstissimo. Sed quid deinde dicam? Non audeo hercle postulare ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes: si eum librum accepissent: non ij magis in legendo deridiculi fuissent. Ita & sententiā intercidebat: & uerba corrupte pnunciabat. Reddit igitur mihi librum multis iam ridentibus. Et uides (inquit) oculos meos ægros: assiduisq; lucubrationibus prope iam perditos? Vix ipsos literarum apices potui comprehendere. Quū ualebo ab oculis reuise ad me: & librum istum tibi totū legam. Recte inquā sit oculis magister tuis. Sed in quo illis nihil opus est: id rogo te dicas mihi. Caninum prandium in hoc loco quem legisti: quid significat. At ille egregius nebulo: quasi difficili quæstiōe perterritus exurgit statim. Et ambiens non (inquit) paruam rem quæris. Talia ego gratis non doceo. Eius autē loci in quo id puerbium est: uerba hæc sunt: nō uides apud Mnescheū scribi: tria genera esse uini: nigrum: album: mediū. Quod uocant κιρρὸν giluū: nouū: uetus: mediū: & efficere nigrum uirus: album urinam: medium πέψιν. i. concoctionem. nouū refrigerare: uetus calefacere: mediū uero esse prandium caninum. Quid significet prandiū caninum: rem leuiculam diu & anxiæ quæsiuimus. Prandium aūt abstemiū: in quo nihil uini potat̄ caninū dicitur. qm̄ canis uino caret. Quū igit̄ mediū uinū appellasset: qd neq; nouum: neq; uetus eēt: et plærūq; hoīes ita loquant̄: ut oē uinū aut nouū esse dicant: aut uetus: nullā uim habere significauit: neq; noui neq; ueteris: qd mediū esset.

Alij uires. Prādiū caninū

Icciirco pro uino nõ habẽdũ:q̃a neq; refrigeraret neq; calefaceret:refrigerare id dicit:quod græce dicitur αναψυξαι.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS QVARTVS.

Disertatio Phauorini philosophi aduersus eos:qui chaldæi appellantur: & ex cœtu motibusq; syderũ; et stellarũ fata se hominũ dicturos pollicentur. Caput primum.



DVERSVM istos qui sese Chaldæos seu genethliacos appellant:ac de motu:deq; positu stellarũ dicere posse quæ futura sunt profitẽtur:audiuimus quõdam Phauorinũ philosophũ Romæ græce disserentẽ egregia atq; illustri oratione: exercẽdi ne:aut ostẽdẽdi gratia ĩgenũ:an q̃ ita serio iudicatoq; existimaret:nõ habeo dicere. Capita autẽ locorũ argumẽtorũq;:quibus usus est:quoad eius meminisse potui:egressus ibi ex auditiõe ꝓpere annotaui. Eaq; fuerũt ad hãc ferme sententiã. Disciplinã istã chaldæorum tantæ uenustatis non esse:q̃tæ uideri uolũt. Neq; eos principes eius auctoresq; esse: quos ipsi ferant:sed id præstigiarũ:offuciarũq; genus cõmentos esse homines eruscatores et cibum:quæstumq; ex mendaciis captantes:atq; eos quoniã uiderent terrena quædam inter homines sita: cœlestium rerũ sensu:atq; dictu moueri quale ẽ q̃ oceanus quasi lunæ comes cũ ea simul senescit adolescitq;: hinc

Genethliaci

Eruscatores.

oceanus

uidelicet ſibi argumētū ad perſuadēdū parauiſſe:
ut crederemus oīa rerū humanarū:et parua et maxi-
ma tanq̃ ſtellis atq; ſyderibus cuncta duci:atq; re-
gi. Eſſe aūt nimis q̃ ineptū:abſurdūq;:ut qm̄ æſtus
oceani cū lunæ curriculo cōgruit negociū quoq; ali-
cuius qd ei forte de aquæ ductu cum riualibus aut
de cōmuni pariete cū uicino apud iudicē eſt ut exiſti
memus id negociū quaſi habena quadā de cœlo uin
ctum gubernari. Qd et ſi ui et ratione quapiā diui-
na fieri poteſt:nequaq̃ tamē id cenſebat in tā breui:
exiguoq; uitæ ſpacio:q̃touis hominis īgenio cōpræ
hendi poſſe:et percipi. Sed cōiectari pauca quædam
ut uerbo ipſius utar:παχυμερεστερον.id eſt
craſſius:et pingui minerua nullo ſcientiarū fundo
concepta:ſed fuſa et uaga et arbitraria:qualis lōgin
qua oculorū acies eſt:per interualla media caligan-
tium. Tolli eñ qd maximū inter deos atq; homines
differt:ſi homines quoq; res omnis poſt futuras præ
noſcerēt. Ipſam deinde ſyderū ſtellarūq; obſeruatio
nem quā eſſe originē ſcientiæ ſuæ prædicarēt:haud
quaq̃ putabat liquide conſiſtere. Nam ſi principes
chaldæi q in patentibus campis colebant: ſtellarum
motus et uias & diſceſſiones.et cœtus intuētes qd ex
ĩis efficeretur obſeruauerūt.pcedat(inquit)hæc ſane
diſciplina ſed ſub ea mō inclinatiōe cœli ſub qua tūc
chaldæi fuerūt. Non enim poteſt(inquit)ratio chal-
dæorū obſeruationis manere:ſi quis ea uti uelit ſub
diuerſis cœli regionibus. Nā q̃ta(inquit)partiū cir
culorūq; cœli:ex deuergētia:et cōuexionibus mundi
uarietas ſit:quis nō uidet? Eædē igit̃ ſtellæ:per quas

omnia diuina humanaq; fieri contẽdũt: sicuti ne us-
q; quaq; pruinas: aut colores cient: sed mutant et ua-
riant: tẽpestatesq; eodẽ in tẽpore alibi placidas: alibi
uiolẽtas mouent cur nõ euẽta quoq; rerũ ac negocio-
rũ: alia efficiunt in chaldæis: alia in getulis: alia apd
danubiũ: alia apud Nilũ? Per autẽ (inquit) inconse-
quẽs ipsum quidẽ corpus et habitũ tã ꝓfundi aeris
sub alio: atq; alio cœli curuamine nõ eũdẽ manere. In
hominũ autẽ negocijs stellas istas opinari idẽ semꝑ
ostendere si eas ex quacũq; terra conspexeris. Præte-
Stellæ rea mirabať id cuiq; ꝓ præcepto liq̃re Stellas istas
erratice quas quasi a chaldæis & babylonijs siue ægyptijs
obseruatas ferunt quas multi erraticas: Nigidius er-
Errones rones uocat nõ eẽ pluris q̃ uulgo dicerenť. Posse eñi
fieri existimabat: ut & alij quidã planetæ pari pote
state essent: sine quibus recta atq; perpetua obserua-
tio perfici nõ quiret. neq; eos tamẽ cernere homines
possent propter exuperãtiam uel splendoris uel alti
tudinis. Nã et quædã (iq̃t) sydera e quibusdã terris
cõspiciuntur. Earũq; terrarũ hominibus nota sunt.
sed eadẽ ipsa ex omni terra alia nõ uidentur et sunt
alijs omnino ignotissima. Atq; ut uidemus (inquit)
et has tantũmodo stellas: et ex una parte terræ obser-
uari debuisse quæ tandẽ finis obseruationis istius fu
it: et quæ tẽpora satis esse uisa sunt ad percipiẽdum
quod præmõstraret: aut cœtus stellarũ: aut circuitus:
aut trãsitus Nã si isto mõ cœpta fieri obseruatio est:
ut animaduerteretur quo habitu: quaq; forma: quaq;
positura stellarũ aliquis nasceretur: tũ deinceps ab
ineunte uita fortuna eius: et mores: et ingeniũ: et circũ

stantia rerũ negociorũq;:et ad postremũ finis etiã ui ta spectaretur. Eaq; oĩa:ut usu uenerãt literis mãda rent. Ac postea lõgis tẽporibus:quũ ipsæ illæ eodem in loco eodẽ habitu forent eadẽ cæteris quoq; euentu ra existimarẽtur:qui eodẽ illo tẽpore nati fuissent. Si isto quidẽ modo obseruari cœptũ:exq; ea obserua tione cõposita quædã disciplina est:nullo id pacto potest procedere.. Dicant enim quot tandẽ annis:uel potius quot sæculis orbis hic obseruationis perfici q uerit. Cõstare quippe inter astrologos dicebat stellas istas quas erraticas dicerẽt:quæ esse omniũ rerũ fata les dicerentur:infinito prope et innumerabili nume ro annorũ ad eundẽ locũ quũ eodẽ habitu simul om nes profectæ sunt:regredi:ut neq; ullus obseruatio nis tenor:neq; memoria ulla effigies literarũ tanto æuo potuerint edurare. Atq; illud etiã cuiusmodi es set cõsyderandum putabat:q aliud stellarum agmẽ foret:quo primum tempore conciperetur homo in ute ro matris aliud postea:quũ in decẽ mensibus proxi mis in lucẽ ederetur. Quærebatq; qui conueniret di uersam super eodẽ fieri demonstrationẽ:si ut ipsi pu tarent:alius atq; alius earundem stellarum situs:at q; ductus:alias et alias fortunas daret? Sed et nuptia rum tẽpore ex quibus liberi q̃rerentur:atq; ipso eti am illo maris & fœminæ coitu iam declarari oportere dicebat certo quodam & necessario stellarum ordine : quales qualiq; forma homi nes gignerentur : ac multo etiam anteq̃ pater ipse atq; mater nascerẽtur:ex eorũ genitura debuisse iam tũ prospici:quinã olim futuri essent:quos ĩj crea

fforant creaturi

turi forent: & supra longe: atq; longe per infinitum: ut si disciplina ista fundamento aliquo ueritatis nixa est: centesimo usq; abhinc sæculo: uel magis primo cœli atq; mũdi exordio: atq; inde iam deinceps continua significatione. quotiẽs generis auctores eiusdẽ hoĩes nascerẽtur: stellæ istæ præmõstrare debuerint: qualis qualiq; fato futurus sit: quisq; hodie natus est. Quo autem (inquit) pacto credi potest: uniuscuiusq; stellarũ formæ & positionis sortem: atq; fortunã uni omnino hoĩ certã: destinatãq; esse? Eãq; formã post lõgissima sæculorũ spacia restitui: si uitæ fortunarũq; eiusdẽ hoĩs indicia: in tam breuibus interuallis p singulos maiorũ eius gradus p que infinitũ successionũ ordinẽ: tã sæpe: ac tã multipliciter eadẽ ipsa: nõ eadẽ stellarũ facie denotantur. q si id fieri põt: eaq; diuersitas atq; uarietas admittitur: per oĩs antiquitatis gradus ad significãda eorũ hominũ: quæ post nascentur exordia: imparilitas hæc turbat obseruationẽ. Omnisq; ratio disciplinæ confunditur. Iam uero id minime ferendũ censebat: q non modo casus & euẽta quæ euenirẽt extrinsecus: sed cõsilia quoq; hominũ ipsa & arbitria: et uarias uoluntates: appetitionesq; & declinationes & fortuitos repentinosq; in leuissimis rebus animorũ impetus: recessusq; moueri: agitariq; desuper e cœlo putarẽt. Tanq̃ si forte ire in balneas uolueris: ac deinde nolueris: atq; id rursum uolueris: nõ ex aliqua dispari: uariaq; animi agitatione: sed necessaria quadam errantium syderũ reciprocatione contigerit: ut plane hoĩes: non quod dicitur λογικα ζωα

id est rationalia animalia: sed ludicra & ridenda quædam. νευροσπαστα id est neruis mouētia esse uideantur: si nihil sua sponte: nihil arbitratu suo faciunt: sed ducentibus stellis: & aurigantibus. Ac si (inquit) potuisset prædicere affirmāt. Pyrrhus ne rex: an Manius Curius prœlio uicturus esset: cur tandē non de alea quoq;: ac de calculis: & alueolo audeāt dicere: quisnam ibi ludentium uincat. An uidelicet magna sciūt? parua nesciunt? & minora maioribus imperceptiora sunt? Sed si magnitudines rerum sibi uindicant magisq; esse perspicuas: & facilius cōprehēdi posse dicunt: uolo (inquit) mihi respōdeāt: quid in hac totius mundi contemplatione: præstantis naturæ operibus in tam paruis atq; breuibus negociis fortunisq; hominū magnū putent. Atq; id uelim (inquit) respondeant: si tam paruum: atq; rapidum est momentū temporis: in quo homo nascēs fatum accipit: ut in eodem illo puncto sub eodem circulo cœli: plures simul ad eandem competentiā nasci nō queant: & si iccirco gemini quoq; non eadem uitæ sorte sunt: quoniam eodē tempore puncto editi sunt. peto (inquit) respōdeant: cursum illum temporis trāsuolantis: qui uix cogitatione animi cōprehēdi potest: quonā pacto: aut consulto assequi queant: aut ipsi perspicere & deprehendere: quum in tam præcipiti dierum noctiumq; uertigine: minima momenta ingentes facere dicāt mutationes. Ad postremū autem: & quid esset quod aduersum hoc dici posset requirebat: quod homines utriusq; sexus omniū ætatum: diuersis stellarū motibus in uitam editi: regio

nibus ſub quibus geniti ſunt longe diſtantibus: oẽs
tamẽ iſti aut hiãtibus terris: aut labẽtibus tectis: aut
oppidorum expugnationibus: aut eadem in naui
fluctu obruti: eodẽ genere mortis eodẽq; ictu corpo-
ris interirẽt? quod ſcilicet (inquit) nunq̃ eueniret: ſi
momẽta naſcẽdi ſingulis attributa: ſuas unũquodq;
leges haberẽt: ꝙ ſi quædam (inquit) in hominũ mor
te: atq; uita etiã diuerſis tẽpibus editorũ: per ſtellarũ
pares quoſdã poſtea cõuẽtus paria nõnulla & cõſi-
milia poſſe dicũtur obtingere: cur nõ aliquãdo poſ-
ſint oĩa quoq; paria uſu uenire: ut exiſtant per hu-
iuſcemodi ſtellarũ cõcurſiones & ſimilitudines. So
crates ſimul & Antiſthenes: & Platones multi: ge-
nere: forma: ingenio: moribus: uita om̃i: & morte pa
ri: q̃d nequaq̃ (inquit) prorſus fieri põt. Non igitur
hac cauſa ꝓpe uti queũt aduerſus hominũ impares
ortus: interitus pares. Illud aũt condonare ſe iis dice-
bat: ꝙ nõ id quoq; requirerẽt: ſi uitæ mortiſq; hoĩm
rerũq; humanarũ omnium: tẽps & ratio: & cauſa in
cœlo: & apud ſtellas foret: quid de muſcis: aut uer-
miculis: aut echinis: multiſq; aliis minutiſſimis: ter-
ra mariq; aĩantibus dicerẽt? An iſta quoq; iiſdẽ qui-
bus hoĩes legibus naſcerẽtur: iiſdẽ itidẽ extinguerẽn
tur: ut aut ranũculis quoq; & culicibus naſcẽdi fata
ſint de cœleſtiũ ſyderum motibus attributa: aut ſi id
nõ putarẽt: nulla ratio uideretur. cur ea ſyderũ uis in
hoĩbus ualeret: deficeret in cæteris? Hæc nos ficta &
incondita: & ꝓpemodũ ieiuna oratione attigimus.
At Phauorinus (ut hoĩs ingeniũ fuit: utq; græcæ fa
cũdiæ copia ſimul et uenuſtas) latius ea et amœnius

& splēdidius & ꝓfluētius exequebatur. Atq; idē-tidē cōmonebat ut caueremus ne qua nobis isti sycophantæ ad faciēdā fidē irreperēt ꝙ uidētur quædā interdū uera effutire: aut spargere. Nō eñ cōpræhēsa (inquit) neq; definita: neq; præcepta dicūt: sed lubrica: atq; ambagiosa cōiectatione nitētes inter falsa atq; uera pedetētim quasi per tenebras ingrediētes eūt. Et aut multa tentādo incidūt repēte imprudētes in ueritatē: aut ipsorū: qui eos cōsulūt: multa credulitate ducēte: perueniūt callide ad ea: quæ uera sunt: et iccirco uidētur in præteritis rebus ꝙ futuris ueritatē facilius imitari. Ista tamen oīa: quæ aut temere: aut astute uera dicūt: præ cæteris (inquit) quæ mētiūtur pars ea nō fit millesima. Hæc aūt quæ dicētē Phauorinū audiuimus multa etiā memini poetarū ueterū testimonia cōfirmare: quibus huiuscemodi ambages fallaciose cōfutātur. Ex quibus est pacuuianū illud. Nā si qui quæ euētura sunt præuideāt æquiparent Ioui. Itē Accianū illud. Nihil (inquit) credo auguribus: qui aures uerbis diuidāt alienas: suas ut auro locupletent domus. Itē Phauorinus deterrere uolens & depellere adolescētes a genethliacis istis: & quibusdam aliis id genus qui ꝓdigiosis artibus futura oīa dicturos pollicentur nullo pacto adeundos esse: consulendosq; huiusmodi argumentis concludebat. Aut aduersa (inquit) euentura dicunt: aut prospera. Si dicūt prospera & fallūt miser fies frustra expectando. Sed aduersa dicūt & mētiūtur: miser fies frustra timēdo. Sin uera respōdent: eaq; sunt nō ꝓspera: iam inde ex aīo miser fies: anteꝙ e fato fias.

Auguribus non esse credendū.

Si fœlicia promittunt: eaq; euentura sunt: tum plane duo erũt incõmoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit: & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloraverit. Nullo igitur pacto utendũ est istiusmodi hoĩbus res futuras præsagientibus.

Quem in modum disseruit Phauorinus consultus a me super officio iudicis. Cap. II.

QVo primũ tempore a prætoribus lectus in iudices sum: ut iudicia: quæ appellantur priuata: susciperem: libros utriusq; linguæ de officio iudicis scriptos cõquisiuit: ut homo adolescens a poetarũ fabulis: & a rhetorum epilogis: ad iudicandas lites uocatus rem iudiciariam: quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ pœnuria erat ex multis (quod aiunt) magistris cognoscerem. Atq; in rerum quidem diffinitionibus comperendinationibusq; & alijs quibusdam legitimis rebus: ex ipsa lege iulia: & ex Sabini Masurij: & ex quorundam aliorum iurisperitorũ cõmẽtarijs cõmoniti & adminiculati sumus. In his autẽ quæ existere solent: negociorũ ambagibus: & in ancipiti rationũ diuersarũ circunstantia: nihil quicq̃ nos huiuscemodi libri iuuerunt. Nam et si cõsilia iudicibus ex præsentium causarum statu capienda sunt: generalia tñ quædã præmonita & præcepta sunt: quibus ante causam: præmuniri iudex: præpararicq; ad incertos casus futurarũ difficultatum debeat: sicut illa mihi tunc accidit inexpugnabilis reperiendæ sententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia: quæ dicebatur data numerataq;: sed qui petebat: neq; tabulis

neq; testibus id factum docebat: & argumẽtis admodum exilibus nitebatur. Sed eum constabat uirũ esse ferme bonũ: notæ & expertæ fidei: & uitæ inculpatissimæ. Multaq; & illustria exẽpla probitatis sinceritatisq; eius expromebantur: illum autem unde petebatur hominem esse nõ bonæ rei: uitaq; turpi et sordida cõuictũq; uulgo ĩ mẽdaciis: plenũq; eẽ ꝑfidiarũ et fraudũ oñdebat. Is tñ cũ suis multis patrõis clamitabat. Probari apud me debere pecuniam datã consuetis modis: expensi latione mensæ ratiõibus chirographi exhibitiõe: tabularũ obsignatione: testium intercessione. Ex qbus omnibus si nulla re probaret: dimitti iam sane oportere et aduersarium de calumnia damnari. Qđ de utriusq; autem uita: atq; factis diceretur: frustra id fieri atq; dici. Rem enim de petenda pecunia apud iudicem priuatũ agi: nõ apud cẽsores de moribus. Tunc ibi amici mei quos rogaueram: in cõsiliũ uiri exercitati. atq; in patrociniis & in operis fori celebres: semperq; se circum undiq; distrahentibus causis festinantes: non sedendum diutius: ac nihil eẽ dubiũ dicebãt qn absoluẽdus foret quẽ accepisse pecuniam: nulla ꝓbatione solẽni docebat. Sed enim ego homines quum considerabam alterũ fidei: alterum probri plenum spurcissimæq; uitæ ac defamatisisimæq; nequaq̃ adduci potui ad absoluendum: iussi igitur diem diffundi atq; inde a subselliis ꝑgo ire ad Phauorinũ philosophum: quẽ meo tp̃e romæ plurimum sectabar. Ac de hominibus quæ apud me dicta fuerant uti res erat: narro oĩa. Ac peto: ut & ipsum illud in quo hærebã et cætera

etiā quæ obſeruanda mihi forēt in officio iudicis: fa
ceret me ut earū rerum eſſem prudētior. Tum Pha
uorinus religione illa cōtationis et ſollicitudinis no
ſtræ cōprobata. Id quidē (inquit) ſup quo nūc delibe
ras: uideri poteſt ſpecie tenui paruaq; eſſe. Sed ſi de
omni quoq; officio iudicis præire tibi me uis nequa
q̄ eſt uel loci huius: uel tēporis. Eſt enim diſceptatio
iſta multiiugæ & ſinuoſæ quæſtionis multaq; &
anxia cura: & circūſpiciētia indigens. Nāq; (ut pau
ca tibi nūc quæſtionū capita attingā) id omnium pri
mum hoc de iudicis officio quæritur. Si iudex forte
uel ſciat ſuper qua re apud eū litigatur. Eaq; res uni
ei priuſq̄ agi cœpta: & in iudicium deducta ſit: ex
alio quodam negocio caſuq; aliquo cognita liquido
& cōperta ſit. Neq; id tamen in agēda cauſa proba
tur. Oporteat ne eū ſecundum ea quæ ſciēs uenit iu
dicare: an ſecundum ea quæ aguntur. id ēt (inquit)
quæri ſolet: an deceat: an cōueniat iudicii cauſa iam
cognita: ſi facultas eē uideatur componendi negocii
officio pauliſper iudicis dilato. communis amicitiæ
et quaſi pacificatoris partes recipere. Atq; illud am
plius ambigi ac dubitari ſcio debeat ne iudex inter
cognoſcendum ea q̄ dicto: quæſitoq; opus eſt dicere
& quærere etiam ſi cuius ea dici quæriq; intereſt:
neq; dicat: neq; poſtulet. Patrocinari enim prorſus
hoc eſſe aiunt nō iudicare. Præter hæc ſuper ea quo
q; re diſſentitur: An ex uſu exq; officio ſit iudicis rē
cauſamq; de qua cognoſcit: inter locutionibus ſuis
ita exprimere: conſignareq; ut anteq̄ ſententiæ tem
pus ex iis quæ apud eum in preſens confuſe: uarieq;

dicuntur: perinde ut quoq; in loco ac tempore mouetur: signa & indicia faciat motus atq; sensus sui. Nã qui iudices (inquit) acres: atq; celebres uidentur non aliter existimant rem: qua de agitur indagari: comprahendiq; posse nisi is qui iudicat crebris interrogationibus necessariisq; interlocutiõibus. & suos sensus aperiat: & litigantium deprahendat. Cõtra autẽ qui sedatiores & grauiores putantur: negãt iudicẽ debere ante sententiam: dum causa utrinq; agitat: quoties aliqua re ꝓposita motus est toties significare quid sentiat. Eventurum enim aiunt: ut quia ꝑ ueritate ꝓpositionum: argumentorumq; alius: atq; alius: motus animi patiendus est: aliter atq; aliter eadem causa: eodẽq; in tẽpore sentire & interloqui uideat. Sed de his (inquit) & cæteris huiuscemodi iudicialis officii tractatibus & nos post hac. quũ erit ociũ dicere quid sentiamus: conabimur. & præcepta Elii Tuberonis sup officio iudicis quæ nuperrime legi recẽsebimus. Qđ aũt ad pecuniã ptinet: quam apud iudicẽ peti dixisti suadeo hercle tibi utare. M. Catonis prudẽtissimi uiri cõsilio: q in oratiõe quã ꝑ L. Turio cõtra Cn. Gelliũ dixit ita eẽ moribus maiorũ traditũ ait: obseruatũq; ut si qđ inter duos actum est: neq; tabulis: neq; testibus planũ fieri possit. Tum apud iudicẽ q de ea re cognosceret: uter ex iis uir melior eẽt quæreret. Et si pares eẽnt: siue boni pariter siue mali: tũ illi unde petit crederet: ac secundũ eum iudicaretur. In hac autem causa de qua tu ambigis optimus ẽ qui petit. Vnde petitur deterrimus: et res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur et credas

ei qui petit. Condemnesq; eum: de quo petitur: quo-
niam sicuti dicis duo pares non sunt: & qui petit me
lior est. Hoc quidem mihi tum Phauorinus ut uirũ
philosophum decuit: suasit. Sed maius ego altiusq;
id esse existimaui: q̃ quod meæ ætati & mediocrita
ti conueniret: ut cognouisse & cõdemnasse de mori
bus: nõ de probationibus rei gestæ viderer: ut absol
uerẽ tamen inducere in animũ nõ qui ui. & propter
ea iuraui mihi non liquere: atq; ita iudicatu illo so
lutus sum. uerba ex oratiõe. M. Catonis cuius cõme-
minit Phauorinus: hæc sunt. Atq; ego a maioribus
memoria sic accepi. Siquis quid alter ab altero pete
ret si ambo pares essent: siue boni: siue mali essent: q
duo res gessissent uti testes non interessent: illi unde
petitur ei potius credendũ esse. Nũc si spõsionem fe
cisset Gellius cũ Turio: ni uir melior esset Gellius q̃
Turius: nemo opinor tam insanus esset: qui iudicaret
meliorem esse Gellium q̃ Turium. Si non melior ẽ
Gellius Turio: potius oportet credi unde petitur.

An æmuli: Infensiq; inter sese fuerint Xenophõ
& Plato. Cap. III.



Vi de Xenophontis Platonisq; uita: &
moribus pleraq; omnia exquisitissime
scripsere: nõ ab fuisse ab eis motus quos-
dam tacitos & occultos simultatis: &
æmulationis mutuæ putauere: & eius rei argumen
ta quædam coniectatorie ex eorum scriptis protule-
runt. Ea sunt profecto eiuscemodi: q neq; a Platone
in tot numero libris mentio usq̃ facta sit Xenophon
tis: neq; item contra ab eo Platonis in suis libris: quã

Platonis & Xenophontis

q̄ꝫ uterqꝫ:ac maxime Plato cōpluriū Socratis sectæ æmula
torū in sermonibus quos scripsit cōmeminit. Id etiā tio.
esse nō sinceræ:neqꝫ amicæ uolūtatis indicium credi
dere. ꝙ Xenophon inclyto illi operi Platonis: quod
de optimo statu reipublicæ ciuitatisqꝫ administran
dæ scriptū est:lectis ex eo duobus fere libris: qui pri
mi in uulgus exierāt:opposuit cōtra cōscripsitqꝫ di Pædia
uersum regiæ administrationis genus quod παι- Cyri.
δειασ κυρου:id est institutiōis Cyri inscriptū
est. eo facto scriptoqꝫ eius usqꝫ adeo ꝑmotū esse Pla
tonē ferūt ut quodā in libro mētione Cyri regis ha-
bita retractādi:leuādiqꝫ eius operis gratia: uirū qui
dē Cyrum nauū et strenuū fuisse dixerit παιδει
ασ δ' ουκ ορθωσ ηφθαι τοπαραπαν:
id ē institutionē autem minime recte attigisse. Hæc
enim uerba sunt de Cyro Platonis. Præterea putāt
id quoqꝫ ad ista quæ dixi:accedere: ꝙ Xenophon in
libris:quos dictorū ac factorū socratis cōmentarios cō
posuit:negat socratē de cœli atqꝫ naturæ causis ratio
nibusqꝫ unq̄ꝫ disputasse. Ac ne disciplinas quidē cæ
teras quæ μαθηματα. id est disciplinas græci ap
pellant. quæ ad bene beateqꝫ uiuendū nō pertinent:
aut attigisse:aut cōprobasse. Idcirco turpiter eos men
tiri dicit:qui disertationes istiusmodi Socrati attri-
buerent:hæc autem inquiunt Xenophō quū scripsit:
Platonem uidelicet notat:in cuius libris Socrates de
physica & musica & geometria disserit. Sed enim
de uiris optimis & grauissimis:si credendum hoc:
aut suspicandum fuit:causam equidem esse arbitror
non obtrectationis neqꝫ inuidiæ:neqꝫ de gloria ma-

iore parienda certationis. Hæc enim procul a moribus philosophiæ absunt: in quibus illi duo omnium iudicio excelluere. Quæ igitur est istius opinionis ratio? Hæc profecto est: æquiparatio ipsa plærumq; & parilitas uirtutum inter sese consimilium: etiam si contentionis studium & uoluntas abest: speciem tamen æmulationis creat. Nam quum ingenia quædã magna duorum pluriumue in eiusdem rei studio illustrium: aut pari sunt fama: aut proxima: oritur apud diuersos fautores eorum industriæ: laudisq; æstimandæ contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoq; ipsos cõtagium certationis aspirat. Cursusq; eorum ad eandem uirtutis calcem pergentium: quando est compar uel ambiguus in æmulandi suspitiones non suo sed fauentium studio delabitur. Proinde igitur & Xenophon: & Plato Socraticæ amœnitatis duo lumina: certare æmulariq; inter sese existimati sunt: quia de iis apud alios uter esset exuperantior certabatur. Et quia duæ eminentiæ quũ simul iunctæ in arduum nitãtur: simulacrum quoddam contentionis æmulæ pariunt.

Q[uo]d apte Chrysippus. & graphice imaginem iustitiæ modulis coloribusq; uerborum depinxit. Cap. IIII.



Ondigne me hercle: & cũ decore Chrysippus in librorum qui inscribũtur πε ρι καλου: και ηδονης. id est de honesto: & uoluptate primo. Os & oculos iustitiæ: multumq; eius seueris atq; uenerandis uerborum coloribus depinxit. Facit quippe imagis

nem iuſtitiæ: fieriq; ſolitam eſſe dicit a pictoribus: Iuſtitiæ rhetoribuſq; antiquioribus ad hũc ferme modũ. For imago. ma atq; filo uirginali: aſpectu uehementi & formidabili: luminibus oculorum acribus: neq; humilis: neq; atrocis: ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Ex imaginis iſtius ſignificatione intelligi uoluit iudicem: qui iuſtitiæ antiſtes eſt oportere eſſe grauem: ſanctum: ſeuerum: incorruptum: inadulabilem: contraq; improbos nocenteſq; immiſericordem atq; inexorabilem: erectumq; & arduum: & potentem ui & maieſtate æquitatis: ueritatiſq; terrificũ. Verba ipſa Chryſippi de iuſtitia ſcripta hæc ſunt.

ϖαρθὲνοσ δὲ εἶναι λεγεται · κατα-
συμβολον τοῦ αδιαφθοροσ εἶναι
και μηδ αμωσ εν Διδομαι τοισ κα-
κουργοισ · μηΔε ϖροσιεσθαι μητε
τουσ εϖὶεικεισ λογυσ μητε ϖαραι-
τησιν · και δεησιν · μητε κολακειαν ·
μητε αλλο μηΔεν των τοιουτων · οις
ακολουθῶσ καὶ σκρυθρώϖη γραφε-
ται · και σῦνεσηκοσ εχουσα το ϖρο-
σωϖον και εν, τονον, καὶ ΔεΔορκοσ
βλεϖουσα · ὡστε τοισ μεν αΔικοισ
φοβον εμϖοιειν · τοισ Δε Δικαιοισ
θαρσος · τυῖσ μεν ὡσ ϖρὸσ φὶλουσ-
οντος του τοιουτου ϖροσωϖου · τοις
δε ετεροισ ϖροσ αντουσ · id eſt dicitur uirgo eſſe indicio eam eſſe incorruptam improbis

nunq̃ concedere: nõ semones blandos: non purgationem: non deprecationem: non adulationem: non deniq; quicq̃ aliud pati. Quas ob res merito tristis etiã pingitur: uultu graui: aspectu contento & toruo: ut iniustis terrorem incutiat: iustis fiduciã præbeat quãdo huiuscemodi facies iustis grata: iniustis molesta sit. Hæc uerba Chrysippi: eo etiam magis ponenda existimaui: ut prompta atq; exposita ad consyderandum iudicandumq; sint. Quoniam legentibus nobis ea delicatores, quidã disciplinarum philosophi: seuitiæ imaginem istam esse: non iustitiæ dixerunt.

Lis atq; cõtentio grãmaticorũ Romæ illustrium enarrata super casu uocatiuo uocabuli: quod est egregius. Cap. V.



Efessus ego quõdam ex diutina commentatione laxandi leuandiq; animi gratia in Agrippæ cãpo deambulabã. Atq; ibi duos forte grammaticos conspicatus: nõ parui in urbe Roma nominis: certationi eorum acerrimæ affui: quum alter in casu uocatiuo uir egregi

Egregius. dicendum contenderet: alter uir egregie. Ratio autẽ eius qui egregi oportere dici censebat huiuscemodi fuit. Quæcunq; (inquit) nomina: seu uocabula recto casu numero singulari: us syllaba finiuntur: in quibus ante ultimam syllabam posita est i litera ea nomina: casu uocatiuo i litera terminantur: ut celius celi: modius modi: tertius terti: accius acci titius titi: et similia omnia. sic igitur egregius: quoniã us syllaba in casu nominãdi finitur eamq; syllabam præcedit i litera: habere debebit in casu uocandi i literam ex

tremam. & iccirco egregi non egregie: rectius dicetur. Nam diuus: & riuus: & cliuus: non us syllaba terminantur: sed ea quæ per duo u scribenda est. Propter cuius syllabæ sonum declarãdum: reperta erat noua litera f quæ digamma appellabatur. Hoc ubi ille alter audiuit. O (inquit) egregie grammatice. uel (si id mauis) egregiissime: dic oro te: inscius: et impius: et sobrius: et ebrius: et proprius: et propitius: et anxius et cõtrarius: quæ us syllaba finiunt: in quibus ãte ultimam syllabam i litera est: quem casum uocandi habent? Me enim pudor & uerecundia tenet pronũciare ea secundum tuam definitionem. Sed cum ille paulisper oppositu horum uocabulorum cõmotus reticuisset: & mox tamen se collegisset. eandemque illã quam definierat: regulam retineret: & propugnaret: diceretque & proprium: & propitium: & anxiũ: & contrarium itidem in casu uocatiuo dicendum: quia & aduersarius: & extrarius ita diceretur: inscium quoque & impium: & ebrium: & sobrium: insolentius quidem paulo: sed rectius per i literam non per e in casu eodem pronunciandum: eaque inter eos contentio longius duceretur: non arbitratus ego operæprecium esse: eadem hæc ista diutius audire: clamantes conpugnantesque illos reliqui.

Cuiusmodi sint quæ speciem doctrinarum habeant. sed neque delectent neque utilia sint. atque inibi de uocabulis singularium urbium regionumque immutatis.

Cap. VI.

HOmo nobis familiaris in literarũ cultu non ignobilis: magnamq; ætatis partẽ in libris uerſatus adiutum (inquit) ornatumq; uolo ire noctes tuas: et ſimul dat mihi librum grandi uolumine doctrinis omnigenis (ut ipſe dicebat) præſcatentem: quem elaboratum ſibi eſſe ait ex multis: et uariis: et remotis lectionibus: ut ex eo ſumerẽ: quantũ liberet: rerum memoria dignarũ. Accipio cupidus et libens tanq̃ ſi copiæ cornu nactus eſſem: et recondo me penitus: ut ſine arbitris legã. Atq; ſcripta erant: pro Iuppiter: mera miracula. Quo nomine fuerit qui primus grãmaticus appellatus eſt. Et quot fuerint Pythagoræ nobiles: quot Hippocrates: & cuiuſmodi Homerus dicat in Vlyſſis domo σειρηνεσ. id eſt ſirenes. Quam ob cauſam Thelemachus cubans iunctũ ſibi cubantem Piſiſtratũ: non manu attigerit: ſed pedis ictu excitauerit ευρυκλαια. id eſt Euryclia Thelemachũ: quo genere clauſtri incluſerit: et quapropter item poeta roſam non norit: oleum ex roſa norit. Atq; illud etiã ſcriptum fuit: quæ nomina fuerint ſociorum Vlyſſis qui a Scylla rapti laceratiq; ſunt: utrum εν τη εσω θαλασση. i. interiore mari Vlyſſes errauerit. κατα αρισταρχον. id eſt iuſta ariſtarchũ an εν τη εξω κατα κρατηρα. i. in exteriore iuxta Craterem: Id etiam iſtic ſcriptũ fuit: qui ſint apud Homerum uerſus: ισοψηφοι. id eſt pares et quorũ ibi nominũ reperiatur παραστιχισ id eſt capita & primæ uerſuum literæ. Et quis ad eo uerſus ſit qui ꝑ ſingula uocabula ſingulis ſyllabis

increscat. Ac deinde qua ratione dicit singulas pecu des i singulos ãnos terna parere. Et ex quinq; operimentis quibus Achillis clypeus munitus est: quod factũ ex auro est: summũ sit an mediũ. Et praeterea quibus urbibus: regiõibusq; uocabula iam mutata sint. Q̃d boeotia ante appellata fuerit aonia. Q̃d aegyptus aeria dicta est. Q̃d creta eodẽ quoq; nomine aeria dicta est. Q̃d attica ακτη id est ora et acta apd poetã. Q̃d corinthus ephyre. Quod macedonis ora ημαθια .i. emathia. Q̃d thessalia αιμονια .i. aemonia. Q̃d tyrus sarra. Q̃d thracia ãte sythõ dicta sit. Q̃d sestũ ποσειδωνειον .i. Neptũnium & locus Neptumni. Haec atq; item alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerant. Quẽ quũ statim properans redderem ονασο ου .id est proficiat tibi inq; doctissime uirorũ ταυτησ τησ πολυμαθιασ .i. huius multi uagae disciplinae gratia: & librum hunc opulentissimum recipe: nil prorsus ad nostras paupertinas literas congruentem. Nam meae noctes quas instructum ornatumq; isti: de uno maxime illo uersu Homeri quaerunt. quem Socrates pro omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat. οττι τοι εν μεγαροισι κακον τ᾽ αγαθον τε τετυκται. id est Aedibus i nostris: quae recta aut praua geruntur.

Q̃d. M. Varro. Cn. Pompeio consuli primum designato commentarium dedit quẽ appellauit ipse isagogicum de officio senatus habendi. Cap. VII.

N. Pompeio consulatus primus. cum. M. Crasso designatus est. eum magistratũ Pompeius quũ initurus foret: quoniã per militiæ tempora senatus habendi consulendiq; rerũ expers humanarũ fuit. M. Varronem familiarẽ suum rogauit: uti commentarium faceret εισαγωγικωμ. i. introductoriũ. Sic eñ Varro ipse appellat: ex quo disceret quid facere diceretq; deberet: cũ senatũ cõsuleret. Eum librũ cõmentariũ: quẽ super ea re Pompeio fecerat perisse Varro ait in literis quas ad Oppianũ dedit: quæ sunt in libro epistolicarũ quæstionum. iiij. in quibus literis q̃m quæ ante scripserat non comparebant. docet rursum multa ad eã rem ducentia. Primũ ibi ponit qui fuerint: per quos more maiorum senatus haberi soleret: eosq; nominat: dictatorẽ: cõsules: prætores: Tri. plæ. interregẽ: præfectum urbi: neq; alij præter hos ius fuisse dixit facere senatusconsultũ. Quotiesq; usu uenisset ut oẽs isti magistratus eodẽ tẽpore romæ essent: tũ quo supra ordine scripti essent: qui eorũ prior alijs esset: ei potissimũ senatusconsulendi ius fuisse. Addit deinde extraordinario iure tribunos quoq; militares: qui pro consulibus fuissent. Itẽ decẽuiros: quibus imperiũ consulare tum esset. Itẽ triũuiros reipu. cõstituẽdæ causa creatos: ius consulendi senatum habuisse. Postea scripsit de intercessionibus: dixitq; intercedendi ne senatusconsultũ fieret ius fuisse ijs solis: qui eadem potestate qua ij qui senatusconsultum facere uellent: maioreue essent. Tum ascripsit de locis in quibus senatusconsultum fieri iure posset: do-

cuitq; confirmauitq; nisi in loco per augures con-stituto: quod templũ appellaretur senatusconsultũ factum esset: iustũ id nõ fuisse. ꝓpterea & in curia hostilia: & in pompeia: & post in iulia: quũ ꝓfana ea loca fuissent. templa esse per augures constituta: ut in iis senatuscõsulta more maiorum iusta fieri possent. Inter que id quoq; scriptũ reliquit: non oĩs ædes sacras tẽpla esse. Ac ne eædẽ quidẽ Vestæ templũ esse. Post hæc deinceps dicit senatuscõsultum ante exortũ aut post occasum solẽ factũ ratũ nõ fuisse. Opus etiã censorium fecisse existimatos per quos eo tempore senatusconsultũ factum esset. Docet deinde inibi multa: quibus diebus haberi senatũ ius non sit: immolareq; hostiã prius auspicariq; debere qui senatũ habiturus esset. De rebus quoq; diuinis priusq̃ humanis ad senatũ referendũ est. Tum porro referri oportere: aut infinite de republica: au de singulis rebus finite. Senatus quoq; consultũ fieri duobus modis. Aut per discessionem: si consentiretur: aut si res dubia esset per singulorum sentẽtias exquisitas. singulos autẽ debere consuli gradatim. Incipitq; a consulari gradu: ex quo gradu semper quidem antea primũ rogari solitũ: qui princeps in senatum lectus esset. Tum autem quũ hæc scriberet: nouũ morẽ institutum refert per ambitionẽ gratiamq;: ut is primũ rogaretur: quem rogare uellet: qui haberet senatum: dum is tamẽ ex gradu cõsulari esset. præter hæc de pignore quoq; capiẽdo disserit deq; mulcta dicẽda senatori: qui quum in senatum uenire deberet: non adesset. Hæc & alia quædam id genus in libro: quo

Tẽplũ.

ſupra dixi. M. Varro in epiſtola ad Oppianũ ſcripta executus. Sed quod ait ſenatuſcõſultum duobus modis fieri ſolere: aut cõquiſitis ſentẽtiis: aut per diſceſſionẽ parũ conuenire uidetur cũ eo quod Atteius Capito in Cõiectaneis ſcriptũ reliquit. Nã in libro cclix. Tuberonẽ dicere ait nullum ſenatuſconſultum fieri poſſe: nõ diſceſſione facta. Quia in oĩbus ſenatuſconſultis etiã in iis: quæ per relationem fierẽt diſceſſio eſſet neceſſaria. Idq; ipſe Capito uerum eſſe affirmat. Sed de hac omni re alio in loco plenius ac curatiusq; nos memini ſcribere.

Quæſitum eſſe diſſenſumq; an præfectus: latinarum cauſa creatus: ius ſenatus cõuocandi: conſulendiq; habeat. Cap. VIII.



RÆfectum urbi: latinarum cauſa relictũ: ſenatũ habere poſſe Mutius negat: qm̃ ne ſenator quidẽ ſit: neq; ius habeat ſentẽtiæ dicẽdæ: cũ ex ea ætate præfectus fiat: quæ nõ ſit ſenatoria. M. autẽ Varro in. iiii. epiſtolarum quæſtionũ: et Atteius Capito in cõiectaneorũ. cclix. ius eſſe præfecto ſenatus habẽdi dicunt. Deq; ea re aſſenſum eſſe Capitonẽ Tuberoni cõtra ſententiã Mutii refert. Nanq; & tribunis (inquit) plæbis ſenatus habẽdi ius erat: q̃q̃ ſenatores nõ eſſent ante Atinium plæbiſcitum.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS QVINTVS.

Quod in Quinti Claudii Annalibus ſcriptum eſt lignũ alumine illitũ nõ ardere. Caput. I.



ECLAMAVERAT Antonius Iulianus rhetor per[que] semper alias: tum uero nimiũ q[uam] delectabiliter & fœliciter. Sunt enĩ ferme scholasticæ istæ declamationes: eiusdẽ hoĩs: eiusdẽq[ue] facũdiæ: non eiusdẽ tamẽ quotidie fœlicitatis. Nos ergo familiares eius circũfusi undiq[ue] eũ p[ro]sequebamur domũ: cum deinde subeũtes montẽ Cispiũ cõspicimus insulã quandã occupatã igni: multis arduisq[ue] tabulatis editam: & p[ro]pinqua iam omnia flagrare uasto incẽdio. Tũ quispiã ibi ex comitibus Iuliani. Magni (inquit) redditus urbanorũ prædiorũ: sed pericula sunt lõge maxima. Si q[ui]d aũt posset remediũ fore: ut ne tam assidue domus Romæ arderẽt: uenũ hercle dedissem res rusticas: & urbicas emissem. atq[ue] illi Iulianus læta (ut mos eius fuit) inter fabulandũ uenustate. Si annalẽ (inquit) undeuigesimũ. Q. Claudij legisses: optimi et sincerissimi scriptoris: docuisset te p[er]fecto Archelaus Regis Mithridatis præfectus: qua medela: quaq[ue] sollertia ignẽ defenderes: ut ne ulla tua ædificatio e ligno correpta atq[ue] insinuata flãmis arderet. Percõctatus ego sum: q[ui]d eẽt illud mirũ. Quadrigarij repetit. In eo igit[ur] libro scriptũ inueni: cum oppugnaret. Lu. Scylla in terra attica Pirreũ: & cõtra Archelaus regis Mithridatis p[rae]fectus ex eo oppido p[ro]pugnaret: turrim ligneã defendẽdi gratia structã: cũ ex oĩ latere circũplexa igni foret: ardere nõ q[ui]sse: q[uod] ab Archelao alumie oblita fuisset. uerba quadrigarij ex eo li-

Cispius mons.

Alumi-nis uis.

bro hæc sunt. Tum Sylla conatus est: & tempore magno eduxit copias: ut Archelai turrim unã: quã ille interposuit: ligneam incenderet: uenit: accessit: ligna subdidit: summouit græcos: ignem admouit. satis sunt diu conati nunq͂ quiuerunt incendere. Ita Archelaus omnẽ materiam obliuerat alumine. Quod Sylla atq; milites mirabatur. & postq͂ nõ succendit: reduxit copias.

Quod Plato in libris: quos de legibus cõposuit: largiores lætioresq; in cõuiuijs inuitatiunculas uini nõ inutiles esse existimauerit. Cap. II.



X insula cræta quispiã ætatẽ Athenis agẽs: Platonicũ esse se philosophũ dicebat: & uiderier gestiebat. Erat autem nihili homo & nugator: atq; in græcæ facũdiæ gloria iactabũdus. Præterea uini libidine adusq; ludibria ebriosus. Is in conuiuijs iuuenũ: quæ agitare athenis hebdomadibus lunæ solẽne nobis fuit simul atq; modus epulis factus & utiles delectabilesq; sermones cœperant: tum silentio ad audiendũ petito: loqui cœptabat. Atq; id genus: uili et incõdita uerborũ caterua: hortabatur oẽs ad bibẽdũ. Idq; se facere ex decreto Platonico prædicabat: tãq͂ Plato in libris quos de legibus cõposuit: laudes ebrietatis copiosissime scripsisset utileq; eam esse bonis et fortibus uiris cẽsuisset. Ac simul inter eiusmodi orationẽ crebris: & ingẽtibus poculis omne ingenium ingurgitabat. Fomitẽ esse quendã dicens & incitabulũ ingenij: uirtutisq;: si mẽs & corpus hoĩs uin flagraret. Sed eñ Plato in primo: & in secundo de

legibus:non ut ille nebulo opinabatur:ebrietatẽ istã
turpissimam quæ labefecere & minuere hominum
mẽtes solet:laudauit. Sed hãc largiorem paulo iu-
cundioremq; uini inuitationẽ:quæ fieret sub quibus
dam quasi arbitris:& magistris conuiuiorũ sobriis
non improbauit. Nã & modicis modestisq; interbi
bendum remissionibus refici:integrariq; animos:ad
instauranda sobrietatis officia existimauit. reddiq;
eos sensim lætiores atq; intentiones rursum capien-
das fieri habiliores. Et simul siqui penitus in iis af
fectionum cupiditatumq; errores inessent:quos ali-
quis pudor reuerens concelaret:ea omnia sine graui
periculo libertate per uinũ data detegi & ad corri-
gendũ:medẽdumq; fieri oportuniora:atq; etiã hoc
Plato ibidem dicit:nõ de fugiendas esse:neq; respuẽ
das huiuscemodi exercitationes aduersum ꝓpulsan
dam uini uiolentiam. Neq; ullum unq̃ continẽtem
prorsus ac temperantem satis fideliter uisum esse:
cuius uita uictusq; non inter ipsa errorum pericula
& in mediis uoluptatũ illecebris explorata sit. Nã
cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorum incogni
tæ sint:quiq; illarũ omnino expers sit. Si eum forte
ad participãdas eiusmodi uoluptates: aut uoluntas
tulerit:aut casus induxerit:aut necessitas compule-
rit:deliniri plærũq; et capi. Neq; mẽtem animumq;
eius consistere. Sed ui quadam noua ictum labasce-
re. Congrediendũ igit̃ censuit & tanq̃ in acie qua
dam cũ uoluptariis rebus:cũq; ista uini licẽtia comi
nus decernendũ ut aduersum eas:nõ fuga simus tuti
nec absentia:sed uigore animi & constanti præsen

modo in amicitia Cæsaris: sed ex ea in amplissimũ quoq; ordinẽ puenisse. Mox tribunũ quoq; plæbis: ac deinde prætorẽ creatũ. Atq; in eo tẽpore iudicatũ esse a senatu hostẽ cũ M. Antonio. Post uero cõiunctis partibus: nõ pristinã tm̃ dignitatẽ recuperasse: sed põtificatũ: ac deinde cõsulatũ quoq; adeptum eẽ. Eãq; rẽ tã intoleranter tulisse populũ romanũ: qui Ventidiũ Bassum meminerat curãdis mulis uictitasse: ut uulgo per uias urbis uersiculi præscriberẽtur.

Concurrite omnes augures: aruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat: consul factus est.

Eundẽ Bassum Suetonius Tranquillus præpositũ eẽ a M. Antonio prouinciis orientalibus: parthosq; in Syria introrũpentis: tribus ab eo prœliis fusos scribit. Eumq; primum omniũ de parthis triumphasse: & morte obita publico funere sepultum esse.

Verbũ profligo a plærisq; dici improprie inscite q;. Cap. V.



Icut alia uerba plærãq;: ignoratione & inscitia improbe dicentium: quæ non intelligant: deflexa & deprauata sunt a ratione recta & consuetudine: ita huius quoq; uerbi qđ est profligo: significatio uersa et corrupta est. Nam quum ab affligẽdo: et ad perniciem interitumq; deducẽdo inclinatũ id: tractũq; sit: sempq; eo uerbo qui diligenter locuti sunt: ita usi sint: ut profligare dicerẽt prodigere & deperdere: pfligatasq; res: quasi pflictas & pditas appellarint: nũc audio ædificia & tẽpla: & alia fere multa q̃ prope

Profligo. Fere multa.

absoluta: effectaq; sunt in profligato esse dici: ipsa quasi esse iã ꝓfligata. Quapropter urbanissime respõdisse prætorẽ nõ indoctũ uirum Barbasculo cuidã: ex aduocatorũ turba Sulpitius Appollinaris ĩ quadam epistola scriptũ reliquit. Nã quũ ille inqt rabula audaculus ita postulasset: uerbaq; ita fecisset oĩa uir clarissime negocia de quibus te cogniturũ eẽ hodie dixisti: diligentia & uelocitate tua ꝓfligata sũt unum id solũ relictũ est: de quo rogo audias. Tum ꝑtor satis ridicule: an illa negocia de quibus iã cognouisse me dicis: ꝓfligata sint equidẽ nescio. hoc autẽ negociũ quod ĩ te incidit: ꝓculdubio siue audiã siue nõ audiã profligatũ est. Quod significare autẽ uolunt qui profligatũ dicunt. ĝ qui latine locuti sunt: non profligatũ sed affectum dixerunt. sicut. M. Cicero in oratione quã habuit de prouinciis consularibus. eius uerba hæc sunt. Bellũ affectum uidemus: et uere (ut dicã) pene confectũ. Item infra. Nã ipse Cæsar quid est ꝙ in mea prouincia cõmorari uelit nisi ut ea quæ per eũ affecta sunt: perfecta reipu. tradat. Idẽ Cicero in œconomico. Quũ uero affecta iã prope æstate: uuas a sole mitescere tempus est. Affectum.

In libro. M. Ciceronis de gloria secundo manifeste est erratum in ea parte in qua scriptum est super Hectore & Aiace. Cap. VI.


N libro. M. Tullii: qui est secundus de gloria: manifestus error est non magnæ rei. Quem errorẽ eẽ possit agnoscere non aliquis eruditorum sed q̃ tã tum legerit ΟΜΗΡΟΥ ΤΟ Η id est.

Homeri. Η. id est librum octauũ quamobrẽ non tam id mirabamur errasse in ea rem. M. Tullium quã non esse animaduersum hoc postea: correctumq; uel ab ipso uel a Tyrõe liberto eius diligẽtissimo homine: & librorum patroni sui studiosissimo ita enim scriptum in eodem libro est. Aiax cũ Hectore cõgrediẽs de pugnandi causa agit. ut sepeliatur: si sit forte uictus. Declaratq; se uelle ut suũ tumulum: multis etiã post sæculis prætereuntes sic loquantur.

Ciceronis error.

Hic situs est uitæ iampridem lumina linquens
Qui quondam hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur hoc aliquis. mea semper gloria uiuet.

Huius aũt sententiæ uersus: quos Cicero in linguam latinã uertit: non Aiax apud Homerum dicit: neq; Aiax ait ut sepeliatur: sed Hector dicit: & Hector de sepultura agit: priusquã sciat an secum depugnandi causa congressus sit Aiax.

ἀνδρὸσ μεν τόδε σῆμα παλαι κα-
ταθεγνειῶτοσ.
ὅν ποτ ἀρηστε υμοντα κατέκτανε
φαιδιμὸσ εκτορ.
ὥσ ποτετισ ερεει το δεμον κλεοσ
οὐπωοτολε ιται.

Ecce uiri tumulum: qui pridem a lumine cessit.
Abstulit hunc fatis præclarum splendidus Hector.
Quondam ita quis dicet: mea nunquã gloria olebit.

Obseruatum esse in senibus quod annum fere ætatis tertiũ & sexagesimũ agant: aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitũ. Atq; inibi super eadem obseruatione exẽplum appositum episto-

læ diui Augusti ad Caium nepotẽ. Cap.VII.


Bseruatũ in multa hominũ memoria: expertũq; est senioribus plærisq; omnibus sexagesimũtertiũ uitæ annũ cũ periculo et clade aliqua uenire aut corporis morbiq; grauioris: aut uitæ interitus: aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum: uerborumq; istiusmodi studio tenentur: eum ætatis annũ appellant κλιμακτηρικον .i. scalariũ. Nocte quoq; ista pxima superiore quũ librũ epistolarũ diui Augusti quas ad Caiũ nepotẽ suũ scripsit legeremus. duceremurq; elegantia orationis: neq; morosa: neq; anxia: sed facili hercle & simplici: idipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus. Eiusq; epistolæ exẽplũ hoc ẽ. viiĳ. cal. octobris. Aue mi Cai: meus Asellius iucundissimus: quẽ semper mediusfidius desydero: quũ a me abes. Sed præcipue diebus talibus: qualis est hodiernus: oculi mei requirere meũ Caiũ: quẽ ubicunq; hoc die fuisti: spero lætũ & beneualentẽ celebrasse: quartũ & sexagesimũ natalem meũ. nam ut uides κλιμακτερα. id est scalariũ cõmunẽ seniorũ omniũ tertiũ & sexagesimũ euasimus annũ. Deos aũt oro: ut mihi quantũcunq; superest tẽporis: id saluis uobis traducere liceat: in statu reipu. fœlicissimo ανδραγαθουντων υμων καιδιαδεχομενου .i. fortiter ac uiriliter agentibus uobis: atq; succedentibus suscipientibus stationem meam.

Annus sexagesimus tertius Climatericus

Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœnarũ atq; luxuriæ exprobratione: qua usus est: cum

legem liciniam de sumptu minuendo suasit.

Cap. VIII.



Vm legeremus orationẽ ueterẽ Phauorini: nõ indiserti uiri: quã orationẽ totam ut meminisse possemus: odio hercle istiusmodi sumptus atq; uictus perdidicimus Verba quæ apposuimus Phauorini hæc sunt. Præfecti popinæ atq; luxuriæ: negãt cœnã lautã esse nisi cum libentissime edis. tum auferatur et alia esca melior atq; amplior succenturietur. Is nũc flos cœnæ haberetur inter istos: quibus sumptus et fastidiũ pro facetijs procedit. Qui negant ullã auẽ præter ficedulã totam comesse oportere cæterarũ auium: atq; altiliũ. nisi tantum apponatur: ut a cuniculus inferiore parte saturi fiant: cõuiuiũ putant inopia sordere. Superiorẽ partẽ auium atq; altilium: qui edunt: eos palatum nõ habere. Si proportione crescit luxuria: et debere epulas crescere. Videte quid relinquitur: nisi ut deliberari sibi cœnas iubeant ne edendo defatigẽtur: quando stratus auro: argento: purpura: amplior aliquot hominibus q̃ dijs immortalibus adornantur.

Vel cuniculis.

Qđ Cecilius poeta frontẽ genere uirili: nõ poetice sed cũ probatione et cum analogia appellauit

Cap. IX.

H

Ere ac diserte Cecilius hoc in subdititio scripsit. Nã ij sunt inimici pessimi fronte hilaro. Corde tristi: quos neq; ut apprændendas: neq; ut mittas scias. Hos ego uersus: cum de quodam istiusmodi homine sermones essent in circulo forte iuuenum eruditorum dixi. Tum de grammaticorum uul

Martialis ad …
Qui loquitur curios assertores q3
molito fronti redere Camillos
nupsit heri

go quispiam nobiscũ ibi assistens nõ sane ignobilis.
Quãta (inquit) licentia audaciaq; Cecilius hic fuit
cũ frõte hilaro nõ frõte hilara dixit. et tam immanẽ Fronte.
solœcismũ nihil ueritus est. Immo (inquã) potius nos hilaro.
et q̃ audaces: et q̃ licẽtes sumus: qui frontẽ improbe
indocteq; nõ uirili genere dicimus. quũ et ratio pro-
portionis quæ analogia appellatur: et ueterũ aucto-
ritas nõ hãc: sed hũc frontẽ debere dici suadeãt. quip
pe. M. Cato in quinto originũ ita scripsit postridie
signis collatis: æquo fronte: peditatũ: equitibus. Atq;
aliis cũ hostiũ legionibus pugnauit. Recto quoq; frõ
te idẽ Cato eodẽ i libro dicit. At ille semidoctus grã
maticus Missas (inquit) auctoritates facias quas qui-
dem ut habeas posse fieri puto. Sed rationẽ dic quã
nõ habes. Atq; ego ĩs eius uerbis: ut tũ ferebat ætas
irritatior: audi (inquã) mi magister rationẽ falsam
quidẽ: sed quã redarguere falsam esse tu non queas.
Omnia (inquã) uocabula tribus literis finita quibus
frons finitur: generis masculini sunt si in genitiuo
quoq; casu eadẽ syllaba finiatur: ut mons: põs: frõs.
At ille cõtra renitens. Audi (inquit) discipule plura
alia cõsimila: quæ non sunt generis masculini. Pete-
bant ibi oẽs: ut uel unũ statim diceret. Sed quum ho
mo uultum intorqueret: & nõ hisceret: coloresq; mu
taret. Tum ego intercessi: et uade inquã nũc & habe
to ad requirẽdum. xxx dies. Postq̃ inueneris repetes
nos. Atq; ita hominem nulli rei ad indagandũ uoca
bulum quo rescinderet finitionẽ fictam dimisimus.

De uoluntario et admirando interitu uirginum milesiarum. Cap. X.


Lutharchus in librorum quos περὶ ψυχῆσ id est de anima inscripsit primo cum de moribus dissereret in animos hominum incidentibus uirgines dixit: milesiæ nominis: ferme quot tum in ea ciuitate erant: repente sine ulla euidenti causa uolũtatem cepisse obeundæ mortis. Ac deinde plurimas uitã suspẽdio amisisse. Id cum accidisset indies crebrius: neq; ais earũ mori pseuerãtiũ medicina adhiberi quiret: decreuisse milesios: ut uirgines: q̃ corporibus suspensis demortuæ forẽt: ut eæ oẽs nudæ cum eodẽ laqueo: q̃ essent præuinctæ efferrẽtur. Post id decretũ uirgines: uolũtariam mortem nõ petisse: pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

Milesiæ uirgines.

Verba senatusc õsulti de exigẽdis urbe roma philosophis. Itẽ uerba edicti cẽsorũ: quo ĩprobati et coreciti sunt: qui disciplinã rhetoricã ĩstituere: et exercere Romæ cœperant. Cap. XI.


. Fannio Strabone. M. Valerio Messala consulibus: senatusconsultum de philosophis et rethoribus latinis factum est. M. Pomponius prætor senatũ cõsuluit: q uerba facta sunt de philosophis & rhetoribus: de ea re ita censuerunt ut. M. Pomponius prætor animaduerteret: curaretq; uti ei e repu. fideq; sua uideretur: uti Romæ ne essent. Aliquot deinde annis post. id senatusconsultum. Cn. Domitius ænobarbus: & L. Licinius Crassus censores: de cohercendis rhetoribus latinis: ita edixerunt. Renunciatum est nobis esse homines qui nouum genus disciplinæ instituerunt.

Rhetores & philosophi eiecti.

At quos iuuentus in ludum cõueniat:eos sibi nomẽ imposuisse latinos rhetores. Ibi homines adolescentulos dies totos desidere. Maiores nostri que liberos suos discere:& quos in ludos ita re uellent instituerunt. Hæc uoua quæ preter consuetudinem:ac morẽ maiorum fiunt:neq; placẽt neq; recta uidẽter. Quapropter & ĳs q eos ludos habent & ĳs q eo uenire consueuerunt uisum est faciundum:ut ostenderemus nostram sententiã:nobis nõ placere. Neq; illis solũ temporibus nimis rudibus:necdum græca doctrina expolitis philosophi ex urbe romana pulsi sunt uerum etiã Domtiano imperãte:senatusconsulto eiecti atq; urbe & italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoq; philosophus:propter id senatuscõ. nicopolim roma decessit.

Locus ex oratione Gracchi:de parsimonia: de pudicitia sua memoratissimus.

Cap. XII.



Racchus quũ ex sardinia redĳt:orationẽ ad populũ in concione habuit:ea uerba sunt hæc. Versatus sum inquit in prouincia:quomodo ex usu uestro existimabam esse:non quomodo ambitoni meæ conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina: neq; pueri eximia facie stabant: sed in conuiuio liberi uestri modestius erant: q̃ apud principem. post deinde hæc dicit. Ita uersatus sum in prouincia: ut nemo posset uere dicere assem: aut eo plus in muneribus me accepisse. aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Biẽnium fui in prouincia si ul

Gracchi parsimonia.

la meretrix domũ meã itroiuit: aut cuiusq̃ seruulus propter me sollicitatus est: omniũ nationũ postremissimũ nequissimũq̃ æstimatote. Quũ a seruis eorum tã caste me habuerim: inde poteritis cõsyderare. Quo modo me putetis cũ liberis uestris uixisse atq̃ ibi ex interuallo. Itaq̃ (inquit) quirites: quũ romæ ꝑfectus sum: zonas quas plenas argẽti extuli: eas ex prouincia inanes rettuli: Alij uini amphoras: quas plenas tulerũt: eas argẽto plenas domo reportauerunt.

De uerbis inopinatis quæ utroq; uersum dicũtur et a grãmaticis cõmunia uocatur Cap. XIII.

Cõia uerba multa.



Tor et uereor et hortor et cõsolor cõmunia uerba sunt ac dici utroq̃ uersu possunt: uereor te: et uereor abs te: id est tu me uereris. utor te: et utor abs te. id est tu me uteris. hortor te: et hortor abs te. id est tu me hortaris. consolor te et cõsolor abs te. id est tu me cõsolaris. testor quoq; et interpretor significatio reciproca dicunt̃: Sunt aũt uerba hæc omnia ex altera parte inusitata: Et an dicta sint in eã quoq; partẽ quæri solet. Afranius in cõsobrinis. Hem iste parentum est uitabilis liberis: ubi malunt metui q̃ uereri se a suis. Hic uereri ex ea parte dictum est: qua est nõ usitatius. Nouius in ligararta: uerbum quod est utitur: ex contraria parte dicit. Quia suppellex multa: quæ non utitur: emitur tamen id est que usui non est. M. Cato in quinta origine: exercitum (inquit) suum pransum paratum cohortatus eduxit foras: atq̃ instruxit: consolor quoq; in partem alteram: præterq̃ dici solitum est in epistola. Q. Metelli: quam quum

in exilio esse ad Cn. & ad. L. Domitios dedit. Ac quũ animũ (inquit) uestrũ erga me uideo uehemẽter cõsolor. & fides uirtusq; uestra mihi ante oculos uersatur. Testata itidem & interpretata eadẽ ratione dixit. M. Tullius in primo libro de diuinatione. ut testor interpretorq; uerba cõia uideri debeant. Salustius quoq; eodẽ modo dilargitus pscriptorũ bonis dicit. tanq; uerbum largior sit ex uerbis cõmunibus. Veritũ autẽ sicut puditũ & pigitũ: nõ personaliter per infinitũ modũ dictum esse: nõ a uetustioribus tm̃ uidemus: sed a. M. quoq; Tullio in. ii. de finibus. Primũ (inquit) Aristippi cirenaicorũq; omniũ: quos nõ est ueritũ in ea uoluptate: quæ maxima dulcedine sensum moueret summũ bonum ponere. Dignor quoq; & ueneror. Cõfiteor & testor: habita sunt in uerbis cõibus: sicut in Virgilio illa dicta sunt. Coniugio anchisa ueneris dignãte superbo. et Cursusq; dabit uenerata sacerdos. Cõfessio autem æris de quo facta cõfessio est: in. xii. tabulis scriptum est his uerbis. Aeris confessi: rebusq; iudicatis. xxx. dies iusti sunt. Itẽ ex iisdẽ tabulis id quoq; est. Quæ si erit testatior: libripensue fuerit in testimoniũ feriatur improbus intestabilisq; esto.

Quod Metellus Numidicus figurã orationis noua ex orationibus græcis mutatus est. Cap. XIIII.



Apud. Q. Metellũ Numidicũ in libro accusationis in Valeriũ Messalã tertio noue dictũ esse annotauimus. Verba ex oratione eius hæc sunt. Quũ sese sciret in tantũ crimẽ uenisse: atq; socios ad senatum quæstum

flentes ueniſſe: ſeſe maximas pecunias exactos eſſe: pecunias ſe maximas exactos id nobis uidebat̃ græca figura dictum. Græci em̃ dicũt ειο ωραξατο μεαργυριον.i.exigit a me argẽtũ. Id ſignificat exegit me pecuniã: q̃ ſi id dici põt: etiã exactus eſſe aliquis pecuniã dici põt. Cecilius quoq; eadem figura in hypobolimæo æſchino uſus uidet̃. Ego illud minus nihilo exigor portoriũ: id eſt nihilominus exigitur de me portorium.

Paſſis uelis: & paſſis manibus dixiſſe ueteres: non a uerbo ſuo quod eſt patior: ſed ab alieno q̃d eſt pando. Cap. XV.

Paſſum a pãdo. Expaſſum.



AB eo q̃d eſt pando paſſum ueteres dixerũt: nõ pãſum: & cum præpoſitione ex paſſum: nõ expãſum. Cecilius in ſynariſtoſis. Heri uero pſpexiſſe eũ ſe ex tegulis. Hæc nunciaſſe & flãmeũ expaſſum domi ea pillo quoq; eſſe mulier paſſo dicit̃: quaſi porrecto et expãſo: et paſſis manibus: et uelis paſſis dicimus q̃d ſignificat diductis: atq; diſtẽtis. Itaq; Plautus in milite glorioſo a litera in e mutata: p cõpoſiti uocabuli morẽ diſpeſſis dicit: p eo quod eſt diſpaſſis.

Diſpeſſis.

Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundum extra
Portã diſpeſſis manibus patibulũ quũ habebis.

De nouo genere interitus crotonienſis Milonis.
Caput. XVI.

Milonis interitus.



MIlo crotoniẽſis athlæta illuſtris: quem in chronicis ſcriptum eſt Olympiade prima coronatũ eſſe: exitũ habuit uitæ miſerãdũ & mirandũ. Quũ iam na-

tu grandis artem athlæticam desisset: iterq; faceret forte solus in locis Italiæ siluestribus: quercum uidit ꝓxime uiã patulis in parte media ramis biantẽ. Tũ experiri (credo) etiam tunc uolens: an ullæ sibi reliquiæ uires adessent: immissis in cauernas arboris digitis diducere & rescindere quercũ conatus est. Ac mediã quidẽ partẽ discidit: diuellitq;. Quercus autem in duas diducta partes: quũ ille quasi perfecto: quod erat connixus: manus laxasset: cessante ui redit in naturã: manibusq; eius retentis inclusisq; stricta denuo: & cohæsa dilacerandũ hoĩem feris præbuit.

Quam ob causam nobiles pueri atheniensium tibijs canere desierint quũ patrium istũ morem canendi haberent. Cap. XVII.

Alcibiades.


Lcibiades atheniensis: quũ apud auũculũ Periclẽ puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur: & arcessi pericles Antigenidã tibicinẽ iussisset ut eũ canere tibijs quod honestissimũ tum uidebatur doceret: traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset: inflassetq;: pudefactus oris deformitate: abiecit infregitq;. Ea res quũ percrebuisset: omniũ tamẽ Atheniensiũ cõsensu disciplina tibijs canẽdi desita est. Scriptum hoc in commentario Pamphilæ nono & uigesimo.

Quod pugna belli ciuilis: uictoriaq;. C. Cæsaris: quam uicit in pharsalijs campis nunciata prædictaq; est per cuiusdam Cornelij sacerdotis uaticinium: eodem ipso die in Italia patauij. Cap. XVIII.


Vo. C. Cæsar: & Cn. Pompeius die ciuile bellũ signis collatis in thessalia conflixerũt: res accidit Patauii in trãspadana Italia memoria digna: Cornelius quidã sacerdos & loco nobilis & sacerdotiis religionibus uenerandus & castitate uitæ sanctus repente mota mẽte cõspicere se ꝑcul dixit pugnã acerrimã pugnari. Ac deinde alios cedere: alios urgere cædẽ: fugã: tela uolãtia: instaurationẽ pugnæ impressionem: gemitus: uulnera: perinde ut si ipse in prœlio uersaretur: corã uidere sese uociferatus est. Ac postea subito exclamauit Cæsarẽ uicisse. At Cornelii sacerdotis ariolatio leuis tũ quidẽ uisa est: & uecors. Magnæ mox admirationi fuit: ꝙ nõ modo pugnæ quæ in thessalia pugnata est: neq; prœlii exitus: qui erat prædictus: idẽ fuit: sed oẽs quoq; pugnãdi reciprocæ uices: & ipsa exercituum duorum cõflictatio uaticinantis motu atq; uerbis repræsentata est.

Cornelius sacerdos.

Verba. M. Varronis memoria digna ex satyra quæ inscribitur ϖερι εδεσ ματων. id est de eduliis. Cap. XIX.


On paucissimi sunt: in quo põt conueni re id quod. M. Varro dicit ĩ satyra quæ inscribitur ϖερι εδεσ ματων. id est de eduliis. uerba hæc sunt. Si quantũ opere sumpsisti: ut tuus pistor bonum faceret panem: eius duodecimam philosophiæ dedisses: ipse bonus iampridem esses factus. Nunc illum qui norunt uolunt emere milibus centum. Te qui nouit nemo centussis.

Notata quædã de Euripidis poetæ genere: uita: moribus: deq; eiusdem fine uitæ. Cap. XX.



Vripidi poetæ matrem Theopompus agrestia olera uendẽtẽ uictum quæsiſſe dicit. Patri aũt eius nato illo: rñſum ẽ a Chaldæis eum puerum quum adoleuiſſet: uictorẽ ĩ certaminibus fore. Id ei puero factum eẽ pater interpretatus athletã debere eẽ roborato exercitatoq; filiĳ ſui corpore olympiã certaturum eum ĩter athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamine pambiguam ætatẽ receptus nõ ẽ. Poſt eleuſino & theſeio certamine pugnauit: & coronatus eſt. Mox a corporis cura ad excolendi animi ſtudiũ trãſgreſſus auditor fuit phyſici Anaxagoræ & rhetoris Prodici. In morali autem philoſophia ſocratis Tragœdiã ſcribere natus annos duo deuiginti adortus ẽ. Philocorus refert in inſula ſalamine ſpeluncã eſſe tetrã & horridã: quam nos uidimus: in qua Euripides tragœdias ſcriptitauit. Mulieres fere omnis in maiorẽ modum exoſus fuiſſe dicitur: ſiue ꝙ natura abhorruit a mulierum cœtu: ſiue ꝙ ſimul duas uxores habuerat cum id decreto ab athenienſibus facto ius eẽt: quarum matrimoniĳ pertedebat. Eius odiĳ mulieres Ariſtophanes quoq; meminit Εμ ταισ ϖρατεροισ θεσμοφοριαζουσαυσ. id eſt in prioribus theſmophoriĳs quum mulieres ad ſacra conueniunt eleuſina. theſmophoria enim feſta ſunt Cereris in his uerſibus. Theſmo phoria.

Euripides (margin, beside first line)

μυν ουν απασαις αιςι ϖαραεμω και λεγω
τουτομ κολασαι τομ ανδραϖωλ-

λογ̄ οὕνεκα
ἀγρία γαρτινα ὢ γυναῖκες ἆρα ἀτε ἐν ἀγρίοισ
Τοισ λαχανοῖσ αὐτὸσ τραφεισ.id est
Omnis igitur nunc admoneo.& dico.
Virum hunccine ulciscí.multis de causis.
Agrestia & enim quædam matronæ agit:ut qui
In agrestibus enutritus oleribus sit.
Alexander autem Aetolus hos de Euripide uersus composuit.
ὁ δὲ ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου.
στριφνὸσ μὲν ἐμοί γε ἔοικε προσειπεῖν
Καὶ μισογέλωσ καὶ τωθάζειν.οὐδὲ παροινον.
μεμαθηκὼς.ἀλλ᾽ ὅτι γράψαι τοῦτ᾽ ἂν.
μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει.i.
At Anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad salutandum uidetur.
Et ridendi exosus & iocari ne ad uinum quidem
Consuetus.uerum quicquid scripserit.id
A melle:ac syrenibus profluit.
Is cũ in Macedonia:apud Archelaũ Regẽ esset: uteretur q; eo rex familiariter:rediens nocte ab eius cœna:canibus a quodam æmulo immissis dilaceratus est:& ex iis uulneribus mors secuta est. Sepulcrũ aũt eius:& memoriam macedones eo dignati sunt honore:ut in gloriæ quoq; loco prædicarẽt.οὔ ποτε σὸν μνῆμα εὐριπίδη ὄλοιτό που id est nulla ætate tua.Euripides monumẽta pribũt.

Q͞d egregius poeta morte obita sepultus in eorũ terra foret. Quãobrem cũ legati ad eos ab atheniẽsibus missi: petissent ut ossa in terrã illius patriam permitterent transferri maximo consensu macedones in ea re deneganda præstiterunt.

Q͞d a poetis Iouis filij prudentissimi: humanissimiq; : Neptuni aũt inhumanissimi : & ferocissimi traduntur. Cap. XXI.

PRæstantissimos uirtute: prudentia: uiribus Iouis filios poetæ appellauerũt: ut Aeacũ: Minoa: & Sarpedona: ferocissimos: & immanes: & alienos ab oĩ hũanitate tanq̃ e mari genitos Neptuni filios dixerunt: Cyclopa: & Ceryona & Lestrigonas. Filij Iouis filij Neptuni.

Historia de Sertorio duce deq; astu eius: commẽtitijsq; simulamẽtis: q̃bus ad barbaros milites cõtinẽdos: cõciliãdosq; sibi utebatur. Cap. XXII.

SErtorius uir acer: egregiusq; dux: et utẽdi regendiq; exercitus peritus fuit. is in temporibus difficillimis mentiebat̃ ad milites si mendacium prodesset: & literas compositas pro ueris legebat: et somnium simulabat & falsas religiones cõferebat: si quid istæ res eum apud militum animos adiuuabant. illud adeo Sertorij nobile ẽ. Cerua alba eximiæ pulcritudinis: & uiuacissimæ celeritatis a Lusitano ei quodã dono data est: hãc sibi oblatã diuinitus & instinctam Dianæ numine: colloqui secum: monereq; et docere: quæ utilia factu essent: persuadere omnibus instituit. Ac si quid durius uidebatur quod imperandum mi- Sertorij astutia

litibus foret: a cerua sese monitũ prædicabat. Id quũ dixerat uniuersi tanq̃ si deo libẽtes parebãt. Ea cerua quodã die quum incursio cẽt hostium nunciata: festinatione: ac tumultu consternata: in fugã se proru pit: atq; in palude proxima deliuit. & postea requisita perisse credita est. Neq; multis diebus post inuẽtã esse cerua Sertorio nunciat. Tum qui nunciauerat iussit tacere. Ac ne cui palã diceret: interminatus ẽ. Præcepitq; ut eã postero die repẽte in eum locum: in quo ipse cum amicis cẽt: immitteret. Admissis deinde amicis postridie: uisum sibi eẽ ait in quietem: ceruam quæ perierat ad se reuerti. Et ut prius cõsueuerat: quod opus esset facto prædicare. Tum Sertorio quod imperauerat significãte cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit. Clamor factus: & orta admiratio est. Eaq; hominum barbarorum credulitas Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. Memoriæ ꝓditum est ex ijs nationibus: quæ cum Sertorio faciebant: quum multis prœlijs superatus esset: nemine unq̃ ab eo desciuisse: q̃q̃ id genus hominũ esset mobilissimum.

De ætatibus historicorum nobilium Hellanici: Herodoti: & Thucydidis. Cap. XXIII.



Hellanicus. Herodotus. Thucydides.

Ellanicus: Herodotus: Thucydides historiæ scriptores in ijsdem temporibus fere laude ingenti floruerunt. Et nõ nimis lõge distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli peloponesiaci fuisse q̃nq; & sexaginta annos natus uidetur. Herodotus tres & q̃nquaginta. Thucydides quadraginta. Scri

ptum hoc in lib.xi.Pamphilæ.

Quid Vulcatius Sedigitus in libro quem de poetis scripsit de comicis latinis iudicarit. Cap.XXIIII.


Edigitus in libro quem scripsit de poetis quid de iis sentiat:qui comœdias fecerunt:& quem præstare ex omnibus cæteris putet:ac deinceps quo queq; in loco & honore ponat:his uersibus suis demonstrat.

Multos in certo certare hanc rem uidimus.
Palmam poetæ comico cui deferant.
Eum me iudice errorem dissoluam tibi.
Contra ut si quis sentiat:nihil sentiat:
Cecilio palmam statuo de comico. Comici
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein Neuius qui feruet:precio in tertio est.
Si quid quarto detur:dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum:Trabea octaunm obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium Lusilium
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

De uerbis quibusdã nouis quæ in.Cn.Matii Mimiiambis offenderamus. Cap.XXV.


N.Matius uir eruditissimus i Mimiiãbis suis non absurde neq; absone finxit recentatur:pro eo quod Græci dicũt Recẽtatẽ αναγεουται:id est renouatur:id ẽ denuo nascitur:atq; iterum fit recens. Versus in quibus hoc uerbum est:hi sunt.

Iamiam albicassit phœbus:& recen'atur:
Commune lumen hominibus & uoluptas.

Edulcare. Idem Matius in iisdem nimiiambis:edulcare dicit: quod ẽ dulcius reddere in his uersibus.

Quapropter edulcare conuenit uitam.
Curasq; acerbas sensibus gubernare.

Quibus uerbis Aristoteles philosophus definierit syllogismũ:eiusq; definitionis interpretamẽtum uerbis latinis factũ. Cap.XXVI.



Ristoteles quid syllogismus esset:his uerbis definit. λοτοσ εμωτεθεμ τωμ τιμωμ ετερομτι τον κειμεμομ:εξαμαγκησσιβ μαιμει δια τωμ κειμεμομ id est oratio.in qua positis quibusdam:aliud quid a positis:necessario consequitur per ea quæ posita sũt. Eius definitionis non uidebatur haud incommode

Syllogismus. interpretatio facta hoc modo. Syllogismus ẽ oratio in qua cõsensis quibusdam & concessis: aliud quid ꝓ quæ concessa sunt:per ea quæ concessa sunt:necessario conficitur.

Quid sint comitia calata:quid curiata:quid centuriata:quid tributa:quid cõsiliũ Atq; inibi quædam eiusmodi. Cap.XXVI.

Cõitia calata. Cõitia curiata. Cõitia centuriata.



N libro Lælii fœlicis ad.Q.Mutiũ primo scriptũ est.Labeonẽ scribere, calata cõitia eẽ:quæ ꝑ collegio põtificũ habẽtur : aut regis sacrorũ:aut flaminũ:inaugurãdorum cã.Eorũ autem alia esse curiata alia centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari:id conuocari:

centuriata per cornicinem. Iisdem comitiis quae calata appellari diximus: & sacrorũ detestatio: & testamenta fieri solebãt. Tria em̃ genera testamentorũ fuisse accepimus. Vnũ quod calatis comitiis in concione populi fieret. Alterũ in pcinctu quum uiri ad prœliũ faciendũ in aciẽ uocabãtur. Tertiũ per familiæ emãcipationẽ: cui æs & libra adhiberetur. In eodem Lælii fœlicis libro hæc scripta sunt. Is qui non uniuersum populũ: sed partẽ aliquã adesse iubet: nõ comitia sed conciliũ edicere debet. Tribuni aũt neq; aduocãt patricios: neq; ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidẽ ppriæ: sed plæbiscita appellantur: quæ tribunis plæbis ferẽtibus accepta sunt. Quibus rogationibus ante patricii nõ tenebãtur: donec Q. Hortẽsius dictator eã legem tulit: ut eo iure quod plæbes statuisset: oẽs quirites tenerentur. Itẽ in eodẽ libro hoc scriptũ est. Quũ ex generibus omniũ suffragiũ feratur: curiata comitia esse. Quum ex censu et ætate cẽturiata. Quũ ex regionibus et locis tributa. Cẽtauriata aũt comitia intra pomeriũ fieri nefas esse: quia exercitũ extra urbẽ imperari oporteat intra urbẽ impari ius nõ sit. Propterea cẽturiata in cãpo martio haberi: exercitũq; impari præsidii cã solitũ: qm̃ populus eẽt in suffragiis ferẽdis occupatus.

Testamentorũ tria genera.

Plæbiscita.

Quod errauit Cor. nepos quũ scripsit Ciceronẽ tres & uiginti annos natũ causam pro Sex. Roscio dixisse. Cap. XXVIII.



Cor. Nepos & rerum memoriæ nõ indiligens: & M. Ciceronis: ut qui maxime potis amicus familiarisq; fuit. Atq; is tamen

Cor. nepos error.

in primo librorũ quos de uita illius composuit errasse uidetur quum eũ scripsit tris et uiginti annos natum: primã causam iudicij publici egisse Sex. ꝗ Roscium parricidij reũ defendisse. Dinumeratis quippe annis a Q. Cepione: & a Q. Serrano quibus consulibus ante diẽ iij. nonas Ianuarij M. Cicero natus ẽ: ad M. Tulliũ: & Cn. Dolobellã quibus consulibus causam priuatã ꝓ Quintio apud Aquiliũ Galliũ iudicẽ dixit sex et uiginti anni reperiũtur. Neq; dubiũ est: quin post annũ: ꝗ̃ ꝓ Quintio dixerat. Sex. roscium reũ parricidij defenderit: annos iã septẽ et uiginti natus. L. Sylla Fœlice: & Q. Metello Pio cõsulibus. In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit: ꝙ eũ scripserit: sexto et uigesimo ætatis anno pro Sexto Roscio dixisse. Longior autẽ Nepotis: ꝗ̃ Fenestellæ error est: nisi qs uult in animũ inducere: studio amoris: et amicitiæ adductũ: amplificandæ admirationis gratia: quadriennium Nepotẽ suppressisse: ut M. Cicero orationẽ florentẽ dixisse pro Roscio admodũ adolescens uideretur. Illud adeo ab utriusq; oratoris studiosis animaduersum & scriptum est. ꝙ Demosthenes et Cicero pari ætate illustrissimas orationes ĩ causis dixerint. Alter κατα ανδροτιωνος και κατα τιμοκρατους: id est in androtionem & in Thimocratem: septẽ et uiginti annos natus alter anno minor pro Pu. Quintio: septimo et uigesimo ꝓ Sex. Roscio. Vixerũt quoq; nõ nimis numerũ annorũ diuersum. Alter tris & sexaginta annos Demosthenes. lx.

Quali figura orationis et ꝗ̃ noua. Lu. Piso anna

lium scriptor usus sit. Cap.XXIX.

QVæ istæ in loquendo figuræ notæ: satis usitatæ sunt. Mihi nomē est Iulius. et mi Est mihi nomē est Iulij. Tertiam figurā nouā hi nomē hercle repperi apud Pisonem in secundo annalium. Verba Pisonis hæc sunt. L. Tarquiniū collegam suum: quia Tarquinio nomē esset metuere. Eumq; orat: uti sua uoluntate Roma concedat. Quia Tarquinio (inquit) nomen esset. Hoc perinde est: tanq̃ si ego dicam: mihi nomen est Iulium.

Vehiculum q̃ petorritum appellatur cuiatis linguæ uocabulum sit græcæ an gallicæ.

Cap.XXX.

QVi ab alio genere uitæ detriti iam & retorridi ad literarū disciplinas serius adeunt: si forte idem garruli natura et subargutuli sunt: q̃ oppido fiunt in literarum ostentatione inepti & friuoli. Qđ genus profecto ille homo est: qui de petorritis nup̱ argutissimas nugas dixit. Nam quum quæreretur petorritū quali forma uehiculū: cuiatisq; linguæ uocabulum esset: & faciem uehiculi ementitus est longe alienam: falsamq;: & uocabulum græcum esse dixit. Atq; id significare uolucres rotas interpretatus est. Cōmutataq; una litera petorritum esse dictum uolebat: quasi petorotum. Scriptū etiā hoc esse a Valerio contendit Probo. Ego quum probi multos admodum cōmentariorum libros acquisiuerim: neq; scriptum in his inueni: nec usq; alioquim Probum scripsisse credo. Petorritum enī est nō ex græca dimidiatum sed totum Petorritum.

transalpibus factũ: nam est uox gallica. Id scriptũ est in libro. M. Varronis quartodecimo rerum diuinarum. Quo in loco Varro quum de petorrito dixisset: esse id uerbum gallicum: lanceam quoq; dixit nõ latinum sed hispanicum uerbum esse.

Lancea.

Quæ uerba legauerint rhodij ad hostiũ ducẽ Demetriũ quum ab eo obsiderẽtur super illa inclyta Hyalisi imagine. Cap. XXXI.

Demetrius.

RHodum insulam celebritatis antiquissimæ oppidumq; in ea pulcerrimum ornatissimumq; obsidebat oppugnabatq; Demetrius dux ætatis suæ inclytus. Cui a peritia disciplinaq; faciendi obsidij: machinarũq; solertia: ad capienda oppida repertarum cognomentum πολιορκητὴς id est urbium expugnator fuit. Tum ibi in obsidione illa ædes quasdã publice factas quæ extra muros urbis cum paruo præsidio erat aggredi: atq; uastare: et absumere igni parabat. In ijs ædibus erat memoratissima illa imago Hyalisi Protogenis manu facta illustris pictoris. Cuius operis pulcritudinem: præstantiamq; ira percitus rhodijs inuidebat. Mittunt rhodij legatos ad Demetrium cum his uerbis. Quæ malum (inquiunt) ratio est ut tu imaginẽ istam uelis incendio ædium facto disperdere. Nam si nos omnis superaueris ac oppidum hoc totum ceperis: imagine quoq; illa integra & incolumi per uictoriã potieris. Sin uero nos uincere obsidendo nequieueris. petimus cosyderes ne turpe tibi sit: quia nõ potueris bello rhodios uincere bellum cũ protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis

Hyalisus pictor.

audiuit oppugnatione desita et imagini et ciuitati
pepercit.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTI
CARVM COMMENTARII LI-
BER DECIMVS SEXTVS.

Verba Musonii philosophi græca digna atq;
utilia audiri: obseruariq; eiusdē utilitatis senten
tia. M. Catone multis ante annis numantiæ ad
equites dicta. Cap. primum.


Dolescētuli cū etiā tū in scholis
essemus ε ὑπομνηματιον. i.
cōmentatiūculā hoc græcū quod
apposui dictum esse a Musonio
philosopho audiebamus: & qm̄
uereatq; luculēte dictū uerbisq; ē
breuibus et rotūdis iūctū: p̄ q; libēter memineramus
αντι πραξῃς καλον μετα πονου ο μεν
πονοσ οιχεται: το δε καλον μενει
αν τι ποιησῃς αισχρον μετα ηδονησ
το μεν ηδυ οιχεται το δε αισχρον με-
νει. i. Si per laborē honesti quippiam egeris: labo-
rabit. honestum manet. Si per uoluptatem turpe fe-
ceris quippiam: quod suaue est abit: quod turpe est
manet. Postea istā ipsam sentētiā in Catonis oratiōe:
quā dixit numātiæ apd eqtes: positā legimus. Quæ
et si laxioribus paulo: longioribusq; uerbis compræ
hensa est q; illud græcū qd diximus qm̄ tamē prior
tempore: antiquior est: uenerabilior uideri debet.
Verba ex oratione hæc sunt. Cogitate cū animis ue-

ſtris: ſiquid per laborem recte feceritis labor ille a uobis cito recedet: benefactum a uobis dum uiuetis nõ abſcedet. Sed ſi qua per uoluptatem nequiter feceritis: uoluptas cito abibit nequiter factum illud apud uos ſemper manebit.

Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percontandi diſſerendiq;: & quæ ſit eius legis repræhenſio.

Cap. II.



Egẽ cẽ aiũt diſciplinæ: dialecticæ ſi de quapiam re quæratur diſputeturq;: atq; ibi quod rogere: ut reſpondeas: tũ ne am plius quid dicas: q̃ id ſolũ: quod eſt rogatus: aut dicas aut neges. Eamq; legem qui non ſeruãt et aut plus: aut aliter q̃ ſunt rogati reſpondeant: exiſtimantur rudes indoctiq; eſſe: diſputandiq; morem atq; rationem non tenere. hoc quidem qđ dicunt in plæriſq; diſputationibus proculdubio fieri oportet. Indefinitus nanq; inexplicabiliſq; ſermo fiet: niſi interrogatiõibus rñſionibuſq; ſimplicibus fuerit determinatus. Sed em̃ eſſe q̃dã uident: in q̃bus ſi breuiter: et ad id: qđ rogatus fueris reſpõdeas capiare. Nã ſiquis his uerbis interroget: poſtulo ut reſpondeas. Deſieris ne facere adulterium an non: utcunq; dialectica lege reſponderis ſiue dicas: ſeu neges: hærebis in captione: tam ſi te dicas adulterum: q̃ ſi neges. Sed quod minus eſt in interrogatione: id eſt addẽdũ. Nam qui facere aliquid nõ deſinit: nõ id neceſſario etiam fecit. Falſa igitur eſt ſpecies iſtius captionis: et nequaq̃ procedere ad id poteſt ut colligi: concludiq; poſſit eum facere adulteriũ qui ſe negauerit facere

Dialecticæ captiones.

desīsse. Quid autē legis istius ꝓpugnatores in illa captiuncula faciēt in qua hærere eos necessum est? si nihil aliud: ꝙ quod interrogati erūt respōderint. Nā si ita ego istorū aliquē rogē. Quicquid nō perdidisti: habeas ne: an nō habeas? postulo aut aias: aut neges: utcunq; breuiter respōderit: capietur. Nam si nō habere se negauerit: quod nō perdidit. colligetur oculos eū nō habere quos nō perdidit. Sin uero habere se dixerit: colligetur eū habere cornua: quæ nō perdidit. Rectius igitur: cautiusq; ita respondebitur quicquid habui: ideo habeo si id nō perdidi. Sed huiuscemodi responsio nō fit ex ea lege quā diximus. Plus eñ ꝙ quod rogatus est: respondet. Et ꝓpterea id quoq; ad eam legē addi solet: nō esse captiosis interrogationibus respondendum.

Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus: si cibus forte deerit. ut tolerari aliquantisper inedia possit: et tolerari fames: uerbaq; ipsa Erasistrati super ea rescripta. Cap. III.


Vm Phauorino Romæ dies plærūq; totos eramus. Tenebatq; aīos nostros homo ille fandi dulcissimus. Atq; eū quoquo iret: quasi ex lingua prorsum eius capti prosequebamur. Ita sermonibus usq;quaq; amœnissimis demulcebat. tū ad quēdā ægrū quum isset uisere: nosq; cū eo una introissemus: multaq; ad medicos: qui tū forte istic erāt: ualitudinis eius gratia: oratione græca dixisset ac ne hoc quidē (inquit) mirū uideri debet: ꝙ cū ante hac semper edūdi fuerit appetēs: nūc post imperatā inediā tridui: oīs eius ap

petitio priſtina elanguerit. Nam quod Eraſiſtratus ſcriptum reliquit (inquit) ꝓpemodũ uerum eſt. Eſuritionem faciunt inanes patenteſq; inteſtino fibræ & caua intus uentris: & ſtomachi uacua hiãtia: quæ ubi aut cibo complentur: aut inanitate diutina contrahuntur: & conniuent: tunc loco in quem cibus capitur uel ſtipato: uel abducto: uolũtas capiẽdi eius: deſyderandiq; reſtinguitur. Scythas quoq; (ait) eundem Eraſiſtratum dicere: quum ſit uſus: ut famem longius tolerent: faſciis uentrem ſtrictiſſime circũligare. Ea uentris compreſſione eſuritionem poſſe depelli creditum eſt. Hæc tum Phauorinus multaq; huiuſmodi alia affabiliſſime dicebat. Mos aũt poſt ea cum librum forte Eraſiſtrati legeremus διαιρεσεων.i. diuiſionũ primũ: idipm in eo libro: qd Phauorinũ audiebamus dicere ſcriptũ offendimus. Verba Eraſiſtrati ad eam rem pertinẽtia: hæc ſunt.

Eſuritio

ελογιζομεθα ουν παρα την ισχυραν
συμπτωσιν της κοιλιας. ειναι την
σφοδρα ασιτιαν. και γαρ τοις επι-
πλεον ασιτουσι κατα προαιρεσιν
εν τοις πρωτοις χρονοις η πειναι
παρακολουθει. υστερον δε ουκετι. i.

Cogitabamus itaq; propter nimiam uentris compreſſionem ſummam eſſe inediam. Nam & ii qui ſponte abſtinent cibo primis temporibus fame afficiuntur poſt autem minus. Deinde paulum infra.

ειθισμενοι δεεισι και οι σκυθαι ο-
ταν δια τινα καιρον αναγκαζονται
ασιτειν. ζωναις πλατεαις την κοι-

λιαν διασφιγκειν·ωστισ πεινησ
αυτουσ ηττον ενοχλουσυσ· σχε-
δον δε και όταν πληρησ η κοιλια η
δια το κενωμα εν αυτη μηδε μειναι·
δια τουτο ου πεινωσι. όταν δε σφο-
δρα συμπετωκυια η κενωμα ουκ εχει
id est Scythæ etiã cõsueuerũt: siquando cuiuspiã rei
causa inediam ferre coguntur: latioribus fasciis uen
trem cohibere: quã si ita fames minus eos infestet:
uentre etiam fere pleno: quia nulla in eo sit inani-
tas: fit ne esuriant. Quum autem uenter compressus
admodum est: caret inanitate. In eodem libro Erasi-
stratus uim quandam famis non tolerabilem quam
græci βουλιμον και βουπειναν. id
est esuritionem: & anxiam edendi sitim appellant
in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait:
quã cũ serenũ atq; placidũ est. Atq; eius rei causas. cur
is morbus in eo plærũq; tẽpore oriatur nondũ sibi
esse compertas dicit. Verba quibus id dicit hæc sunt.
απορον δε και δεομενον επισκεψεω
σ και επι τουτου· και επι των λοι-
πων βουλιμιων των διαετι εν τοισ
ψυχεσι μαλλον το συμπτωμα του-
το γινεται. η εν ταισ ευδιαισ. id est du
bium est indigensq; cõsiderationis: tum in hoc: tum
in cæteris famelicis: quare in frigoribus magis hu-
iuscemodi casus accidat quã serenis temporibus.

Quo ritu quibusq; uerbis fœcialis populi ro-
mani bellum indicere solitus sit iis: quibus

populus Romanus bellũ fieri iusserat. Et itẽ in quæ uerba cõceptũ fuerit iusiurãdũ de furtis militaribus faciẽdi: et uti milites scripti intra prædictũ diẽ: in loco certo frequẽtarẽt: causis quibusdam exceptis: ꝑpter quas iusiurandum remitti æquum esset. Cap. IIII.

Fœcialis



Intius in libro. iij. de re militari fœcialẽ populi ro. bellũ indicentẽ hostibus: telũq; in agrũ eorũ iacientẽ hisce uerbis uti scripsit. Qđ populus hermũdulus: hoĩesq; populi hermũduli aduersus populũ ro. bellũ facere deliquere: ꝙq; populus ro. cũ populo hermũdulo hoĩbusq; hermũdulis bellũ iussit. Ob eã rẽ ego populusq; romanus populo hermũdulo hoĩbusq; hermũdulis bellũ indico: facioq;. Itẽ in libro eiusdẽ Cin. iij de re militari quinto ita scriptũ est. Quũ delectus antiquitus fieret: & milites scriberẽtur: in iusiurãdũ eos tribunus militaris adigebat in uerba hæc. In magistratu. C. Lælij. C. filij cõsulis. L. Cornelij. P. filij cõsulis in exercitu deceq; milia passuũ ꝑpe furtũ nõ facies: dolo malo: solus: neq; cũ pluribus: pluris nũmi argẽtei: in dies singulos. Extraq; hastã: hastile: ligna pabulũ: utrẽ: follẽ: faculã: siquid ubi inueneris: sustulerisue: quod tũ nõ erit: quod pluris nummi argẽtei erit: uti tu ad C. Læliũ. C. filiũ consulẽ. siue Corneliũ. P. filiũ cõsulẽ: siue ad quẽ uter eorũ iusserit: proferas: aut profitebere in triduo proximo: quicquid inueneris sustulerisue in dolo malo. Aut domino suo: cuium id censebis esse: reddes. uti quod recte factum esse uo

les. Militibus autẽ ſcriptis dies præfiniebat̃:quo die adeſſent:& ut citati cõſuli reſpõderẽt:Deinde ita cõcipiebatur iuſiurãdũ:ut adeſſent:his aditis exceptionibus:niſi harumce aliqua cauſa erit:funus familiare:feriæ uindemiales. Calẽdæq; quæ nõ eius rei cauſam in eũ diẽ collatæ ſint:quo is eo die minus ibi eſſet. Morbus ſonticus:auſpiciũue quod ſine piaculo præterire non liceat. Sacrificiũue anniuerſariũ qđ recte fieri non poſſet: niſi ipſius eo die ibi ſit ius:hoſtiſue ſtatus cõdictuſue dies cũ hoſte:ſi cui eorũ harũce quæ cauſa erit:eum ſe poſtridie ꝙ per eas cauſas licebit: eo die uẽturum aditurũq; eũ:ꝗ eũ pagũ:uicum:oppidumue delegerit. Itẽ ĩ eodẽ libro uerba hæc ſunt. Miles cũ die ꝗ ꝓdictus eſt aberat:neq; excuſatus erat infreq̃uẽs dabatur. Itẽ in libro ſexto hoc ſcriptũ ẽ. Alæ dictæ exercitus eq̃tũ ordines ꝙ circũ legiones dextra ſiniſtraq; tanq̃ alæ in auiũ corporibus locabãtur. In legiõe ſunt cẽturiæ. lx. manipuli. xxx. cohortes decẽ.

Alæ exercitus

Legio.

Veſtibulum ꝗd ſignificet. deq; eius uocabuli rationibus. Cap. V.

PLeraq; uocabula:quibus uulgo utimur:neq; tamen liquido ſcimus quid ea proprie atq; uere ſignificent:ſed incõpertam:& uulgariam traditionem rei non exploratæ ſecuti: uidemur magis dicere quod uolumus ꝙ dicimus. Sicuti eſt ueſtibulum uerbũ in ſermonibus celebre: atq; obuium non omnibus tamen qui illo facile utuntur ſatis perſpectũ. Animaduerti enim quoſdã:haud quaꝗ indoctos uiros opinari ueſtibulum eẽ partem domus:primorẽ:quã uulgus atriũ uocat. Cecilius Gal

Veſtibulum

Atriũ.

lus in libro de significatione uerborũ:quæ ad ius ci
uile pertinẽt:secũdo:uestibulum esse dicit nõ in ipsis
ædibus:neq; partẽ ædiũ:sed locũ ante ianuã domus
uacuũ:p quẽ a uia aditus:accessusq; ad ædis ẽ:cũ dex
tra sinistraq; inter ianuã tectaq; quæ sunt uiæ iun-
cta:spatiũ relinquit. Atq; ipsa ianua procul a uia et
area uacanti iter sita. quæ porro huic uocabulo rõ sit
quæri multũ solet: s; quæ scripta legi :ea ferme om
Ve. nia incõcinna atq; absurda uisa sunt. Quod Sulpi-
Vetus. tium autẽ Apollinarẽ memini dicere uirum elegãti
Vehe- scientia ornatum: huiuscemodi est. Ve particula sicu
mens. ti quædam alia tũ intentionẽ significat tum minu-
Vescum tionem. Nam uetus et uehemens alterũ ab ætatis ma
gnitudine compositũ:elisumq; est. Alterũ a mẽtis ui
atq; impetu dicitur. Vescũ aũt quod ex ue particula
& esca copulatũ est:utriusq; diuersæ significatiõis
uim capit. Aliter. n. Lucretius uescũ salẽ dicit ex edẽ
di intensione. Aliter Lucilius uescũ appellat cũ edẽ-
di fastidio. Qui domos igitur amplas antiquitus fa
ciebant:locum ante ianuam relinquebãt:qui inter fo
res domus & uiam medius esset. in eo loco qui domi
num eius domus salutatum uenerant:priusq; admit
terẽtur consistebant. & neq; in uia stabant:neq; ĩtra
ædes erant. Ab illa ergo grandi loci constitutione:et
quasi quadã stabulatione uestibula appellata sunt
spatia (sicut diximus) grandia ante fores ædium reli
cta:in quibus starent qui uenissent:priusq; intromit
terentur. Meminisse autem debebimus id uocabulũ
non semper a ueteribus proprie:sed per quasdã trãs
lationes esse dictum. Quæ tamẽ ita sunt:factæ:ut ab



ista de qua diximus ꝓprietate nõ longe desciuerint. Sicut illud in sexto Virgilij.

Vestibulum ante ipsum: primisq́ in faucibus orci
Luctus: & ultrices posuere cubilia curæ.

Nõ ei uestibulũ priorẽ partẽ domus ĩfernæ eẽ dicit. Qđ obrepere potest tanq̃ si ita dicat. Sed loca duo demõstrat extra orci fores uestibulum & fauces. Ex q̇bus et uestibulũ appellat ante ipsam domũ & ante ipsa orci penetralia. Fauces aũt uocat iter angustum per quod ad uestibulum adiretur. Vestibulum Fauces.

Hostiæ quæ dicuntur bidentes quid sint: & quã ob causam ita appellatæ sunt: superq́ ea re. P. Nigidij: & Iulij Higini sententiæ.

Cap. VI.



Edeuntes græcia Brundusium nauẽ aduertimus. Ibi quispiam linguæ latinæ literator Roma a Brundusinis accersitus experiundum sese uulgo dabat. Imus ad eum nos quoq; oblectamenti gratia. Erat enim fessus & languens animus de æstu maris: legebat barbare insciteq; Vergilij septimum in quo libro hic uersus est.

Centum lanigeras mactabat rite bidentes.

Et iubebat rogare se siquis quid omnium rerũ uellet dicere. Tum ego indocti hominis cõfidentiam demiratus: doces ne (inquã) nos magister: cur bidẽtes dicãtur. Bidẽtes (inquit) oues appellatæ: iccircoq; lanigeras dixit: ut oues planius demonstraret. Posthac (inquam) uidebimus: an oues solæ (ut tu ais) bidentes dicantur. Et an Pomponius attellanarum poeta:

in gallis transalpinis errauerit: quum hoc scripsit. Mars tibi uoueo facturum: si unq̃ redierit: bidenti uerre. Sed nũc ego a te rogaui ecq̃ scias esse huiusce modi uocabuli rationem. Atq; ille nihil cõtatus: sed nimium q̃ tum audacter. Oues inquit bidẽtes dictæ ꝙ duos tantum dentes habeant. Vbi terrarum queso te (inquã) duos solos per naturã dentes habere ouem uidisti? Ostentum enim est: & piaculis factis procurãdum. Tum ille permotus et mihi irritatus. Quære (inq̃t) ea potius quæ a grãmatico quærenda sunt. Nam de ouium dentibus opiliones percontãtur. Facetias nebulonis hominis risi & reliqui. P. autem Ni-

Bidẽtes. gidius in libro quem de extis cõposuit: bidentes appellari ait: non oues solas: sed omnis bimas hostias: neq; tamen dixit apertius cur bidentes. Sed quod ultro existimabamus: id scriptũ inuenimus in commẽtariis quibusdam ad ius pontificum pertinẽtibus. Bidentes prio dictas: litera immissa quasi biennes. Tũ longo usu loquẽdi corruptam esse uocem: & ex biennibus bidentes factũ: quoniam id uidebatur esse dictu facilius. Higinus tamen Iulius qui ius põtificiũ non uidetur ignorasse in quarto librorum: quos de Vergilio fecit: bidẽtes appellari scripsit hostias: quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui. Quæ bidẽs est (inquit) hostia: oportet habeat dentes octo: sed ex iis duos cæteris altiores: ꝑ quos appareat ex minore ætate: in maiorem transcẽdisse Hæc Higini opinio: an uera sit: non argumentis: sed oculis iudicari potest.

Q͞d Laberius uerba pleraq; licẽtius: petulãtiusq;

finxit: & ꝙ multis itẽ uerbis utitur: de qbus an sint latina queri solet. Cap. VII.



Aberius in mimis quos scriptitauit ops pido ꝗ̃ uerba finxit prælucẽter. Nam et mendicimoniũ dicit: & mœchimoniũ: et adulterionem: adulteritatẽq; ꝓ adulterio: & depudicauit pro stuprauit: & abluuium ꝓ diluuio. & q̃d in mimo ponit: quem Theophinum inscripsit: manuatus est pro furatus. Et item in fullone furem manuariũ appellat. Manuari (inquit) pudorem perdidisti. Multaq; alia huiusmodi nouat: neq; non obsoleta quoq; & maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit. quale ẽ in stamnariis. Tollet bona fide uos orcus nudas in Catoniũ et elutriare lintea: & labandria dicit: quæ ad lauandũ sint data. et coltior (inqt) in fullonicam ecquid properas: ecquid præcurris caldonia. Item in restione: calabirriũ culos dicit: quos uulgus calaburriones. Item in cõpitabilibus malas malaxaui. Item in cacomenone. Hic est (inquit) ille gurdus: quem ego me abhinc duos mẽses ex africa uenientem excepisse tibi narraui. item in mimo qui inscribitur: nata. L. Cippũ dicit et obbã & camelliam: & pictatiũ & capitium: induis (inquit) capitiũ tunicæ pictatiũ. Præterea manua ꝓ annua: guberniũ pro gubernatore: & planũ pro sycophãt : & nanũ pro pumiliõe dicit: ꝗ̃sꝗ̃ planum ꝓ sycophãta. M. quoq; Cicero in oratiõe scriptũ reliqt quã ꝓ Cluẽtio dixit. Atq; itẽ in mimo: q saturnalia inscriptus ẽ: borulũ ꝓ farcimine appellat. & homi cophãta: & nanũ pro pumilione dicic: ꝗ̃sꝗ̃ planũ ꝓ

Catonium

Vocabula multa noua a laberio licẽter futa.

Planus.

nem leucunā pro leui. Itē in necromantia cotionem peruulgate dicit: quē ueteres arulatorem dixerunt. Verba Laberij hæc sūt. Duas uxores: hoc hercle plus negocij ē (inquit) cotio sex ædiles uiderat. Sed enim in mimo: quē scripsit Alexādream eodē quidem modo quo uulgus: sed probe: latineq; usus est græco uocabulo. Emplastrū em̄ dixit. ουδετερως neutro scilicet non genere fœminino: ut isti nouitij semidocti. uerba ex eo mimo apposui. Quid est iusiurandum? Emplastrū æris alieni.

Emplastrum

Quid significet: et quid a nostris appellatū sit αξιωμα: qđ dialectici dicūt: et quædā alia quæ pria ī disciplīa dialectica tradunt. Ca. VIII.



Vm in disciplinas dialecticas induci: atq; imbui uellemus necessum fuit adire: atq; cognoscere quas uocant dialecticiεισαγωγας. Id est introductiones: tanq̄ in primo περι αξιωματων id est pronunciatorum quæ Marcus Varro alias profata: alias proloquia appellat. Commentarium de proloquijs Lælij docti hoīs qui magister Varronis fuit studiose quæsiuimus. Eumq; in pacis bibliotheca repertum legimus. Sed in eo nihil edocēter: neq; ad instituēdū explanate scriptū est. Fecisseq; uidet eū librū Lælius sui magis admonendi q̄ aliorū docēdi gratia. Rediuimus igitur necessario ad libros græcos ex ex q̄bus accepimus αξιωμα. i. pnunciatū definitū eē his uerbis: λεκτον αυτοτελες αποφαντον οσον εφ εαυτω id ē discibile per se perfectum enunciabile quantū ex semetipso. Hoc ego sus persedi uertere: quia nouis & inconditis uocibus

Lælius.

Axioma.

utendum sit: quas pati aures per insolentiam uix possent. Sed. M. Varro in libro de lingua latina ad Ciceronē quarto et uicesimo expeditissime ita finit. Proloquiuū est sentētia in qua nihil desyderatū. Erit autem planius: quid istud sit exēplū eius dixerimus. αξιωμα igitur: siue id proloquiū dicere placet huiusmodi est. Annibal poenus fuit. Scipio numanciā deleuit. Milo cædis damnatus est. Neq̨ bonū est uoluptas neq; malū. Et omnino quicquid ita dicitū: plæna et perfecta uerborū sententia ut id necesse sit aut uerum: aut falsum esse: id, a dialecticis αξιωμα. i. ꝓpositio id est oratio uerū: aut falsum plene significans appellatū est. A. M. Varrone sicuti dixi proloquiū. A. M. aūt Cicerone ꝓnunciatū. Quo ille tamē uocabulo tantisper uti se attestatus est quoad melius (inquit) inuenero. Sed q͛d græci συνημμενον αξιωμα: Id est connexū pronunciatū dicunt: id aliꝗ nostrorū adiunctum: aliꝗ cōnexū dixere. Id cōnexum tale est si Plato ambulat Plato mouetur. Si dies est: sol super terram est. Itē quod illi συμπεπλεγμενον. id est copulatum: nos uel coniunctum uel copulatum dicimus. quod est eiusdem modi. P. Scipio Pauli filius & bis consul fuit: & triumphauit: & censura functus est: & collega in censura. L. Mumiꝗ fuit. In omni autem coniuncto: si unum est mendacium: etiam si cætera uera sunt: totum esse mēdacium dicitur. Nam si ad ea omnia quæ de Scipione illo uera dixi: addidero. Et Annibalem in affrica superauit: quod est falsum: uniuersa quoq̨ illa quæ coniuncte dicta sunt: propter hoc unum quot falsum accesserit: quia simul dicentur: uera non erunt.

Proloquium Pronunciatum.

Est itē aliud q̄d græci διεζευγμενον ἀξίωμα.i.nos disiunctum proloquiū dicimus. Id huiuscemodi est. Aut malū est uoluptas: aut bonū. Aut neq; bonum: neq; malū est. Omnia autem quæ disiūguntur: pugnantia esse inter sese oportet. Eorūq; opposita αντικειμενον græci dicūt. Ea quoq; ipsa inter sese aduersa esse. Ex omnibus quæ disiungūtur unū esse uerum debet: cætera falsa. Q̄d si aut nihil omniū uerū: aut omnia plura ue: q̄ unū uera erūt aut quæ disiūcta sunt. nō pugnabunt: aut quæ opposita eorū sunt: cōtraria inter se nō erūt tunc id disiunctum mēdaciū est. et appellatur παραδιεζευγμενον.i. uitiose disiunctum: sicuti hoc est in quo

Contraria.

quæ opposita nō sunt cōtraria Aut curris aut ambulas: aut stas. Nam ipsa quidē inter se aduersa sunt. Sed opposita eorū nō repugnāt. Non ambulare.n. & non stare & non currere contraria inter sese non sunt: q̄m contraria ea dicuntur: quæ simul uera esse non queunt. Possis enim simul eodēq; tempore: neq; ambulare: neq; stare: neq; currere. Sed hoc iam breue ex dialectica libamentum dedisse nūc satis erit. Atq; id solum addendum admonendumq; est q̄ huius disciplinæ studium atq; cognitio in principiis quidē tetra: & aspernabilis: insuauisq; esse & inutilis uideri solet. Sed ubi aliquantulum processeris tum deniq; & emolumentum eius in animo tuo dilucebit. & sequetur quædam discendi uoluptas insatiabilis. Cui sane si modū nō feceris: periculū non mediocre erit: ne ut pleriq; alii: tu quoq; in illis dialecticæ gyris atq; mæādris: tāq̄ apd sirenios scopulos cōsenescas.

Quid significet uerbum in libris ueterum creberrime positum susq; deq;. Cap. IX.



Vsq; deq; fero: aut susq; deq; habeo (his Susq; enim omnibus modis dicitur) uerbum est deq; fe ex hominu doctoru sermonibus in poe= ro. matis quoq; & in epistolis ueteru scri= Susq; ptum plurifaria. Sed facilius reperies: qui id uerbu deq; ha ostentent q qui intelligant. Ita pleriq; nostru quae beo. remotiora uerba inuenimus dicere ea properamus non discere. Significat aute susq; deq; ferre aequo animo esse & quod accidit: no magnipedere. Atq; interdum negligere & contemnere et propemodu id ualet qd dicitur: αδιαφορειν. i. indifferes esse. Laberius in compitalibus. Nunc tu lentus es: nunc tu susq; deq; fers. Materfamilias tua in lecto aduerso: sed & seruos sextantis uerbis nefariis utitur. M. Varro in sisenna: uel de historia. Quod si non horu omnium similia essent principia: susq; deq; esset. Lucilius in tertio. Verum haec ludis ibi susq; omnia: deq; fuere.

Susq; et deq; fuere (inquam) omnia ludus iocusq;.
Illud opus durum: ut setinum accessimus finem.
εσι τολοιπον. Id est in reliquo.
Vt aiunt: montes aetnae omnes aspri athones.

Quid sint proletarii: quid capite censi: qd item sit in duodecim tabulis assiduus: et quae eius uocabuli ratio sit. Cap. X.

Cu erat quoda die Romae in foro a negociis et laeta quaeda celebritas feriaru: legebaturq; in concessu forte complurium Ennii liber

ex annalibus.iiij. In eodem libro uersus hi fuere.

Proletarius publicitus excubijs: ferroq;
Ornatur: ferro muros: urbemq; forumq;
Excubijs curauit. Tum ibi quaeri coeptũ est quid esset pletarius. Atq; ego aspiciẽs quẽpiã ĩ eo circulo ius ciuile callentẽ familiarẽ meũ rogabã: ut id uerbum enarraret: et cũ ille se iuris: nõ rei grammaticae peritũ esse respõdisset eo maxime inquã te dicere hoc oportet: quãdo ut praedicas iurisperitus es. Nãq; Ennius uerbũ hoc ex duodecim tabulis uestris accepit: in quibus si recte cõmemini: ita scriptũ est. Assiduo uindex assiduus esto. Proletario ciui quiuis uolet uidex esto. Petimus igitur ne ãnalẽ hunc. Qu. Ennij: sed duocim tabulas legi arbitrere. Et quid sit in ea lege proletarius ciuis interpretere. Ego uero (inquit) dicere atq; interpretari hoc deberẽ: si ius faunorũ et aboriginũ didicissem. Sed eñ quũ proletarij et assidui & sanates et uades et subuades et uiginti q̃nq; asses: et taliões: furtorũq; quaestiões cũ lance et licio euanuerint: omnisq; illa duodecim tabularũ antiquitas: nisi in legis actionibus cẽtumuiraliũ causarũ lege ebutia lata consopita sit: studium scientiaq; ego prestare debeo iuris: et legum: uocũq; earũ quibus utimur. Tum forte quadã Iuliũ paulũ poetã memoriae nostrae doctissimũ praetereũtem cõspeximus. Is a nobis salutatus: rogatusq; uti de sentẽtia deq; ratione istius uocabuli nos doceret. Qui ĩ plaebe (inquit) romana tenuissimi: pauperrimiq; erãt: neq; amplius q̃ mille quingẽtũ aeris incẽsum deferebãt: pletarij appellati sunt. Qui uero nullo: aut perq̃ paruo aere cẽsebãtur capi

Proletarius

tecensi uocabātur. Extremus aūt cēsus capite censorū aeris fuit.ccclxxv. Sed quoniam res pecuniaq; familiaris obsidis uice pignorisq; esse apud rēpublicam uidebatur: amorisq; in patriam fides quaedam in ea firmamentūq; erat: neq; proletarij: neq; capitecensi milites: nisi in tumultu maximo scribebātur quia familia quaeuis: aut tenuis aut nulla ijs erat. Proletariorum tamē ordo honestior aliquanto et re et nomine: q̄ capitecensorū fuit. Nam et asperis reipub. temporibus: quum iuuentutis inopia esset in militia tumultuariam legebantur. Armaq; ijs sumptu publico praebebātur. Et nō capitis censione: sed prosperiore uocabulo: a munere: officioq; plis edēdae appellati sunt: q cum re familiari parua minus possent rēpublicā iuuare: sobolis tamen gignendae copia ciuitatem frequentarent. capitecēsos autem primus. C. Marius (ut quidā ferūt) bello cimbrico difficillimis reipub. temporibus uel potius (ut Salustius ait) bello iugurthino: milites scripsisse traditur: quum id factum ante: in nulla memoria extaret. Assiduus in duodecim tabulis: & pro locuplete: & facile munus faciēte: dictus ab assibus idest aere dādo: quū id tēpora reipubli. postularēt. Aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. Verba autem Salustij in historia iugurthina de. C. Mario consule: & de capitecensis haec sunt. Ipse interea milites scribere: non more maiorum: nec ex classibus: sed ut libido cuiusq; erat capitecensos plerosq;. Id factum alij inopia bonorū: alij per ambitionē consulis memorabant: q ab eo genere celebratus:

Capite census.

assiduus

auctusq; erat: & homini potentiam quærenti: egentissimus quisq; oportunissimus.

Historia de herodoti libris sumpta de psylloum interitu: qui in syrtibus africanis colebãt. Ca. XI.



Marsi. Ens in Italia marsorũ orta fertur esse a Circes filio Marso. Propterea Marsis hoibus: quorũ dũtaxat familiæ cũ externis cognationibus nondũ etiã permistæ corruptæq; sunt ui quadã genitali datum: ut serpentium uirulentorũ domitores sint: & incãtationibus hærbarũ succis faciãt medelarũ miracula. Hæc eadẽ ui præditos esse quosdã uidemus: qui psilli uocantur. Super noĩe quorũ & genere: quũ in ueteribus literis quæsissem: in quarto deniq; Herodoti libro: fabulam hãc de psyllis inuenimus. Psyllos quondam fuisse in terra africa: conterminos nasamonibus. Austrũq; in finibus eorũ quodã in tempore per ꝗ̃ualidũ: ac diutinũ flauisse. Eo flatu aquã omnẽ in locis in quibus colebant exaruisse: Psyllos re aquaria defectos ea iniuriam grauiter austro succẽsuisse. Decretũq; fecisse uti armis sumptis ad austrum: perinde quasi ad hostẽ iure belli res repetitũ ꝓficiscerentur. Atq; ita ꝓfectis uentũ austrum magno spũs agmine uenisse obuiã. Eoq; uniuersos cum oĩbus copijs: armisq; cumulis montibusq; arenarum superiectis operuisse. Eo facto psyllos ad unũ omnis interĳsse. Itaq; eorum fines a nasamonibus occupatos.

Psylli

De ijs uocabulis: quæ cloatius Verus aut satis cõmode: aut nimis absurde: & illepide: ad origines linguæ græce redegit. Cap. XII.


Cloatius Verus in libris: quos inscri-
psit. Verborũ a græcis tractorũ: mo-
do pauca hercle dicit curiose et saga
citer cõquisita. neq; non tamen quæ-
dam futilia & friuola. Errare (in- Errare
quit) dictũ est απο του ερρειν. id est a pereun-
do. Versumq; infert Homeri: in quo id uerbum est
ερρε κακη γληνη. id est pereas mala pupilla
oculi. & illud.
ἐρρε ἐκ νυσ ουθασσον ελεγχιστε-
ζωοντων. id est
Ocius o pereas uiuorum ex insula abusus.
Item hallucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Halluci
græce αλυειν. id est lãguere. unde lucum quoq; nari.
esse dictũ putat: g litera in c cõuersa tarditatẽ quan- Lucus.
dam animi & stuporẽ: qui hallucinãtibus plærũq; Fasci-
usuuenit. Itẽ fascinum appellat quasi βασκανον. id est inuidum: et fascinare esse: quasi βασ- Fœne-
καινειν. id est inuidere. Cõmode hæc sane oĩa rator.
& conducẽter. Sed in libro. iiij. Fœnerator (inquit)
appellatus est quasi φαινεραων απο του
φαινεσθαι επι το χρηστοτερον. id est
facile apparens ab apparẽdo: ad id quod melius ac
benignius est: quoniam id genus hominum speciem
ostentent humanitatis: & cõmodi esse uideantur in-
opibus nũmos desyderãtibus. Idq; dixisse ait Hypsi
cratem quempiã grammaticũ: cuius libri sane nobi-
les sunt super iis quæ a græcis accepta sunt. Siue
hoc autem ipse cloatius: siue nescio qui alius nebulo
effutiuit: nihil potest dici insulsius. Fœnerator enim

ſicut. M. Varro in libro tertio de ſermone latino
Fœnus ſcripſit a Fœnore eſt nominatus. Fœnus autē dictū a fœtu: & quaſi a fœtura quadā pecuniæ parientis atq́ increſcentis. & iccirco & M. Catonem: & cæteros ætatis eius fœneratorē ſine a litera ꝓnunciaſſe tradit: & ſicuti fœtus ipſe & fœcūditas appellata.

Quid ſit municipiū: & quid a colonia differat: & quid ſint municipes: quæq́ ſit eius uocabuli ratio: ac ꝓprietas. atq́ inibi ꝙ diuus Hadrianus in ſenatu de iure atq; uocabulo municipum uerba fecit. Cap. XIII.



Vnicipes & municipia uerba ſunt dictu facilia & uſu obuia. Et neutiq́ reperias qui hæc dicat: quin ſcire ſe plane putet quid dicat. Sed profecto aliud eſt: aliud dicitur. Quotus enim fere uoſtrum eſt qui quum ex colonia po. ro. ſit: non & ſe municipem eſſe: & populares ſuos municipes eſſe dicat: quod eſt a ratione: & a ueritate longe auerſum. Sic adeo & municipia quid: & quo iure ſint: q̄tūq́ a colonia differant: ignoramus. Exiſtimamuſq; meliore cōditione eſſe colonias: q̄ municipia. de cuius opinionis tam promiſtæ erroribus diuus Hadrianus in oratione quam de italicenſibus: unde ipſe ortus fuit in ſenatu habuit peritiſſime diſſeruit: mirariq́ ſe oſtendit ꝙ & ipſi italicenſes: & quædā item alia municipia antiqua in quibus uticenſes nominat: cum ſuis moribus legibuſq; uti poſſent in ius coloniarum mutari geſtiuerint: preneſtinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petiſſe

orassentque uti ex colonia in municipiorum statum redigerentur. Idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse: quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Municipes ergo sunt ciues romani ex municipiis suo iure: & legibus suis utentes: muneris tantum cum populo romano honorarii participes: a quo munere capessendo appellati uidentur: nullis aliis necessitatibus: neque ulla po.ro.lege astricti: nunquam populus eorum fundus factus esset. Primos autem municipes sine suffragii iure: cerites esse facto accepimus. Concessumque illis ut ciuitatis romanae honorem quidem caperent. Sed negociis tamen atque oneribus uacarent: pro sacris bello gallico receptis: custoditisque. Hinc tabulae cerites appellatae uersa uice in quas censores referri iubebant quos notae causa suffragiis priuabant. Sed coloniarum alia necessitudo est. Non enim ueniunt extrinsecus in ciuitatem. Nec suis radicibus nituntur: sed ex ciuitate quasi propagatae sunt. Et iura institutaque omnia populi romani non sui arbitrii habent. Quae tamen conditio: quum sit magis obnoxia & minus libera: potior tamen & praestabilior existimatur: propter amplitudinem maiestatemque popu.roma. cuius istae coloniae: quasi effigies parua: simulacraque esse quaedam uidentur: & simul quia obscura oblitterataque sunt: municipiorum iura quibus uti iam per innocentiam non queunt.

Municipes

Cerites

Colonia

Quod. M. Cato differre dixit properare & festinare. Et quam commode Verrius Flaccus uerbum: quod est festinat interpraetatus sit. Cap. XIIII.

Propero Festino



FEstinare & properare idem significare: atq; in eãdẽ rẽ dici uidetur. Sed. M.Cato id differre existimat. Eaq; hoc modo diuisa uerba sunt ipius ex oratione: quã de suis uirtutibus habuit. aliud est properare: aliud festinare. Qui unũ quid mature transigit is properat: qui multa simul incipit neq; perficit is festinat. Verrius Flaccus rationẽ uolẽs dicere differẽtiæ huius: festinat (inquit) a fando dicit: quoniam isti ignauiores: qui ubi perficere pñt plus uerborum quam operis habent. Sed id nimis coactũ atq; absurdũ uidet. Neq; tanti momenti esse potest prima in utroq; uerbo litera: ut propter eã unã tam diuersa uerba festinare et fari: eadẽ uideri debeãt. Cõmodius aũt propriusq; uisum est festinare: quasi fessum esse. Nã qui multis simul rebus properandis defessus est. is iam non properat: sed festinat.

Quid Theophrastus mirũ de perdicibus scriptũ reliquerit. et quid Theopõpus de leporibus. Ca. XV.

Perdices Lepores



THeophrastus philosophorũ peritissimus oẽs in paphlagonia perdices bina corda habere dicit. Theopompus in bisaltia lepores bina iecora.

Agrippas a partus ægri: et improsperi uitio appellatos: Deq; ijs deabus: que uocantur prosa: & postuerta. Cap. XVI.

Agrippæ.



QVorũ in nascẽdo non caput: sed pedes primi extiterant qui partus difficillimus: ægerrimusq; habetur: Agrippæ appellati uocabulo ab ægritudine &

pedibus. Confixos esse autem pueros in utero Varro dicit a capite infimo nixos sursum pedibus elatis nõ ut hominis natura est: sed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellat ramos. Caput stirpẽ atq; caudicẽ. Quãdo igitur (inquit) cõtra naturam forte cõuersi in pedes: brachiis plærunq; diducti retineri solent: ægriusq; tũc mulieres enitunt̃. Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus carmentibus: quarũ altera Postuerta nominata ẽ. Prosa altera: a recti puersiq; ꝑtus, et potestate: et nomine. Postuerta. Prosa.

Quæ ratio uocabuli sit agri uaticani.

Cap. XVII.



T agrum uaticanum: & eiusdẽ agri deum præsidem appellatum accepe- ramus a uaticiniis: quæ ui atq; instinctu eius dei i eo agro fieri solita ẽẽnt. Sed præter hanc causam. M. Varro in libris diuinarum: aliam esse tradit istius nominis rationem. nam sicut Aius (inquit) deus appellatus araq; ei statuta ẽ: q̃ est infima noua uia: ꝙ eo in loco diuinitus uox edita erat: ita uaticanus deus nominatus penes quem essent uocis humanæ initia. quoniã pueri simulatq; parti sunt eam primam uocem edunt: quæ prima in uaticano syllaba est. Icciirco uagire dicitur: exprimente uerbo sonum uocis recentis. Vaticanus ap. Aius. Vagire

Lepida quædam memoratu: & cognitu de parte geometriæ q̃ ὀπτικη. i. perspectiua appellatur. Et item alia quæ μετρικη. i. dimẽsiua. Et tertia itidem: quæ dicitur καμονικη: id est regularis.

Cap. XVIII.

Optice Cauonice



PArs quædam geometriæ ΟΠΤΙΚΗ:id est perspectiua appellatur:quæ ad oculos ptinet. Pars altera quæ ad auris ΚΑΝΟΝΙΚΗ.i.regularis uocatur:qua musici ut fundamento artis suæ utuntur. Vtraq; harũ spatijs & internallis linearum:& ratiõe numerorũ cõstat. ΟΠΤΙΚΗ:id est perspectiua facit multa demiranda:id genus ut ĩ speculo uno imagines unius rei plures appareant. Item ut speculum in loco certo positum:nihil imaginet:aliorsum translatũ faciat imagines. Item si rectius speculũ spectes:imago fiat tua eiusmodi:ut caput deorsum uideatur:pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina cur istæ quoq; uisiones fallant:ut quæ in aqua conspiciuntur maiora ad oculos fiant. Quæ procul ab oculis sunt minora ΚΑΝΟΝΙΚΗ id est regularis autem lõgitudines: & altitudines uocis emetitur. Longior mensura uocis ΡΙΘΜΟΣ:id est modulus numerus ordo pedum dicitur. Altior ΜΕΛΟΣ:id ẽ modulatio cantus. Est & alia species ΚΑΝΟΝΙΚΗ .i.regularis quæ appellat̃ ΜΕΤΡΙΚΗ:id est mẽsuraria p quã syllabarũ longarum &: breuium & mediocrium iunctura et modus cõgruens cum principijs geometriæ aurium mensura examinatur. Sed hæc (inq̃t. M. Varro) aut omnino nõ discimus aut desistimus q̃ intelligamus cur discenda sint. Voluptas autem (inquit) uel utilitas talium disciplinarum in post principijs existit: quum perfectæ absolutæq; sunt. In principijs uero ipsis ineptæ & insuaues uidentur.

rithmos Melos. Metricæ.

Sumpta ex historia Herodoti libro primo super



fidicine arione.

Cap.XIX.


Eleri admodnm:te cohibili oratione: uocumq; filo tereti:et candido fabulã scripsit Herodotus sup̱ fidicine illo Arione. Vetus (inquit) & nobilis Ario cãtator fidibus fuit Is loco:et oppido methymnæus terra atq; insula omni lesbius fuit. Eum Arionem rex corinthi periander amicum amatumq; habuit artis gratia. Is inde a rege proficiscitur terras, inclytas Siciliam: atq; Italiam uisere. Vbi eo uenit: aures omnium menteſq; in utriusq; terræ urbibus demulsit. In quæstibus istic: & uoluptatibus amoribus hominum fuit: Is tum postea grandi pecunia & re bona multa copiosus corinthum instituit redire. Nauem igitur et nautas: ut notiores: amicioresq; sibi corinthios delegit. Sed eo corinthios homine accepto: nauiq; in altum prouecta: prædæ pecuniæq; cupidos cæpisse consilium de necãdo Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta: pecuniam cæteraq; sua ut haberent: dedisse. Vitam modo sibi ut parcerent: orauisse. Nautas precum eius harum cõmiseritũ esse illatenus: ut ei necem afferre per uim suis manibus temperarent. Sed imperauisse: ut iam statĩ coram desiliret præceps in mare. Homo (inquit) ibi territus spe omni uitæ perdita: id unum postea orauit ut priusq; mortem oppeteret induere p̱mitterent sua sibi indumenta. Et fides capere: canere carmen casus illius sibi consolabile. Feros & immanes nautas prolubium tum audiendi subit. Quod ora-

Arionis historia

uerat ĩpetrat. atq; ibi mox de more cinctus: amictus ornatus: stansq; in summæ puppis foro carmẽ: quod orthriũ dicitur: uoce sublatissima cãtauit. Ad postrema cantus cum fidibus ornatuq; omni sicut stabat canebatq; eiecit sese procul in ꝓfundũ. Nautæ haud quaq; dubitãtes qn perisset: cursum quẽ facere cœperãt: tenuerũt. Sed nouũ & mirum: & pium facinus contigit. Delphinum repente inter undas adnauisse: & dorso super fluctus edito uectauisse. Incolumiq; cum corpore et ornatu: tænarum in terrã laconicam deuexisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco corinthũ petiuisse. Talemq; Periandro regi: qualis Delphino uectus fuerat: sese obtulisse. Eiq; rem sicuti acciderat narrauisse: regẽ istæc parũ credidisse: Arionẽ quasi falleret custodiri iussisse. Nautas req̃sitos: ab legato Arione: dissimulãter interrogasse: ecquid audissent in ijs locis: unde uenissent super arione. Eos dixisse: hominem quum inde irent in terra italia fuisse: eumq; illic bene agitare: & studijs delectationibusq; urbium florere: atq; in gratia pecuniaq; magna fortunatum esse. Tum inter hæc eorum uerba arionẽ cũ fidibus & indumẽtis: cũ quibus se in salũ eiaculauerat extitisse. Nautas stupefactos: conuictosq; ire inficias non quisse. Eam fabulam dicere lesbios & corinthios atq; esse fabulæ argumentum: q; simulacra duo ænea ad tænarum uiserentur. Delphinus uehens: & homo insidens

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

Q͞d Gallus Asinius; & Lartius Licinius senten tiã. M. Ciceronis repræhenderunt ex oratiõe quã dixit pro. M. Cælio: & quid aduersus homines stolidissimos pro eadem sententia uere digneq; dici possit. Caput primum.



T quidam fuerunt monstra hominum: q̃ de dis immortalibus impias: falsasq; opiniones ꝓdiderunt ita nõnulli tã ꝓdigiosi: tãq; uecordes extiterũt ĩ quibus sunt Gallus Asinius. & Lartius Licinius: cuius liber ẽt fertur infando titulo Ciceromastix: ut scribere ausi sint. M. Ciceronẽ parũ integre: atq; improprie: atq; incõsyderate locutũ. Atq; alia quidẽ: q̃ repræhenderunt: neq; dictu: neq; auditu digna sunt. sed eñ in hoc: quo sibimetipsis præter cætera: esse uisi sunt uerborum pensitatores subtilissimi: cedo quale id sit consyderemus. M. Cicero pro. M. Cælio ita scripsit. Nã q͞d obiectum est de pudicitia: quod omnium accusatorũ non criminibus: sed uocibus maledictisq; celebratum est: id nunq̃ tam acerbe feret. M. Cælius Vt eum pœniteat non deformẽ esse natum. Non existimant uerbo proprio esse usum: quod ait pœniteat. Atq; id prope ineptum etiã esse dicunt. Nã pœnitere (inquiũt) Pœnitere. tum dicere solemus: cũ quæ ipsi fecimus: aut quæ de nostra uoluptate: nostroq; cõsilio facta sũt ea nobis post incipiunt displicere. Sententiãq; in ijs nostram demutamus. Nemĩnẽ autem recte ita loqui pœnitere sese: ꝗ natus sit: aut pœnitere ꝗ mortalis sit: aut ꝗ

ex offenso uulneratoq; corpore dolorem sentiat. quã do istiusmodi rerũ: nec consiliũ sit nostrum: nec arbitrium. Sed ea ingratis in corporibus nostris ui: ac necessitate naturæ nobis accidãt. Sicut hercle (inquiunt) nõ uoluntariũ fuit. M. Cælio quali forma nasceret. Cuius enim dixit nõ pœnitere: tanq̃ in ea causa res esset ut rationem caperet pœnitendi. Est hæc quidẽ: quam dicũt: uerbi huiusce sententia. Et pœnitet nisi in uoluntariis rebus nõ prope dicitur. Tametsi antiquiores uerbo ipso: alio quoq; modo usitati sunt. Et pœnitet ab eo: quod est pœne: et a pœnuria dixerũt. Sed id aliorsum pœnitet: atq; alio in loco dicetur. Nunc autẽ sub hac eadẽ significatione: quæ uulgo nota est: nõ modo ineptum hoc non est: quod. M. Cicero dixit: sed festiuissimum adeo & facetissimũ est. Nã quũ aduersarii & obtrectatores. M. Cælii q̃m erat pulcro corpore: formam eius & faciẽ in suspitiones impudiciæ accerserẽt: illudens Cicero tam absurdã criminationẽ: q̃ formam quã natura fecerat uitio darent: eodem ipso errore: quẽ illudebat: sciens usus est. & nõ pœnitet (inquit). M. Cælium non deformem esse natum. Vt uel hac ipsa re: quod ita dicebat: obprobraret aduersariis: ac per facetias ostentaret: facere eos deridiculum: q̃ perinde Cælio formã crimini darent quasi arbitrium eius fuisset: quali forma nasceretur.

Verba quædam ex. Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

Cap. II.



Vum librũ ueteris scriptoris legebamus cognabamur postea memoriæ uegetandæ gratia in dipisci animo: ac recensere quæ i eo libro scripta eẽnt: in utrasq; æstimationes laudis aut culpæ annotamẽtis digna. Erat q; hoc sane ꝙ utile exercitũ ad cõciliandas nobis ubi uenisset usus: uerborũ sententiarũq; elegantiũ recordationes. Velut hæc uerba ex Q. Claudij primo annali. quæ meminisse potui notaui. quẽ librũ legimus biduo ꝓximo superiore. Arma (inquit) plæriq; abijciunt atq; inermi illatebrant sese. Ibi illatebrãt uerbum poeticũ uisum est: sed nõ absurdũ neq; asperũ. Ea (inquit) dũ fiunt latini subnixo animo: quasi sublimi: et supra nixo uerbũ pene significãs et nõ fortuitũ: demõstratq; animi fortitudinẽ: fiduciãq;: qm̃ quibus innitimur: ijs quasi erigimur attollimurq;. Domus (inquit) suas quemq; ire iubet: et sua oĩa fruisci. Rarius quidem fuit in ætate M. Tullij ac deinceps infra rarissimum. Dubitatumq; est ab imperitis antiquitatis an latinum foret. Non modo autem latinum: sed iucundius amœniusq; ẽt uerbum fruiscor factũ est ꝙ fruor. et ut fatiscor a fateror ita fruiscor factum est a fruor. Q. Metellus Numidicus: qui caste pureq; lingua usus latina uidetur: ĩ epistola quã exul ad Domitios misit ita scripsit. Illi uero omni iure atq; honestate interdicti. Ego neq; aqua neq; igni careo: & summa gloria fruiscor. Næuius in attellana: quæ partus inscripta est: hoc uerbo ita utitur. Quod magnopere quæsiuerunt id fruisci non queunt. qui non parsit: apud se fruitus est. Et

Illatebrant.

Fruisci

romani(inquit)multis armis & magno cōmeatu:
prædaq; ingenti capiantur. Verbū castrense est: nec
facile id reperias apđ ciuiliū causarū oratores. Exq;
eadem figura est:qua lignantur & pabulantur et
Sole oc- aquantur. Sole(inquit)occaso:sole occaso:nō insuaui
caso. uenustate est:si quis aurē habeat non sordidam: nec
proculcatā. In duodecim autē tabulis uerbū hoc ita
scriptum est. Ante meridiē causam cōiicito:quū pero
rant ambo præsentes. Post meridiē præsenti litē ad-
dicito. Si ambo præsentes:sol occasus suprema tem-
In medi pestas esto. Nos(inquit)in mediū relinquemus. uul-
um reli gus in medio dicit nam uitiū istuc putant:et si dicas
quo. in medium ponere id quoq; esse σολοικον.i.
solœcismi uitium putat. Et tamē probabilius signi-
ficatiusq; sic dici uidebitur:siquis ea uerba non incu
riose introspiciat. Græce quoq; θεῖναι εἰς μέ-
Pugna- σον.id est ponere in mediū uitiū id nō est. Postq;
tum in nunciatū est (inquit) ut pugnatū esset in gallos: id
gallos ciuitas grauiter tulit. In gallos mūdius subtiliusq;
est:q̃ cū gallis aut cōtra gallos. Nā pinguiora hæc
obsoletioraq; sunt. Simul(inquit)forma: factis:elo-
Magnū quētia:dignitate:acrimonia:confidētia pariter præ-
uiaticū. cellebat:ut facile intelligeretur magnū uiaticū. Ma
gnū uiaticum pro magna facultate: & paratu ma-
gno noue positum est. Videturq; græcos secutus:qui
ἐφόδιον idest uiaticū sumptū uiæ ad aliarum
quoq; rerū apparatus traducunt. Ac sæpe ἐφοδι-
ον pro eo dicunt:quod est institue et instrue. Nam
M.(inquit) Manlius: quem capitolium seruasse a
gallis supra ostendi:cuiusq; operam cum. M. Furio

dictatore apud gallos comprime fortem atq; exupe
rabilem respublica sensit.is & genere & uirtute
bellica nemini concedebat. Adprime crebrius est. Cũ Cũpri-
prime rarius.traductũq; ex eo est:quod cũ primis di me.
cebant:pro quo est in primis. Nihil sibi (inquit) diui Opus
tias opus esse. Nos diuitijs dicimus:et uitiũ hoc oratio diuitias
nis nullũ est. Ac ne id quidem est quod figura dici
solet. Recta enim isthæc oratio est. Et ueteres cõplu-
sculi ita dixere. Ne ratio dici potest:cur rectius sit di
uitijs opus esse:q̃ diuitias nisi qui grãmaticorũ no-
ua instituta:ut τεμενων ιερα.i.ad tẽplorũ sa-
cra obseruant. Nã hæc (inquit) maxime uersatur deo
rum iniquitas:q̃ deteriores sunt incolumiores. Neq;
optimũ quẽpiam inter nos sinũt diurnare. Inusitate Diurna
dixit diurnare:pro diu uiuere. Sed ex ea figura est re.
qua dicimus perennare. Cũ ijs (inquit) consermona-
batur:sermonari rusticius uidet̃ sed rectius.sermoci Sermo-
nari crebrius est:sed corruptius. Sese (inquit) ne id nari.
quoq;:quod tum suaderet:facturũ esse. Ne id quoq; Ne id
dixit:pro ne id quidẽ. Infreques nũc in loquẽdo:sed quoq;.
in libris ueterũ creberrimũ. Tãta (inquit) sanctitudo Sancti-
fani est ut nũq̃ q̃sq̃ uiolare sit ausus. Sãctitas quoq; tudo.
et sanctimonia nõ minus latine dicuntur. Sed nescio
quid maioris dignitatis est uerbũ sanctitudo. Sicuti
M.Cato in.L.Veturiũ:duritudinẽ q̃ duriciẽ dicere: Duritu-
grauius putauit. Qui illius (inquit) imprudẽtiã no- do.
rat & duritudinẽ. Quum tantus (inquit) arrabo pe-
nes samnites populi romani esset. Arrabonem dixit Arrabo
de obsides:& id maluit q̃ pignus dicere:quoniam
uis huius uocabuli in ea sententia grauior acriorq;

Arra. est. Sed nũc arrabo ĩ sordidis uerbis haberi cœptus. Vitas. Ac multo rectius uidetur arra. Quãquã arrã quoq; ueteres saepe dixerit. et cõpluries (inquit) in laboribus miserrimas uitas exegerunt. Et hic motus in ociis (inquit) cõsumptus. Elegantia utrobiq; ex multitudinis numero quaesita est. Cominius (inquit) qua ascẽderat: descẽdit: atq; uerba gallis dedit. Verba Cominiũ dedisse gallis dicit: qui nihil quicq;: cuiq;: dixerat. Neq; enĩ eũ galli: qui capitoliũ obsidebãt: ascẽdentẽ aut descẽdentẽ uiderãt. Sed uerba dedit: haud secus posuit q; si tu dicas latuit: atq; obrepsit. Cõuales (iquit) et Verba dedit. arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbum Arboretum est: arbusta celebratius. Putabãt (inquit) eos qui foris atq; qui in arce erãt: inter se cõmutationes et cõsilia facere. Commutationes. i. collationes: cõmunicatiões Cõmutatiões. nesq; inusitate dixit. Sed nõ hercle inscite: nec ineleganter. Haec ego pauca interim super eo libro quorum memoria post lectionem suppetierat mihi notaui in sermonibus forte: quos de temporibus rerũ ad usus hominum repertarum agitabamus.

Verba. M. Varronis ex libro quinto & uigesimo humanarũ quibus contra opinionẽ uulgariam interpretatus est Homeri uersum. Cap. III.



Dolescẽs quispiam non indoctus: sparti quoq; usum ĩ terra graecia diu incognitũ fuisse dixit multisq; post Iliũ captũ tẽpestatibus ex terra hispania aduectũ Riserũt hoc ad illudendũ ex iis qui ibi aderãt unus: atq; alter male homines literati. quod genus graeci αγοραιουσ. i. uulgares & uiles appellant. At

ꝙ eum:qui id dixerat librum legiſſe Homeri aiebāt cui uerſus hic forte deeſſet:και δη δουρα σε- σηπε νεων. και σπαρτα λελυνται. id eſt En ligna eputrent rarum et ſparta in cariem ſunt. Tum ille prorſum irritatus non(inquit)in eo libro uerſus:ſed uobis plane magiſter defuit. ſi cre- ditis in eo uerſu ſparta id ſignificare quod nos ſpar tum dicimus. Maiorem enim uero illi riſum ſubijcũt neq; id deſtiterunt:niſi liber ab eo prolatus eſſet. M. Varronis. XXV. humanarum in quo de iſto Home- ri uerſu a Varrone ita ſcriptum eſt. Ego ſparta apđ Homerum non plus ſpartum ſignificare puto:ꝙ σπαρτους id eſt ſpartos qui dicuntur in agro thebano nati. In græcia ſparti copia modo cœpit eẽ ex hiſpania. Neꝗ ea ipſa facultate uſi liburni. Sed ĩ plæraſq; naues loris ſuebant. Græci magis canabo & ſtupa: ceteriſq; ſatiuis rebus a quibus σπαρ- τα appellabāt. Qđ cũ ita Varro dicat:dubito hercle an poſteriori ſyllaba in eo uerbo quod apud Home rum eſt:acuenda ſit. niſi quia uoces huiuſcemodi:cũ ex communi ſignificatione in rei certe ꝓprietatẽ cõ- cedunt diuerſitate accentuum ſeparantur.

Quid Menāder poetæ Philemoni poeta dixerit: a quo ſæpe indigne in certaminibus comœdiarũ ſupatus ẽ. Et ꝙ ſæpiſſime Euripides ĩ tragœdia ab ignobilibus poetis uictus eſt. Cap. IIII.

Phile- mon.



Enāder a Philemone nequaꝙ pari ſcri- ptore in certaminibus comœdiarũ ambi- tu: gratiaq; & factionibus ſæpenu- mero uincebatur. Euum quum forte

Euripi- des.

habuisset obuiam. Quæso (inquit) Philemon: bona uenia dic mihi: quũ me uincis nõ erubescis? Euripidẽ quoq; M. Varro ait: quũ quinq; & septuaginta tragœdias scripserit: in quinq; solus uicisse. Quũ eum uincerent aliquot poetæ ignauissimi. Menandrum autem alii centũ & octo partim centum & nouẽ comœdias reliquisse ferunt. Sed apollodori scriptoris celebratissimi hos de Menandro uersus legimus in libro: qui chronica inscriptus est.

κεφισυεὺς ὢν ἐκ διοπειθου πατροσ
προσ τοισ εκατομ πεντε γραψασ
δραματ᾽εξ:
ελιπε. πεντηκοντα και δυοινετωμ. i.

Cephisyeus genere: ex diopithe patre.
Quinq; & centum: quum scripsit fabulas.
Fato ẽ defunctus: annos duos natus: et quinquaginta.
Ex istis tñ centũ et quinq; oĩbus solis eũ octo uicisse.
Idem Apollodorus eodem libro scripsit.

Nequaq; esse uerũ quod minutis quibusdã rhetoricæ artificibus uideatur. M. Ciceronẽ in libro quẽ de amicitia scripsit uitioso argumẽto usum αμφισβητουμενομ αμτι ομολογουμενου. i. dubium pro confesso posuisse. Totumq; id consyderatius tractatum exploratumq;. Cap. V.



Icero in dialogo: cui titulus est: Lælius: uel de amicitia docere uolens amicitiã non spe: expectationeq; utilitatis neq; precii mercedisq; causa colendam: sed quo ipsa per sese plena uirtutis honestatisq; sit: ex-

petendã: diligendãq; esse etiã si nihil opis: nihilq; emolumẽti: ex ea participari queat. hac sentẽtia atq; his uerbis usus est: eaq; dicere facit. C. Læliũ sapientem uirũ: qui. P. Africani fuerat amicissimus. Quid enim Africanus indigens mei? Ne ego quidẽ illius. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius: ille uicissim opinione fortasse nõnulla: quã de meis moribus habebat: me dilexit: auxit beniuolentiã consuetudo. Sed quãquã utilitates multæ & magnæ consecutæ sunt: non sunt tamẽ ab earũ spe causæ diligendi profectæ. Vt enim benefici liberalesq; sumus nõ ut exigamus gratiã: neq; eñi beneficium fœneramur: sed natura ꝓpensi ad liberalitatẽ sumus sic amicitiam non spe mercedis adducti: sed ꝙ omnis fructus in ipso amore inest expetendam putamus. Hoc cum legeretur in cœtu forte hominũ doctorum: rhetoricus quidam sophista utriusq; linguæ callens haud sane ignobilis: ex istis argutulis: & minutis doctioribus: qui τεχνικοὶ .i. artificiales appellantur atq; in disserendo tamen non impiger usum esse existimabat argumento. M. Tullium nõ ꝓbo neq; ἀποδεικτικῷ. id est demonstratiuo: sed eiusdẽ quæstionis cuius esset ea ipsa res: de qua quæreretur. Verbisq; id uitium græcis appellabat. ꝙ accepisset ἀμφισβητουμένου: ἀντὶ ὁμολογουμένου. id est dubium pro confesso & certo. Nam beneficos (inquit) & liberales sumpsit ad confirmandum: id quod de amicitia dicebat: quũ ipsum illud & soleat quæri: & debeat quisquis liberaliter et benigne facit: qua mente: quoue consilio: benignus li

beraliſq; ſit. Vtrum quia mutuã gratiam ſperet: & eum in quẽ benignus ſit ad parem curã ſui ꝓuocet: quod facere plæriq; oẽs uidentur: an quia a natura ſit beniuolus: benignitaſq; eum per ſeſe ipſa: & liberalitas delectet: ſine ulla recipiẽdæ gratiæ ꝓcuratione: quod eſt omniũ ferme rariſſimũ. argumenta aũt cenſebat: aut ꝓbabilia eſſe debere: aut perſpicua: & minime controuerſa. Idq; ἀπόδειξιν. i. expreſſionẽ & demõſtrationẽ uocari dicebat: quum ea quæ dubia: aut obſcura ſunt ꝑ ea quæ ambigua non ſunt illuſtrant̃. atq; ut oſtẽderet bñficos: liberaleſq; ad id quod de amicitia quæreretur: quaſi argumẽtũ exẽplũue: ſumi nõ oportere. Eodem (inquit) ſimulacro et eadẽ rationis imagine: amicitia inuicẽ ꝓ argumẽto ſumi põt: ſi quis affirmat hoĩes beneficos: liberaleſq; eſſe debere: nõ ſpe aliqua cõpẽdij: ſed amore & ſtudio honeſtatis. Poterit enim cõſimiliter dicere ita. Nãq; ut amicitiã nõ ſpe utilitatis amplectimur: ſic benefici liberaleſq;: nõ gratiæ recuperandæ ſtudio eẽ debemus. Poterit ſane (inquit) ita dicere. Sed neq; amicitia liberalitati: neq; liberalitas amicitiæ præbere argumentũ põt: cũ de utroq; pariter quæratur. Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibuſdam uidebatur perite & ſciẽter. Sed uidere licet eũ uocabula rerum uera ignorauiſſe. Nam beneficiũ & liberalẽ Cicero appellat ita: ut philoſophi appellandum eſſe cenſent. non eum qui (ut ipſe ait) beneficia fœneratur: ſed qui benigne facit: nulla tacita ratione ad utilitaces ſuas redundante. Non ergo obſcuro neq; ambiguo argumẽto uſus eſt. ſed certo atq; per-

ſpicuo. Siquidem qui uere beneficus: liberaliſq; eſt qua mente bene: aut liberaliter faciat nõ quæritur. aliis enim longe nominibus appellandus eſt: ſi cum & talia facit: ſui potius ꝙ alterius iuuandi cauſa facit. Proceſſiſſet autem argutatori iſti fortaſſe ea repræhenſio: ſi Cicero ita dixiſſet. Etenim beneſice liberaliterq; facimus: nõ ut exigamus gratiam: uideretur enim beneſice facere: etiam in nõ beneficum cadere poſſe: ſi id per aliquam circunſtantiam fieret: non per ipſam perpetuæ beniguitatis conſtantiam. Sed cum beneficos liberaleſq; dixerit: neq; aliuſmodi iſti ſunt: ꝙ cuius eſſe eos ſupradiximus: illotis (quod aiũt) pedibus & uerbis repræhẽdit doctiſſimi hominis orationem.

Falſum eſſe quod Verrius Flaccus in librorũ ſecũdo. quos de obſcuris. M. Catonis cõpoſuit: de ſeruo receptitio ſcriptũ reliquit. Cap. VI.


M. Cato uoconiam legem ſuadẽs uerbis hiſce uſus eſt. Principio nobis mulier magnã dotẽ attulit. Tum magnã pecuniã recipit quã in uiri poteſtate nõ cõmittit eã pecuniã mutuã dat uiro. poſtea ubi irata facta eſt: ſeruũ receptitiũ ſectari: atq; flagitare uirũ iubet. Quærebatur ſeruus receptitius quid eſſet: Libri ſtatim quæſiti allatiq; ſunt Verri Flacci de obſcuris Catonis in libro ſecũdo ſcriptũ inuentũ eſt. Receptitiũ ſeruũ dici nequã: & nulli precii: qui cũ uenũ eſſet datus redhibitus ob aliquod uitiũ receptuſq; ſit. Propterea (inquit) ſeruus huiuſmodi ſectari maritum & flagitare pecuniam iubebatur: ut eo ipſo Verrius Flaccus

dolor maior: & cõtumelia grauior uiro fieret: q̄ eũ seruus nihil petẽdæ pecuniæ causa cõpellaret. Cum pace aũt: cunctꝫ uenia istorum: siqui sunt qui Verriũ Flacci auctoritate capiũtur: dictum hoc sit. Receptitius em̃ seruus in ea re: quam dicit Cato: aliud omnino est: q̄ꝫ Verrius scripsit. Atqꝫ id cuiuis facile intellectu est. Res em̃ proculdubio est. Quãdo mulier dotem marito dabat: tum quæ ex suis bonis retinebat: neqꝫ ad uirum tramittebat ea recipere dicebatur. Sicuti nũc quoqꝫ in uẽditionibus: quæ excipiũtur neqꝫ uæneũt. Quo uerbo Plautus quoqꝫ in trinũmo usus est in hoc uersu.

Recepti tius seruus.

Posticulum hoc recepit: cum ædis uendidit.

Particulam quandã quæ post eas ædis erat: nõ uẽdidit sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierẽ demonstrare locupletem uolens. Mulier (inquit) & magnam dotem dat: & magnã pecuniam recipit. Hoc est & magnã dotẽ dat: et magnam pecuniã retinet. Ex ea igitur re familiari: quã sibi dote data retinuit pecuniã uiro mutuã dat. Eã pecuniã cũ uiro forte irata repetere instituit: apponit flagitatorẽ seruũ receptitiũ hoc est ꝓpriũ seruũ suũ: quẽ cũ pecunia reliqua receperat: neqꝫ dederat doti: sed retinuerat. Nõ em̃ seruo mariti imperare hoc mulierẽ fas erat: sed ꝓprio suo. Plura dicere quibus hoc nostrum tuear supersedeo. Ipsa em̃ sunt per sese euidentia. & quod a Verrio dicitur: & quod a nobis. Vtrum ergo uidebitur cuiqꝫ uerius eo utatur.

Verba hæc ex atinia lege. Quod subreptum erit eius rei æterna auctoritas esto. P. Nigidio. & Q.

Sceuolæ uisa esse non minus de præterito q̃ de futuro furto cauisse. Cap.VII.



Egis ueteris atiniæ uerba sunt. Q̃d subreptũ erit: eius rei æterna auctoritas esto. Quis aliud putet in hisce uerbis: q̃ de tẽpore tantum futuro legẽ loqui: Sed.Q. Scæuola patrẽ suum: & Brutũ et Maniliũ uiros apprime doctos quæsisseq; ait: dubitasse utrum ne in postfacta modo furta lex ualeret: an etiam in antefacta quoniã q̃d subreptũ erit: utrunq; tẽpus uideret ostendere: tam præteritũ q̃ futurũ. Itaq;. P. Nigidius ciuitatis romanæ doctissimus super dubitatione hac eorum scripsit in. xxiiij. cõmentariorũ cõmaticorum. Atq; ipse quoq; idẽ putat incertam esse tẽporis demõstrationẽ. Sed anguste perq̃ & obscure dissserit ut signa rerũ ponere uideas ad subsidium magis memoriæ suæ q̃ ad legentium disciplinam. uidebatur tamẽ hoc dicere: uerbum esse & erit quando per sese ponuntur habẽt: atq; retinẽt tẽpus suum. Cum uero præterito iunguntur uim tẽporis sui amittunt & in præteritum cõtendunt. Cum enim dico in cãpo ẽ: in comitio est: tẽpus instãs significo. Itẽ cum dico in cãpo erit tẽpus futurum demõstro. At cum dico factum est: scriptum est: subreptum est: q̃q̃ ẽ uerbum: tẽporis sit præsentis: confunditur tamen cum præterito: & præsens esse desinit. Sic igitur (inq̃t) etiã istud: quod in lege est: si diuidas separesq; duo uerba hæc: subreptum & erit ut sic audias subreptũ tanq̃ certamen erit: aut sacrificium erit. Tunc uidebitur lex in post futurum loqui. Si uero copulate p

Esse & erit.

misteq; dictũ intelligas ut subreptum erit:non duo sed unũ uerbum sit. Idq; unica patiendi declinatiõe fit:cum hoc uerbo non minus præteritum tẽpus ostẽditur q̃ futurum.

In sermonibus apud mẽsam Tauri philosophi: quæri agitariq; eiusmodi solita. Cur oleũ sæpe & facile:uina rarius cõgelascant: acetum haud fere unq̃. & cur aquæ fluuiorũ fontiũq; durent: mare gelu non duretur. Cap. VIII.



Hilosophus Taurus accipiebat nos athenis cœna plærũq;:ad id diei ubi id uesperauerat. id enim est tempus istic cœnandi frequens. Eius cœnæ fundus & fundamẽtũ omne erat in olla una lentis ægyptiæ:& cucurbitæ inibi minutim cæsæ. Ea quodam die ubi paratis. & expectantibus nobis allata:atq; imposita mensæ est:puerum iubet Taurus oleum i ollam indere. erat is puer genere atticus ad annos maxime natus. viii. festiuissimus ætatis & gentis argutiis scatens. Guttum samiũ oretenus imprudens inanem:tanq̃ si inesset oleum affert:cõuertitq; eum:ut & solitũ est circumegit per omnẽ partẽ ollæ manũ nullũ inde ibat oleũ. Aspicit puer guttũ atrocibus oculis stomachabũdus:et cõcussum uehemẽtius iterũ i ollã uertit. Id cũ oẽs sensim:atq; summissim rideremus. Tũ puer græce et id q̃dẽ perq̃ attice μεγελᾶτε inquit ἐνι τοῦ ἐλαίου ἀλλ' οὐκ ἴστε οἷα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον

γηγουετημεροῦ και κεκρυσταλλῶς
ται id est ne uidete: id est oleũ. Verũ uos nescitis qua
lis matutino diluculo hodie rigor fuerit. itaq; gelu
cõcretum est: Verbero (inquit) ridens Taurus: nonne
is curriculo atq; oleum petis. Sed quum puer foras
emptũ isset: nihil ipse ista mora offensior. Olla inqt
oleo indiget: et ut uideo intolerãdum feruit: cohibea
mus manus: atq; interea quoniam puer nunc admo
nuit solere oleum congelascere: consyderemus qdẽ:
cur oleum sæpe & facile stet: uina rarenter congela
scant. Atq; aspicit me & iubet quid sentiam dicere.
Tũ ego respõdi: coniectare me uinũ iccirco minus ci
to coalescere: q seminia quædam caloris in sese habe
ret: etiãq; natura ignitus ob eamq; rem dictũ esse ab
Homero αἴθοπα οἶνον id est calidum uinũ nõ
(ut alii putarẽt) propter colorem. Est qdem (inqt)
Taurus ita ut dicis nam ferme conuenit uinũ ubi po
tum ẽ: calefacere corpora. Sed nõ secus oleũ quoq; ca
lorificum est: neq; minorem uim in corporibus cale
faciẽdis habet. Adhoc si istæc quæ calidiora sunt dif
ficilius gelu coguntur: cõgruens est ut quæ frigidio
ra sunt facile cogantur. Acetum autem omnium ma
xime frigorificum est. atq; id nunq̃ tamen concre
scit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris
in leuitate est: faciliora enim ad coeundum ideo ui
dentur. quæ leuatiora leuioraq; sunt. Præterea id
quoq; ait. quæri dignum: cur fluuiorum & fon
tiũ aquæ gelu durẽtur mare oẽ incõgelabile sit? Ta
metsi Herodotus (inqt) historiæ scriptor cõtra oĩum
ferme: qui hæc quæsiuerũt opinionẽ scribit mare bos

phoricū:qđ cimmeriū appellatᷓ:earūq; partiū mare omne:quod scythicū dicitur:gelu stringi & consistere. Dū hæc Taurus:interea puer uenerat: & olla deferbuerat:tēpusq; esse cœperat edendi & tacendi.

De notis literarū:que in.C.Cæsaris epistolis reperiuntur.deq; aliis clandestinis literis ex ueteri historia petitis.et qđ σκυταλη i.baculus quo epistola inuoluebatur sit laconica. Cap.IX.



ibri sunt epistolarū.C.Cæsaris ad.C. Oppium.& balbum Cornelium: q̃ res eius absentis curabant.In his epistolis quibusdam in locis inueniuntur literæ singulariæ:sine coagmentis syllabarum:quas tu putes esse positas incondite.Nam uerba ex ĩis literis confici nulla possunt.Erat autē conuentum inter eos clādestinum:de commutando situ literarum ut in scripto quidem alia aliæ locum:& nomē teneret.Sed in legendo locus cuiq; suus & potestas restitueretur. Quænam:uero litera pro qua scriberetur:ante ĩis: sicut dixi:complacebat qui hanc scribendi latebrā parabant.Est adeo probi grammatici cōmentarius satis curiose factus de occulta literarū significatione epistolarū.C.Cæsaris scriptarum Lacedæmonii autem ueteres:quū dissimulare & occultare literas publice ad imperatores suos missas uolebant:ne si ab hostibus exceptæ forent:cōsilia sua noscerētur epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes oblonguli pari crassamēto eiusdē lōgitudinis derasi:atq; ornati consimiliter. Vnus imperatori in bellū proficiscēti dabatur.alterū domi magistratus cū iure

atq; cum ſigno habebant. Quando uſus uenerant li
terarum ſecretiorũ: circum eum ſurculum lorũ modi
cæ tenuitatis: longũ aũt: quãtum rei ſatis erat: compli
cabãt uolumine rotundo ac ſimplici. Ita uti oræ adiũ
ctæ undiq;: et cohærentes lori: q̄d plicabatur coirent.
Literas deinde in eo loro per tranſuerſas iuncturarũ
oras: uerſibus a ſummo ad imũ proficiſcẽtibus inſcri
bebant. Id lorum literis ita perſcriptis reuolutũ ex
ſurculo imperatori cõmenti illius conſcio mittebant.
reſolutio autẽ lori literas truncas atq; mutilas red-
debat membraq; earum: & apices in partes diuerſiſ
ſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorũ in manibus ho
ſtiũ inciderat nihil ꝗcq̃ cõiectari ex eo loro quibat.
Sed ubi ille ad quẽ erat miſſum: acceperat ſurculo cõ
pari: quem habebat: capto ad finẽ perinde ut debere
fieri ſciebat: circũplicabat: atq; literæ ꝑ ambitum eũ
dem ſurculi coaleſcentes rurſum coibant. Integrãq;
& incorruptã epiſtolã et facilem legi præſtabant.
Hoc genus epiſtolæ lacedæmoniĩs σκυταλευ.
id ẽ loricatũ ſurculũ appellãt. Legebamus id quoq;
in uera hiſtoria rerum punicarũ uirũ indidẽ quẽpiã
illuſtrẽ: ſiue ille haſdrubal: ſiue ꝗs alius ẽ nõ retineo
epiſtolã ſcriptã ſuꝑ rebus arcanis: hoc modo abſcon-
diſſe. Pugillaria noua: nõdũ etiã cæra illita accepiſ
ſe literas in lignum indidiſſe Poſtea tabulas uti ſoli
tum eſt cæra colliuiſſe. Eaſq; tabulas tanq̃ non ſcri-
ptas: cui futurũ id prædixerat: miſiſſe. Eum deinde
cærã deraſiſſe: literas incolumeſq; ligno inciſas le-
giſſe. Eſt & alia in monumentis rerum græcarum
profunda quædam & inopinabilis latebra barbari

co astu excogitata Histieus nomine fuit: loco natus i terra asia nõ ignobili. Asiam tunc tenebat imperio rex Darius: iis Histieus quum in persis apud Dariũ esset. Aristogoræ cuipiam res quasdã occultas nũcia re furtiuo scripto uolebat. Comminiscitur opertum hoc literarum admirandum. Seruo suo diu oculos ægros habenti capillum ex capite omni: tanq̃ medẽ di gratia: deradit. Caputq; eius læue i literarum for mas cõpingit. His literis quæ uoluerat scripsit. Hominem postea quoad capillus adolesceret domo con tinuit. Vbi id factum est ire ad Aristagoram iubet. Et quum ad eum ueneris: mandasse me dicito ut ca put tuum (sicut nuper egomet feci) deradat seruus (ut imperatum erat) ad Aristagoram uenit. Manda tumq; domini affert. atq; ille id nõ esse frustra ratus quod erat mãdatum fecit. ita literæ perlatæ sunt.

Quid de uersibus Virgilii Phauorinus existima rit: q̃bus in describenda flagrantia montis ætnæ Pindarum poetam secutus est. Collataq; ab eo su per eadem re utriusq; carmina: & diiudicata.

Cap. X.



Hauorinum philosophum: quum in ho spitis sui antiatem uillam æstu anni cõ cessisset nosq; ad eum uidendum roma uenissemus memini super pindaro poe ta: & Virgilio in hunc fere modum disserere. amici (inquit) familiaresq;. Pub. Virgilii: in iis quæ de in genio; moribusq; eius memoriæ tradiderunt dicere eum solitum ferunt: parere se uersus more atq; ritu ursino. Nanq; ut illa bestia fœtum edere ineffigia

Virgilius Vrsino more uersus peperit.

tum informẽq;:lambẽdoq; id postea quod edidisset conformaret:& fingeret:perinde ingenij quoq; sui partus recẽtes rudi esse facie:& imperfecta. Sed deinceps tractãdo colendoq; reddere ijs se oris & uultus liniamenta. Hoc uirum iudicij subtilissimi ingenue atq; uere dixisse. Res (inquit) ipsa uerum indicium facit. Nam quæ reliquit perfecta: expolitaq;: quibusq; imposuit sensus:atq; delectus sui supremã manum omni poeticæ uenustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo:ut post recenserentur: & absolui (quoniam mors præuerterat) nequiuerit nequaq; poetæ elegantissimi nomine atq; iudicio digna sunt. Itaq; quum morbo oppressus:aduentare mortem uideret : petiuit:orauitq; a suis amicissimis impense:ut æneida quam nondum satis elimauisset abolerent. in ijs autẽ (inquit) quæ uidentur retractari aut corrigi debuisse : is maxime locus est: qui de monte aetna factus est. Nam cum Pindari ueteris poetæ carmen quod de natura: atq; flagrantia montis eius compositum est : æmulari uellet : eiusmodi sententias & uerba molitus est :ut Pindaro quoq; ipso qui nimis opima : pinguiq; esse facundia existimatus est : insolentior : hoc quidem n loco: tumidiorq; sit. Atq; uti uosmetipsos (inquit) eius (quod dico) arbitros faciã carmen Pindari:quod est super monte ætna quantulum nihil memoriæ est dicam.

Τας ερευγονται μεμ απλατου πυρος.
αγνοταται εκμυκων παγαι ποταμοι
δε αμεραισι μεν:προχεοντι ροον κα
πνου.αιθωνα αλλεν ορφναισι φοι-

νισσα κυλινδομενα φλοξ, ες βαθει-
αν φερει ποντου πλακα συν πατα-
γῳ. κεινους δ' ηφαιστοιο κρουνους:
ερποντας δεινοτατους αναπεμπει
τερας μεν θαυμασιον προσιδεσ-
θαι θαυμα δε και παρεοντων ακουσαι

id est A qua sane eructantur inaccessi ignis purissimi eximis fontes. Flumina uero interdiu quidem inundant fluctum feruētem fumi. At per noctes punicea proglomerata flamma: ad profundum ponti ferunt solū: cum strepitu illa Vulcani fluenta serpentia emittit sæuissima. Monstrum profecto: tum uisu tum auditu mirabile. audite nunc (inquit) Virgilij uersus. quos inchoasse eum uerius dixerim ꝙ fecisse.

Portus ab accessu uentorum immotus et ingens.
Ipse: sed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumque atram prorūpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo: & candente fauilla.
Attollitque globos flammarū: et sydera lambit.
Interdum scopulos. auulsaque uiscera montis
Erigit eructans: liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat: fundoque exæstuat imo.

Iam principio (inquit) Pindarus ueritati magis obsecutus: id dixit: quod res erat: quodque istic usu ueniebat. quodque oculis uidebatur interdiu fumare ætnam noctu flamigare. Virgilius autē dum in strepitu: sonituque uerborum conquirendo laborat utrunque tempus nulla discretione facta confundit. Atque ille græcus quidē fontes imitatus ignis eructari: et fluere oēs fumi: et flāmarum ꝑ fulua: et tortuosa uolumina in-

plagas maris ferre: quasi quosdā igneos angues luculēte dixit. Et hic noster atrā nubē turbine piceo: & fauilla fumāte: ροου καπνου αιθωνα .i. fluxum fumi calidum interpretari uolēs crasse et immodice cōgessit. globos quoq; flammarū. quod ille κρουνους .i. fluenta dixerat: duriter & ακυρως .i. improprie transtulit. Itē q᷑d ait sydera lābit. Vacāter hoc etiā (inquit) accumulauit: & inaniter. Neq; nō id quoq; inenarrabile esse ait: et ꝓpemodū insensibile: quod nubē atrā fumare dixit turbine piceo: et fauilla candēte. Nō eni fumare (inquit) solent: neq; atra eē quæ sunt cādētia nisi si cādēti dixit per uulgate: et improprie: ꝓ feruēti fauilla: nō ꝓ ignea et relucēti. Nā cādēs scilicet est a cādore dictū: nō a calore. Q᷑d saxa aūt scopulos eructari: et erigi: eosdēq; ipsos statim liquefieri: et gemere atq; glomerari sub auras dixit. hoc (inquit) nec a Pindaro scriptum nec unq᷑ fando auditum & omnium quæ mōstra dicuntur: monstruosissimum esse. Cādens

Q᷑d Plutarchus in libris symposiacis opinionē Platonis: de habitu atq; natura stomachi: fistulæq; eius quæ τραχεια .i. dura dicit aduersum Erasistratū medicū tutatus est: auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis. Cap. XI.



T Plutarchus et alii quidem docti uiri reprǽhēsū esse ab Erasistrato nobili medico Platonē scripsere: q᷑ potū dixit defluere ad pulmonē. Eoq; satis humectato dimanare per eum: quia sit rimosior: et confluere inde in uesicā: Errorisq; istius fuisse Alcæum ducē:

qui in poematibus ſuis ſcriberet τὸν τε ϖνεύμω-
να οἱ ϖῶτο γαρ ϖεριςτέλλεται.id eſt pul
monẽ uino.Ipſũ aũt Eraſiſtratũ dicere duas eſſe q̃ſi
caniculas quaſdã uel fiſtulas.Eaſq; ab oris faucibus
ꝓficiſci deorſum.Per earũq; alteram deduci delabi
q; in ſtomachum eſculẽta oĩa et poculẽta.Ex eoq; fer
ri in uẽtriculũ:q̃ ἡ κατω κοιλία.i.inferior uen-
ter.i.aluus appellatur.Atq; ibi ſubigi: digeriq; :ac
deinde aridiora ex iis recremẽta in aluũ cõuenire q̃d
græce κόλον dicitur:humidiora peruehens in ue
ſicam.Per alteram autem fiſtu lã:quæ græce nomi-
natur τραχεῖα ἀρτηρία.id eſt aſpera arteria:
ſpiritũ a ſummo ore in pulmonẽ:atq; inde rurſum
in os:et in naris cõmeare.Perq; eã uiam uocis quoq;
fieri meatũ.Ac ne potus cibuſq; aridior:quẽ oporte-
ret in ſtomachũ ire:procederet ex ore:labereturq; i eã
dem fiſtulã per quã ſpiritus reciprocatur.Eaq; offẽ-
ſione intercluderetur animæ uia:impoſitam eſſe ar-
te quadã:et ope naturæ inde apud duo iſta forami-
na q̃ dicitur ἐπιγλωττίς.id eſt appoſita lin-
gula:quaſi clauſtra:quædam mobilia : conniuentia
uiciſſim:& reſurgentia.Eamq; ἐπιγλωττίδα
inter edẽdum:bibendumq; operire:atq; protegere.
τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν id eſt aſperam ar
teriam:ne quid ex eſca potuue incideret in illud qua
ſi æſtuentis animæ iter.Ac propterea nihil humoris
influere in pulmonem:ore ipſo arteriæ comminuto.
Hæc ait Eraſiſtratus medicus aduerſus Platonẽ.Sed
Plutarchus in libro ſympoſiacorũ auctorẽ Platonis
ſententiæ Hippocratem dicit fuiſſe.Idemq; eſſe opi

natos & Philistiona locrum: & Dioxippum hippocraticum ueteres medicos: & nobiles. Atq; illam de qua Erasistratus dixerit: ἐπιγλωττίδα nõ iccirco in eo loco constitutam: ne quid ex potu influeret in arteriam. Nam pulmoni quoq; fouendo rigandoq; necessarios humores uideri. Sed appositã quasi moderatricem quandam: arbitramq; prohibendi admiscendiue: quod ex salutis usu foret: uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria: depelleretq; in stomachum. Potum autem partiretur inter stomachum & pulmonem. Et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet: non rapidum id neq; uniuersum: sed quadam quasi obice sustentatum: ac repressum: sensim paulatimq; transmitteret: atq; omne reliquum in alterã stomachi fistulam deriuaret.

De materiis infamibus: quas græci ἀδόξους appellant: a Phauorino exercẽdi gratia disputatis. Cap. XII.



Nfames materias: siue quis mauult dicere inopinabiles: quas græci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποθέσεις appellant: et ueteres adorti sunt: nõ sophistæ solum sed philosophi quoq;: et noster Phauorinus oppido q̃ libens in eas materias dicebat. Vel ingenio expergificando ratus idoneas: uel exercendis argutiis: uel edomandis usu difficultatibus: sicuti cum Thersitæ laudes quæsiuit: et cum Febris febrim quartis diebus recurrẽtem laudauit. Lepida quarta sane multa et non facilia inuentu in utrãq; causam næ laus

dixit:eaq; scripta in libris reliquit. Sed in febris laudibus testē etiam Platonem ꝓduxit:quem scripsisse ait. Qui quartanam passus cōualuerit:uiresq; integras recuperauerit: fidelius cōstātiusq; postea ualiturū. atq; ibi in eisdē laudibus nō hercle hac sententiola inuenuste lusit. Versus (inquit) est lōgo hoīm æuo ꝓbatus ἀλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη ἄλλοτε μήτηρ. i. ipsa dies quādoq; parēs: qñq; nouerca est. Eo uersu significatur: nō omni die bene esse posse: sed isto bene: atq; alio male. Quod cū ita sit (inquit) ut in rebus humanis bene aut male uice alterna sit: hæc biduo medio interuallata febris quanto est fortunatior: in qua est μία μητρυιὰ δύο μητέρες. i. una nouerca duæ matres.

Quin particula: quot qualesq; uarietates significationis habeat & q̃ sæpe in ueterum scriptis obscura sit. Cap. XIII.



Qvin particula: quam grammatici coniūctionē appellāt: uariis modis sententiisq; cōnectere: orationē uidet. Aliter eīm dici putatur: cum quasi increpātes: uel interrogātes: uel exhortātes dicimus: quin uenis? quin legis? quin fugis? Aliter cum ita cōfirmamus. Nō dubiū est quin. M. Tullius omniū sit eloquētissimus. Aliter aūt cū sic componimus: ꝙ quasi priori uidetur cōtrariū Nō iccirco causas Isocrates non defendit: quin id utile esse & honestū existimarit. A quo illa significatio nō abhorret: quæ est in tertia origine. M. Catonis. Hand eos (inquit) eo postremū scri-

bo: quin populi: & boni & strenui scient. In secūda quoq; origine. M.Cato nō lōge secus hac particula usus est. Neq; satis (inquit) habuit: quod eū in occulto uitiauerat: quin eius famā ꝓstitueret. Præterea animaduertimus Quadrigariū in .viij. annaliū particula ista usum esse obscurissime. Ipsius uerba posuimus. Romā uenit: uix superat quin triumphus decernatur. Itē in .vi. annali eiusdē uerba hæc sunt. Pene factū est: quin castra relinquerēt atq; cæderēt hosti. Non me aūt præterit dicere aliquē posse de summo pectore nihil esse in his uerbis negocij. Nā quin utrobiq; positum ꝓ ut: planissimūq; esse: si ita dicas. Romā uenit: uix superat ut triūphus decernat̃. Itē alio in loco: pene factū est ut castra relinquerēt: atq; cæderēt hosti. Sed utātur sane qui tam expediti sunt perfugijs cōmutationū in uerbis: quæ nō intelliguntur: utātur tñ ubi id facere poterūt uerecūdius. Hāc uero particulā de qua dicimus: nisi quis didicerit cōpositā copulatāq; esse: neq; uim tm̄ cōiungendi habere: sed certa quadā significatione factā: nunq; ꝑfecto rationes ac uarietates istius cōpræhēsurus est. Quod quia lōgioris dissertationis est. poterit (cui ociū est) reperire hoc in. P.Nigidij commentarijs: quos grāmaticos inscripsit.

Sententiæ ex Publij mimis selectæ lepidiores.
Caput. XIII.



Vblius mimos scriptitauit. dignusq; habitus est: qui super Laberio iudicaretur. C. autē Cæsarē ita Laberij maledicētia: & arrogātia offendebat: ut ac

ceptiores & ꝓbatiores sibi esse publiỹ:q̃ Laberiỹ mimos prædicaret. Huius Publiỹ sentẽtiæ ferũtur pleraq; lepidæ: & ad cõem sermonũ usum cõmodatissimæ. Ex quibus sunt istæ singulis uersibus circumscriptæ: quas libitũ hercle est adscribere.

Publiỹ sententiæ

Malum consilium est quod mutari non potest.
Beneficium dando accepit: qui digno dedit.
Feras: non culpes: quod uitari non potest.
Cui plus licet q̃ par est: plus ult q̃ licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo est.
Frugalitas incerta est: rumoris boni.
Hæredis fletus sub persona risus est.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Improbe Neptunũ accusat: q iterũ naufragiũ facit.
Ita amicum habeas: posse ut fieri hũc inimicũ putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunq̃ periculũ sine periculo uincitur.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficiỹ est: quod petitur: si belle neges.

Quod Carneades academicus elleboro stomachũ purgauit: scripturus aduersus Zenonis stoici decreta. Deq; natura medelaq; ellebori candidi & nigri. Caput. XV.

Carneades



Arneades academicus scripturus aduersum stoici Zenonis libros: superiora corporis elleboro cãdido purgauit: ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usq; animi redũdaret: et instãtiã uigorẽq; mẽtis labefaceret. Tãta cura tãtoq; apparatu uir ingenio præstanti ad refellẽda q̃ scripserat Zeno ag-

gressus. Id quũ in historia græca legissem ꝙ ellebo ro cādido scriptũ erat: quid esset quæsiui. Tũ cōperi duas spẽs ellebori esse discernicu'o coloris insignes: cādidi et nigri. Eos aũt colores nō in semine ellebori neq; in uirgultis: sed in radice dignosci. Cādido sto machũ et uẽtrẽ superiorẽ: uomitionibus purgari. Nigro aluũ: quæ inferior uocaĩ: dilui. Vtriusq; esse hāc uim: ut hũores noxios: in qbus causæ morborũ sunt: extrahat. Esse aũt periculũ ne inter eās moborũ oĩ̄i corpis uia patefacta: ea quoq; ipsa in qbus causa ui uẽdi est: exinaniãtur. Amissoq; oĩ̄i naturalis alimoniæ fundamẽto: homo exhaustus intereat. Sed elleborũ sumi posse tutissime i insula anticyra. Plinius secũdus i libris naturalis historiæ scripsit. Propterea liuiũ Drusiũ: q tribunus plæbis fuit: quũ morbũ (qui comitialis dicit̃) pateret̃: anticyrã nauigasse: et in ea insula elleborũ bibisse ait: atq; ita morbo liberatum. Præterea id scriptũ legimus gallos in uenatibus tingere elleboro sagittas: ꝙ ĩjs ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiãt. Sed ꝑpter ellebori cōtagiũ: uulnera ex sagittis facta circũcidere latius dicũtur.

Ellebori duas species.

Anates pōticas uim habene uenenis detegendis potentem. Atq; inibi de Mithridatis regis in id genus medicamenti solertia. Cap. XVI.

Anates

ANates pōticas dicitur edendis uulgo uenenis uictare. Scriptũ etiã a Leneo. Cn. Pōpeĩj liberto Mithridatem illum ponti regem medicinæ rei: & remediorum d genus solertem fuisse. Solitumq; earum sanguinem miscere medicamẽtis: quæ digerendis uenenis

ualent. Eūq; sanguinem uel potentissimū esse in ea cōfectione. Ipsum autē regē assiduo taliū medelarū usu: a clādestinis epularū insidijs cauisse. Quin & sciētē quoq; ultro: & ostētādi gratia uenenū rapidū & uelox sæpenumero hausisse: atq; id tamen sine noxa fuisse. Quāobrē postea cū prœlio populi romani uictus metu sui in ultima regni refugisset: et mori decreuisset: & uenena uiolentissima festinandæ necis gratia: frustra expertus esset: suo se ipse gladio transegit. Huius regis antidotus celebratissima est: quæ mithridatios uocatur.

Antidotus. Mithridatios.

Mithridatē pōti regē duarū & uiginti gentiū linguis locutū. Q. ꝙ Enniū tria corda habere sese dixisse: ꝙ tris linguas percalluisset: græcam: oscam: latinam. Cap. XVII.

Ennius Mithridates.

Q. Ennius tria corda habere sese dicebat: ꝙ loqui græce & osce: & latine sciret. Mithridates aūt pōti atq; bithiniæ rex inclytus: qui a. Cn. Pōpeio bello superatus est: duarū et uiginti gētiū: quas sub ditione habuit: linguas percalluit. Earūq; omniū gētiū uiris haud unq̄ per interpretē locutus est. Sed ut quēq; ab eo appellari usus fuit: pinde lingua et oratione ipsius: nō minus scite q̄ si gētilis eius esset locutus est.

Q̄d. M. Varro. C. Salustiū historiæ scriptorem depræhēsum ab Anio Milone in adulterio scribit: et loris cæsum pecuniaq; data dimissum. Ca. XVIII.

Salustius.

Varro in literis atq; uita: fide homo multa & grauis: in lib. quē inscripsit Pius: aut de pace. C. Salustiū scriptorē seriæ

illius: & seuere orationis ĩ cuius historia notiões cen sorias fieri atq; exerceri uidemus: in adulterio de prǣhẽsum ab Anio Milone loris bene cæsum dicit: & quum dedisset pecuniam demissum.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hoibus nequam: et impuris disciplinas philoso phiæ studiose tractantibus. Et quæ duo uerba ob seruanda præceperit: omnium rerum longe salu bria. Cap. XIX. Longe.



Hauorinum ego audiui dicere Epicte tum philosophum dixisse: plærosq; istos qui philosophari uidentur: philo sophos esse huiuscemodi ανευτου πραττειν μεχρι του λεγειν. Id significat factis procul: uerbis tenus. iam illud est uehemen tius q̃d Arianus solitum eum dictitare ĩ libris: quos quos de dissertationibus eius composuit: scriptum re liquit. Nam quum (inq̃t) animaduerterat hominem pudore amisso: importuna industria corruptis mori bus audacem: confidẽtem linguam: cæteraq; omnia: præterq̃ animũ procurantẽ: istiusmodi (inquit) ho minem quum uiderat. studia quoq; & disciplinas philosophiæ contractare & physica adire: & medi tari dialectica: multaq; id genus theoremata suspica ri sciscitariq;: inclamabat deum atq; hominum fidẽ: ac plærũq; interclamandũ his cũ uerbis increpabat. ανϑρωπε πουβαλλεις: σκεψαι ει κε καϑαρται το αγγειον. αν γαρ εις την οιησιν αυτα βαλλης απωλετο ην σαπη ουρον. η οξος γενοιτο αν η τι Epictetus.

τουτωρ χειρορ: id est Homo. ubi nam mittis: consyderanũquid purgatum uas sit. Nam si ad inanem opinionẽ ea inuergas: prorsum interierunt. Sin computrescant: in urinam aut acetum uertentur: aut siquid iis ip sis est deterius. Nil ꝑfecto his uerbis grauius: nil uerius quibus declarabat maximus philosophorum literas atq; doctrinas philosophiæ: quum in hominem falsum atq; degenerem: tãq̃ in uas spurcum: atq; pollutum influxissent: mutari: corrumpi: & q̃d ipse κυνικωτερορ. id est magis cynicæ dixit: urinam fieri: aut siquid ẽ urina spurcius. Præterea idem ille Epictetus q̃d ex eodẽ Phauorino audiuimus: solitus dicere est: duo esse uitia multo oĩum grauissima ac teterrima: intolerantiam et incontinẽtiam quum aut iniurias: quæ sunt ferendæ non toleramus neq; ferimus aut a quibus rebus uoluptatibusq; nos tenere debemus: non tenemus. Itaq; (inquit) si quis hæc duo uerba cordi habeat eaq; sibi imperãdo atq; obseruãdo curet: is erit pleraq; impeccabilis uitamq; uiuet tranquillissimã. Verba duo hæc dicebat. ανεχου και απεχου patere & abstine.

Ex symposio Platonis sumpta uerba: nũeris coagmẽtisq; uerborũ scite modulateq;: et apte exercẽdi gratia: in latinã orationẽ uersa. Cap. XX.



SYmposium Platõis apud philosophum Taurũ legebat᷑ Verba illa Pausaniæ inter conuiuas amorẽ uice sua laudantis. Verba ita ꝑsum amauimus ut meminisse ẽt stu

duerimus. Sunt adeo quæ meminimus uerba hæc. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν. ἢ πίνειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καλόν. οὐδὲν ἀλλ' ἐν τῇ πράξει. ὡς ἂν πραχθῇ. τοιοῦτον ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν: οὕτω καὶ τὸ ἐρᾶν. καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστι καλός: οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι. ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν. Id est Omnis enim actio sic sese habet. Nam ipsa quantum in semetipsam agitur neque honesta: neque turpis est quemadmodum sunt quæ nunc nos ipsi facimus: aut bibere: aut loqui: aut disputare. Non enim est horum honestum per seipsum quicquam: sed in actione: ut quidem est actum eiusmodi euenit. Nam honeste gestum recte: honestum fit: contra uero turpe. Eodem pacto & amare ipsum & amor: non omnis quidem honestus est neque commendatione omnis dignus: uerum is: qui amare honeste nos adhortatur. Hæc uerba ubi lecta sunt atque ibi. Taurus mihi Heus (inquit) tu rhetoriste (Sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat: existimans eloquentiæ unius exercendæ gratia athenas uenisse) Vides ne (inquit) ἐνθύμημα id est commentum crebrum & coruscum & connexum breuibusque et rotundis numeris: cum quadam æquabili circumactione deuinctum? Habesne nobis dicere in li

bris rhetorum uestrorum tam apte: tamq; modulate compositã orationẽ? Sed hos (inquit) tũ numeros censeo uideas ὁδοῦ πάρεργον: id est superuacaneos nec extra itineris propositum: quasi ex diuerticulo. Ad ipsa enim Platonis penetralia ipsarumq; rerum pondera: & dignitates pergendum est: nõ ad uocularum eius amœnitatem: nec ad uerborum uenustates diuersitandum. Hæc admonitio Tauri de orationis platonicæ modulis: non modo non repressit: sed instruxit etiam nos ad elegantiam græcæ orationis uerbis latinis affectandam. Atq; uti quædã animalium parua & uilia ad imitandũ sũt: quas res cunq; audierint: uiderintue petulantia: perinde nos ea quæ in Platõis oratione demirabamur: nõ æmulari quidem: sed lineas umbrasq; facere ausi fuimus: uelut ipsum qđ ex iisdẽ uerbis illis eius effinximus. Omne (inqt) omnino factũ sic sese habet: nec turpe est quantum in eo est: neq; honestum uelut quas nũc facimus ipsi res: bibere: cãtare: disserere. Nihil nãq; horũ ipm ex sese honestũ ẽ. quale quũ fieret modo factũ est: tale extitit. Si recte honesteq; factũ ẽ tũ honestũ fit: sin parum recte: turpe fit. sic amare sic amor nõ honestus omnis neq; ois laude dignus: sed qui facit nos ut honeste amemus.

Quibus temporibus post Romam cõditam græci Romaniq; illustres uiri floruerunt: ante secundũ bellum Carthaginẽsium. Cap. XXI.

VT conspectum quendã ætatũ antiquissimarum: i. ẽ uirorũ illustriũ: qui in iis ætatibus nati fuissent haberemus ne in sermonibus

forte in cōspectum aliquid super ætate atq; uita cla
rorum hominum temere diceremus: sicut sophista il
le αϖαιΔευτοσ. id est ineruditus: qui publice
nuper differens: Carneadē plurima rege Alexādro
Philippi filio pecunia donatū: & Panætiū stoicum
cū superiore Africano uixisse dixit: ut ab istiusmodi
(inquā) tēporū: ætatūq; erroribus caueremus excerpe
bamus ex libris: qui chronici appellant: quibus tem-
poribus floruissent græci simul atq; Romani uiri q
uel ingenio: uel imperio nobiles: insignesq; post con
ditā Romā fuissent ante secundū bellum carthagi-
nense: easq; nunc exceptiones nostras uariis diuersis
q; in locis factas cursim digessimus. Neq; eñ id no-
bis negocium fuit: ut acri atq; subtili cura excellētiū
in utraq; gēte hominū. συγχρονισμουσ. i.
contēporationes cōponeremus: sed ut noctes istæ qua
dam tenus his quoq; historiæ flosculis leuiter inie-
ctis aspergerent. Satis aūt uisum est in hoc cōmenta
rio de temporibus paucorū hominum dicere: ex quo
rum ætatibus de pluribus quoq; quos nō nominare
mus: haud difficilis cōiectura fieri posset. Incipiemus Solonis
eñ a Solone claro quoniā de Homero & Hesiodo: tēpora.
inter omnes fere scriptores cōstitit ætatem eos egisse Home-
uel iisdē fere temporibus: uel Homerū aliquanto an rus
tiquiorē: utrunq; tamē ante Romā cōditam uixisse. Hesio-
Siluiis albæ regnantibus: annis post bellū troianum dus.
(ut Sassius in primo annaliū de Homero atq; He-
siodo scriptū reliquit) plus. c. atq;. lx. annis. Ante ro-
mā aūt cōditam ut Cornelius nepos in primo chroni
corū de Homero dixit annis. c. &. lx. Solonē ergo ac

cepimus unum: ex illo nobili numero sapientium leges scripsisse atheniẽsiũ Tarquinio prisco Romæ regnante: anno regni eius tricesimotertio. Seruio aũt Tullio regnãte. Pysistratus athenis tyrãnus fuit. Solone aũt in exiliũ uoluntarium profecto: quoniã id ei prædicẽti nõ creditũ ẽ. Postea Pythagoras samius in Italiã uenit: Tarquinij filio regnũ obtinente: cui cognomẽtum supbus fuit. Iisdem tẽporibus occisus est Athenis ab Hermodio: & Aristogitõe Hipparchus Pysistrati filius Hippiæ tyrãni frater. Archilochũ aũt Nepos Cornelius tradit Tullio Hostilio Romæ regnante: iã tũc fuisse poematis clarũ & nobilẽ. Ducẽtesimo deinde & .lx. anno post romã cõditã: aut nõ lõge amplius: uictos esse ab atheniẽsibus persas: memoriæ traditũ est. Pugnã illã inclytã marothoniam Miltiade duce: qui post eã uictoriã dãnatus a populo atheniensi in uinculis publicis mortẽ obijt. Tũ Aeschilus athenis tragœdiarum poeta celebris fuit. Romæ aũt ferme istis tẽporibus tribunos et ædiles tum primũ p seditionẽ sibi plebs creauit. Ac nõ diu post Cn. Martius Cornelius exagitatus: uexatusq; a tri. plæ. ad uolscos: q tũ hostes erãt: a rep. desciuit: bellũ q; populo romano fecit. Post deinde paucis ãnis: Xerxes rex ab atheniẽsibus et pleraq; græcia Themistocle duce: nauali prœlio quod ad salamina factũ est: uictus fugatusq; est. Atq; inde anno fere quarto Menenio Agrippa: Marco Horatio Puluillo cõsulibus bello uigẽte apud fluuium cremerã: ab eis sex et trecenti patricij fabij: cum familijs suis: uniuersi ab hostibus circumuenti periere. Iuxta ea tẽpora Empedo

Marginal notes: Pysistratus. — Pythagoras — Archilochus. — Aeschilus. — Aediles. — Vide an Coriolanus. — Xerxes. — Themistocles. — Fabij.

cles agrigẽtinus in phlisophiæ naturalis studio flo
ruit. Romæ autem per eas tempestates decẽuiros legi Decẽui
bus scribẽdis creatos constituit. Tabulasq; ab ijs pri- ri.
mo decem conscriptas: mox alias duas additas. Bellũ
deinde ĩ terra græcia maximũ peloponẽsiacũ: quod
Thucydides memoriæ mandauit cœptũ est: circa an-
num fere post conditam Romam. cccxxix. Qua tem
pestate. A. Posthumius Torquatus dictator Romæ Torqua
fuit: qui filium suum ꝙ contra suum dictum in ho- tus.
stem pugnauerat: securi necauit. Hostes tum popu-
li Romani fuerant fidenates. Itaq; qui inter hæc tẽ-
pora nobiles celebresq; erant Sophocles: ac deinde Sopho-
Euripides tragici poetæ: & Hippocrates medicus: cles.
& Democritus philosophus: quibus Socrates athe- Euripi-
niensis natu quidem posterior fuit: sed quibusdam des.
temporibus ijsdem uixerunt. Iam deinde tribunis Hippo
militaribus consulari imperio rempublicam Romæ crates.
regentibus ad annum fere conditæ urbis. cccxlvij. Demo-
Triginta illi tyranni præpositi sunt a lacedæmo- critus.
nijs athenẽsibus: & in Sicilia Dionysius superior Socra-
tyrannidẽ tenuit. Paucisq; annis post Socrates athe- tes.
nis capitis damnatus est: & in carcere ueneno neca- Diony-
tus. Ea fere tempestate Romæ. M. Furius Camillus sius.
dictator fuit: et Veios cepit. Ac post nõ lõgo tꝑe bel- Caml-
lũ senonicũ fuit. Tũ galli romã ꝑter capitoliũ cœpe- lus.
rũt. Neq; multo postea Eudoxus astrologus in terra Eudo-
græca nobilitatus ẽ. Lacedæmonijq; ab atheniẽsibus xus.
apd corinthũ sup̃ati duce Phormione. Et. M. Mãlius M. Mã
romæ: q̃ gallos in obsidione capitolij obrepẽtis ꝑ ar lius.
dua depulerat: cõuictus ẽ: cõsiliũ de regno occupãdo

inisse damnatusq; capitis e saxo tarpeio (ut. M. Var-
ro ait) præceps datus est: ut Cor. autem nepos scriptū
reliquit: uerberando necatus est. eoq; ipso anno: qui
[Aristo-] erat post recuperatam urbem septimus Aristotelem
[teles.] philosophum natum esse memoriæ mandatum est.
Aliquot deinde annis post bellum senonicum theba
ni lacedæmonios duce epaminunda apud leuctra su
perauerunt. Ac breui post tempore in urbe roma le-
[Cōsules] ge licinij Stolonis consules creati: & iam ex plæbe
cœpti: quum antea ius nō esset nisi ex patricijs gen-
tibus fieri consulem. Circa annum deinde urbis con
[Philip-] ditæ quadringentesimum Philippus Amyntæ fi-
[pus.] lius Alexandri pater: regnum macedoniæ adeptus
[Alexan] est. Inq; eo tempore Alexander natus est. Paucisq;
[der.] inde annis post Plato philosophus ad Dionysiū Si-
[Plato.] ciliæ tyrānū posteriorem profectus est. Post deinde
aliquanto tempore: philippus apud cheroneam præ
[Demo-] lio magno athenienses uicit. Tum Demosthenes ora
[sthenes.] tor ex eo prœlio salutē fuga quæsiuit. Cumq; id ei q
fugerat: probrose obijceretur: uersu illo notissimo il-
lusit: αμηρ (inquit) οφευγωμ και παλιμ
μαχεσεται. id est uir fugiens et denuo pugna
bit. Postea Philippus ex insidijs occiditur: et Alexan
der regnum adeptus: ad subigendos Persas in asia
[Alexan] atq; in orientē transgressus est. Alter autem Alexā-
[der] der: cui cognomentum molosso fuit: in Italiam uenit
[molos-] bellum populo Romano facturus. Iam enim fama
[sus.] utriusq; fœlicitatis romanæ: apud exteras gētes eni-
tescere incœptabat. Sed priusq; bellum faceret: uita
decessit. Eum molossum quum in Italiam transiret

dixisse accepimus. Se quidem ad romanos ire: quasi in androniten: macedonē isse ad persas: quasi in gynecomiten. Postea macedo Alexander plæraq; parte orientali subacta quum annos regnauisset.xi. obijt diem. Neq; ita longe post Aristoteles philosophus: et post aliquāto Demosthenes: uita functi sunt. Iisdēq; ferme tempestatibus populus romanus graui et diutino samnitum bello conflictatus est. Consulesq;.T. Veturius & Spurius Posthumius: in locis iniquis apud caudium a samnitibus circūuallati: ac sub iugū missi: turpi fœdere facto discesserūt: ob ea causam populi iussu samnitibus p fœciales dediti recepti non sunt. Post annum deinde urbis cōditæ.cccc. fere et.lxx. bellū cum rege Pyrrho sumptū est. Ea tēpestate Epicurus athemensis: et Zeno atiēsis philosophi celebres erant. Eodēq; tempore.C. Fabritius Luscinus: et.Q. Aemylius Pappus censores romæ fuerunt: et.P. Cornelium Ruffinū qui bis consul & dictator fuerat senatu mouerunt. Causamq; isti notæ subscripserunt: q eum comperissent argenti facti cœnæ gratia decem pondo habere. Anno deinde post Romam conditam.CCCC. ferme et.XC. cōsulibus Appio Claudio: cui cognomentū Caudex fuit: Appij illius cæci fratre et Marco Fuluio Flacco bellū aduersus Pœnos primū cœptum est. Neq; diu post Callimachus poeta cyrinensis Alexādriæ apud Ptolemaum regem celebratus est. Annis deinde postea paulo pluribus: q XX. cum Pœnis pace facta. cōsulibus Claudio Centone Appij cæci filio: et.M. Sempronio Tuditano: primus omnium.L. Liuius poeta

Alexandri mors.

Epicurus.

Zeno.

Callimachus

L. Liuius.

fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus ferre. C. & LX. post Menandri: annis circiter quinquaginta duobus. Claudium et Tuttdanum consules sequuntur. Qu. Valerius & C. Manilius quibus natũ esse. Qu. Ennium poetã. M. Varro in primo de poetis libro scripsit: eumq; quum septimum et sexagimũ annum ageret duodecimum annalem scripsisse. Idq; ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romã conditam quingentesimo undeuigesimo Spurius Caruilius Ruga primus Romæ de amicorum sententia: diuortium cum uxore fecit q sterilis esset. Iurassetq; apud censores uxorem se liberorum quærendorũ causa habere. Eodemq; anno. C. Næuius poeta fabulas apud populum dedit. Quem. M. Varro in libro de poetis primo stipẽdia fecisse ait bello punico primo Idq; ipsum Næuium dicere in eo carmine. quod de eodem bello scripsit. Porcium autem licinium Serui us poeticam Romæ cœpisse dicit in his uersibus. Punico bello secundo musa pennato gradu: Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram. Ac deinde annis fere post. XV. bellum aduersum Poenos sumptũ est. Atq; non nimium longe. M. Cato orator in ciuitate. & Plautus poeta in scæna floruerunt. Iisdem temporibus Diogenes stoicus & Carneades Academicus: & Critolaus peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani negocij publici gratia legati sunt. Neq; magno interuallo postea. Qu. Ennius: & iuxta Cecilius & Terentius. ac subinde pacuuius: & pacuuio iam sene Accius: clariorq; tunc

Menander. Ennius. SP. Caruilius. Næuius M. Casto. Plautus Diogenes Carneades Critolaus Q. Ennius Cecilius Terẽtius Pacuuius. Accius

in poematis eorum obtrectandis: Lucilius fuit. Sed Lucilius progressi longius sumus: quum finem proposuerimus annotatiunculis istis bellum Pœnorũ secũdum.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVSOCTAVVS.

Disputationes philosopho stoico: & contra a peripatetico arbitro Phauorino factæ: quæsitũq; inter eos quantum in perficienda uita beata uirtus ualeret: quantumq; esset in his quæ dicuntur extranea. Caput primum.



Amiliares Phauorini duo erãt quidem non incelebres in urbe roma philosophi. Eorum fuit unus peripateticæ disciplinæ sectator: alter stoicæ. Iis quondam ergo acriter atq; contente pro suis utriq; decretis propugantibus: quum essemus una ostiæ omnes cum Phauorino: interfui. Ambulabamus autem in litore cum iam aduesperasceret æstate anni noui. Atq; ibi stoicus censebat: & uitam beatam in hominum uirtute animi sola & miseriam summam malicia sola posse effici: etiã si cætera bona oĩa que corporalia et externa appellarẽtur uirtuti deessent maliciæ adessent. Ille cõtra peripateticus ꝗdẽ uitã uitijs animi & malicia fieri cõcedebat. Sed ad cõplẽdos omnis uitæ beatæ numeros: uirtutẽ solã nequaq; satis esse existimabat: quoniã et corpo

Vita beata.

ris integritas: sanitasq; & honestus modus formæ: & pecunia familiaris: & bona æstimatio: cæteraq; omnia corporis & fortunæ bona necessaria uiderẽtur perficiendæ beatæ uitæ. Reclamabat hoc in loco stoicus: & tanq̃ ille duas res diuersas poneret mirabatur. Quod cum essent malicia & uirtus duo cõtraria: uita misera & beata quoq; æque contria non seruaret in utrisq; uim & naturam contrarij. Et ad miseriam quidem uitæ conficiendam: satis ualere malitiam solam putaret: ad præstandam uero uitam beatam nõ satis solam esse uirtutẽ diceret. Atq; id maxime dissidere: neq; conuenire dicebat: q̃ qui ꝓfiteretur uitam nullo pacto beatam effici posse: si uirtus sola abesset: idem contra negaret beatam fieri uitã: quũ sola uirtus adesset & quem daret haberetq; absenti uirtuti honorẽ: eundem patenti atq; præsenti adimeret. Tum peripateticus perq̃ hercle festiue: rogo te (inquit) bona uenia respondeas: an existimes esse uini amphoram: quũ abest ab ea unus congius. Hæc ubi accepit stoicus minime (inquit) uini amphora dici potest. ex qua habest congius. Hoc ubi accepit peripateticus: unus igitur congius amphorã facere dici debebit: quoniã quũ deest illi unus nõ fit uini amphora: & quũ accessit fit amphora. Quod si id dicere absurdũ est: uno cõgio solo fieri amphoram. Itidem absurdum est una sola uirtute uitã fieri beatam dicere: quoniam quũ uirtus abest: beata esse uita nunq̃ potest. Tum Phauorinus aspiciens peripateticũ. Est quidem (inquit) argutiola hæc que de congio uini usus est exposita in libris. Sed (ut scis)

captio magis lepida q̃ p̃bũ aut simile argumentũ uideri debet. Congius enim quũ deest efficit quidem ne sit iustæ mẽsuræ amphora. Sed quum accedit & additur: nõ ille unus facit amphoram: sed supplet. Virtus aũt (ut isti dicunt) non accessio: neq; supplemẽtũ: sed sola ipsa uitæ beatæ instar est: & p̃pterea uitã beatã ipsa sola una quum adest facit. Hæc atq; alia quædam minuta magis & nodosa. tanq̃ apud arbitrũ Phauorinũ: in suam uterq; sententiam conferebant. Sed quum iam prima fax noctis: & dẽsiores esse tenebræ cœpissent: p̃sequuti Phauorinum in domũ in quam diuertebat: discessimus.

Cuiusmodi quæstionum certationibus saturnalia ludicra athenis agitari soliti sumus: atq; inibi inspersa quædam sophismata: & ænigmata oblectatoria. Cap. II.


Aturnalia athenis agitabamus: hylare prorsum ac modeste: non ut dicitur: remittentes animũ. Nã remittere (inquit Mausonius) animũ quasi amittere est: sed demulcentes eum paulum atq; laxantes iucundis: atq; honestis sermonum illectationibus. Conueniebamus autem ad eandem cœnã complusculi: qui romani in græciam ueneramus: quiq; easdem auditiones: eosdemq; doctores colebamus. Tũ qui & cœnulam ordine suo curabat: præmiũ soluendæ quæstionis ponebat: librum ueteris scriptoris: uel græcũ: uel latinum: & coronam e lauro plexam. Totidẽq; res quærebat: quot homines isthic eramus. Cunq; eas omnis exposuerat rem locumq; dicendi sors dabat.

Remittere animũ.

Quæstione igitur soluta: corona & præmio donabatur: non soluta autem transmittebatur: ad eum qui sortito successerat. Idq; in orbem uice pari seruabatur. Si nemo dissoluebat quæstionis eius nodũ: præmiũ ipsum: & corona deo cuius id festum erat: dicabatur. Quærebantur autem res huiuscemodi: aut sententia poetæ ueteris lepide obscura: non anxiæ aut historiæ antiquioris requisitio: aut decreti cuiuspiã ex philosophia perperam inuulgati purgatio: aut captionis sophisticæ solutio: aut inopinati rariorisq; uerbi indagatio: aut tempus item in uerbo perspicuo obscurissimum. Itaq; nuper quæsita esse memini numero septem: quorum prima fuit enarratio horum uersuum qui sunt in satyris. Q. Ennij: uno multifariam uerbo concinniter implicati: quorum exemplum hoc est.

Frustrari

Nam qui lepide postulat alterum frustrari.
Quem frustratur: frustra eum dicit: frustra esse
Nam qui sese frustrari: quem frustra sentit.
Qui frustratur: is frustra est: si non ille est frustra.

Secunda quæstio fuit: quonam modo audiri: atq; accipi deberet. quod Plato in ciuitate quam in libris suis condidit τῆς πολιτείας: id est reipublicæ fingebat κοινὰς τὰς γυναῖκας: id est cõmunes uxores esse censuit. & præmia uiris fortibus summisq; bellatoribus posuit suauiationes puerorum & puellarum. Tertio in loco hoc quæsitum est. In quibus uerbis captionum istarum fraus esset: & quo pacto distingui resoluiq; possent. Quod nõ perdidisti habes: cornua non perdidisti: habes igitur

Vxores cões.

cornua. Item altera captio. Quod ego sum: id tu non es: homo ego sum: homo igitur tu non es. Quæsitū id quoq; ibi est: que esset huius quoq; sophismatis resolutio. Cum mentior & mentiri medico mētior: an uerum dico? Postea quæstio isthæc fuit. Quā ob causam patricij megalēsibus mutitare soliti sint: plæbs cerealibus? Secundum ea quæsitum hoc est. Verbum uerant: quod significat: uera dicunt: quisnam ueterum poetarum dixerit? Sexta quæstio fuit: asphodelum cuiusmodi hærba sit. quod Hesiodus in isto uersu posuerit.

Vero
uerbū

νηπιοι ουδ' ισασιν οσω πλεον ημισυ παντος.
ουδ' οσον εν μαλαχη τε καὶ ασφοδελω μεγ' ονειαρ: id est
Ignorant stolidi q̄ toto sit medium plus.
Ac quanta utilitas in malua: asphodelo sit.
Et quid atq; item Hesiodus dicere sentiat: cum dimidium plus esse toto dicit. Postrema quæstionum omnium hæc fuit Scripserim: uenerim: legerim: cuius temporis uerba sint præteriti an futuri: an utriusq;. Hæc ubi ordine quo dixi ꝓposita: atq; singulis forte ductis disputata: explanataq; sunt: libris coronisq; omnes donati sumus: nisi ob unam quæstionē quæ fuit de uerbo uerant. Nemo em̄ tū cōmeminerat dictum esse a. Q. Ennio id uerbum in. xiij. annaliū in isto uersu.
Satin uates uerant ætate in agunda.
Corona igitur huius quæstionis deo feriarum istarum Saturno data est.

Quid Aeschines rhetor in oratione: qua Timarchum de impudicitia accusauit: lacedæmonios statuisse dixerit: super sentētia ꝓbatissima: quā improbatissimus homo dixisset. Cap. III.



Schines uel acerrimus prudentissimusq́ oratorũ: ꝗ apud cõciones atheniensiũ floruerũt: in oratione illa seria criminosaq́ & uirulēta: qua Timarchũ de impudicitia grauiter insigniterq́ accusauit: nobile & illustre consiliũ lacedæmoniis dedisse dicit: uirũ indidē: ciuitatis eiusdē principē: uirtute atq́ ætate magna præditũ. Populus (inquit) lacedæmonius de summa repu. sua quidnā esset utile & honestũ deliberabat. Tũ exurgit sentētiæ dicēdæ gratia: hõ ꝗspiã turpitudine pristinæ uitæ defamatissimus. Sed lingua tũc atq́ facũdia nimiũ quanto præstabilis: consiliũ quod dabat: quodq́ oportere fieri suadebat: acceptũ ab uniuersis: & cõplacitũ est. Futurũq́ erat ex eius sentētia populi decretũ. Ibi unus ex illo principũ ordine: quos lacedæmonii ætatis dignitatisq́ maiestate tanq̃ arbitros & magistros disciplinæ publicæ uerebãtur: cõmoto iratoq́ aĩo exilit. Et quænã (inquit) lacedæmoniũ ratio: aut quæ tandē spes erit urbē hãc: & hãc rēpublicã saluã inexpugnabilēq́ esse diutius posse: si huiuscemodi anteactæ uitæ hoĩbus cõsiliariis utemur: ꝗ si proba isthæc & honesta sentētia est: quæso uos: nõ sinamus eandē dehonestari turpissimi auctoris cõtagione. At ubi hoc dixit elegit uirum fortitudine atq́ iustitia præter alios præstãtē: sed inopi lingua

et infacundũ. Iussitq; eũ cõsensu petituq; omniũ eandem illam sentẽtiã diserti uiri: cuiusmodi posset uerbis dicere: ut nulla prioris mẽtione habita. scitũ atq; decretũ populi ex eius unius nomĩe fieret: q̃d ipsum denuo dixerat. Atq; ita ut suaserat prudẽtissimus senex factũ est. Sic bona sententia mansit. Turpis auctor mutatus est.

Q̃d Sulpitius Apollinaris p̃dicantẽ quẽdã a se se uno Salustij historiã intelligi illusit quæstione ꝓposita. quid uerba ista apud Salustiũ significarẽt. Per incertũ stolidior an uarior Ca. IIII.



Vm iam adolescentuli romæ prætextã & puerilẽ togam mutassemus: magistrosq; tũc nobismetipsis exploratiores quæreremus: in sandaliario forte apud librarios fuimus. Cum ibi in multorum hominũ cœtu Apollinaris Sulpitius uir in memoria nostra preter alios doctus iactatorem quempiam et uendicatorem salustianæ lectionis irrisit: illusitq; genere illo facetissimæ dissimulatiõis qua Socrates ad sophistas utebatur. Nã cũ ille se unũ & unicũ lectorẽ esse enarratorẽq; Salustij diceret: neq; primã tm̃ cutem ac sentẽtiarũ speciẽ: ſꝫ sanguinẽ quoq; ipsum: ac medullam uerborũ eius eruere: atq; introspicere pẽitus p̃dicaret. Tũ Apollinaris amplecti uenerariq; se doctrinas illius dicẽs. Per (inq̃t) magister optime exoptatus mihi nũc uenis: cũ sanguine et medulla: Salustij uerborũ. Hesterno em̃ die q̃rebaĩ ex me: q̃dnam uerba eius hæc ĩ quarto historiarũ libro de. Cn. Lentulo scripta significent: de quo per incertum fuisse

dit: stolidior ne esset an uanior. Eaq; ipsa uerba uti sũt a Salustio scripta dixit. At Cn. Lẽtulus patriciæ gẽtis collega eius: cui cognomẽtũ Clodiano fuit: per incertum stolidior: an uanior legẽ de pecunia: quam sylla emptoribus bonorũ remiserat: exigẽda ꝓmulgauit. Quæsitũ ergo ex se Apollinaris: neq; id se dissoluere potuisse asseuerabat: quid esset uanior: ꝗd stolidior: quoniã Salustius sic ea separasse atq; opposuisse inter se uideretur tanq̃ diuersa ac dissimilia: nec eiusdẽ utraq; uitij forẽt. Ac ꝓpterea petebat: uti se doceret: significationes utriusq; uocis et origines. Tũ ille rictu oris labiorumq; ductu cõtemni a se ostẽdens & rẽ de qua quæreretur: & hominẽ ipsum ꝗ quæreret. Priscorũ (inq̃t) & remotorũ ego uerborum medullas & sanguinẽ (sicuti dixi) ꝑspicere & elicere soleo: nõ istorum q̃ ꝓculcata uulgo & protrita sunt. ipso illo quippe. Cn. Lẽtulo stolidior est & uanior qui ignorat eiusdẽ stultitiæ esse uanitatẽ & stoliditatẽ. Sed ubi hoc dixit media ipsa sermonũ reliq̃t et abire cœpit. Nos deĩde eũ tenebamus: urgebamusq;: & cõprimis Apollinaris ut de uocabulorũ istorũ uel differẽtia: uel si ei ita uideretur: similitudine plenius aptiusq; dissereret: & ut ne sibi inuideret discere uolẽtibus orabat. Atq; ille se iã plene illudi ratus: negociũ sibi eẽ causatꝰ: et digredit̃. Nos aũt postea ex

Vanus. Apollinari didicimus: uanos proprie dici: nõ ut uulgus diceret: desipientis: aut hebetes: aut ineptos: sed ut ueterũ doctissimi dixissent: mẽdaces: & insidios:

Stolidus. & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris astutissime cõponẽtes. Stolidos aũt uocari non tã stultos et excor

des:q̄ꝫ tetros & molestos & illepidos: quos græci μοχθηρους και φορτικους. id est impro bos atq; importunos dicerent. Et unāquāq; harum uocum origines scriptas eē dicebat in libris nigidia nis: quos ego requisitos: & repertos cum primarum significationū exemplis: ut cōmentarijs harū noctiū inferrē notaui. Et intulisse iam me aliquo in loco cō mentationibus istis existimo.

Quod. Q. Ennius in septimo annali quadrupes eques: & nō quadrupes equus: ut legunt multi: scriptum reliquit. Cap. V.



Vm Antonio Iuliano rhetore uiro her cle bono: & facundiæ florentis com plures adolescentuli familiares eius: puteolis æstiuarum ludum & iocum in literis amœnioribus & in uolupta tibus publicis honestisq; agitabamus. Atq; ibi tunc Iuliano nunciatur αναγνωστην. i. prelectorē quendā nō indoctum hominē uoce admodum scita et canora Ennij annales legere ad populum ī theatro. Eamus (inquit) auditum nescio quem istum enniani stam. Hoc eñ se ille nomine appellari uolebat. Quē quum iam inter ingentes clamores legentē inuenis semus. legebat autē librum ex annalibus Ennij. vij. Hos eum primum uersus perperam pronunciantem audiuimus.

Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephanti
Proijciunt sese. Neq; postea multis uersibus additis: celebrantibus eum laudātibusq; oībus discessit. Tum Iulianus egrediēs e theatro: q̄d uobis (inquit) de hoc

ἀναγνώστη.i.lectore & quadrupede equo ui-
detur? Sic enĩ profecto legit. Deniq; ui magna qua-
drupes equus atq; elephãti Proijciũt sese. Ecq̃d puta
tis si magistrũ prælectorẽq; habuisset alicuius æris:
quadrupes equus dicturum fuisse: ac non quadrupes
eques? quod ab Ennio ita scriptũ relictũq; eẽ nemo
unus literarum ueterũ diligens dubitauit. Cũq; ali
quot eorum qui aderãt: quadrupes equus apud suũ
quisq; grãmaticũ legisse se dicerent: & mirarentur
quidnã esset quadrupes eques. Vellem uos (inq̃t) op
timi iuuenes tã accurate. Q. Enniũ legisse: q̃. P. Vir-
gilius legerat: qui hũc eius uersum secutus in geor-
Eques p equo. gicis suis. equitem pro equo posuit in his uersibus.

Frena peletronij: laphitæ gyrosq; dedere
Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo: & gressus glomerare superbos.

In quo loco equitẽ siq̃s modo non inscite ineptéq; ar
gutior sit: nil põt accipi aliud nisi equũ. Plæraq; enĩ
ueterũ ætas: & hominẽ equo insidẽtem & equũ qui
Equitare. insideret: equitẽ dixerunt. Propterea equitare etiam
q̃d uerbũ e uocabulo equitis inclinatũ ẽ: homo equo
utens et equus sub homine gradiẽs dicebat. Lucilius
adeo uir apprime linguæ latinæ sciens equum equi
tare dicit his uersibus.

Quẽ hic currere equũ nos atq; eq̃tare uidemus. Et
His eq̃tat curritq; oculis eq̃tare uidemus Et illud
Ergo oculis equitat. Sed enim cõtentus (inquit) ego
his non fui.

Et ut non turbidæ fidei: nec ambiguæ: sed ut puræ li
quentisq; esset: equus ne an eques Ennius scriptum

reliquisset: librum summæ atq; reuerēdæ uetustatis quē fere constabat Lampadionis manu emendatum studio p̄cioq; multo: unius uersus inspiciendi gratia cōduxi & eques nō equus scriptum in eo uersu inueni. Hæc tum nobis Iulianus: & multa alia eruditè si mul & affabiliter dixit. Sed eadē ipsa post etiā in puulgatis cōmentarijs scripta offendimus.

Q̄d Helius melissus in libro cui titulum fecit de loquēdi ꝓprietate: quē quum ederet cornu eē copiæ dicebat rē scripsit neq; dictu neq; auditu dignā: quum differre matronā: & matrē familias existimauit differētia lōge uanissima. Ca. VI.


Elius Melissus in nostra memoria fuit Romæ summi quidem loci inter grammaticos & temporis: sed maiore in literis erat iactantia & σοφιστεία: id est elatione q̄ꝫ opera. Is p̄ter alia quæ scripsit complura: librum composuit ut tum uidebatur. cum est editus doctrinæ inclytæ. Ei libro titulus est ingētis cuiusdam illecebræ ad legēdum. Scriptus quippe ē de loquendi proprietate. Quis adeo existimet loqui se recte atq; proprie posse nisi illas Melissi ꝓprietates perdidicerit: ex eo libro hæc uerba sunt. Matrona est quæ semel peperit: quæ sæpius materfamilias sicuti sus: q̄ semel pep̄it porcetra quæ sæpius. scropha. Porcetra
Vtrum autē hoc de matrōa ac de matrefamilias: Melissus excogitauerit: ipse & cōiectauerit: an scriptū Scro ab aliquo legerit: ariolis ꝓfecto est opus. Nā de porpha. cetra habet sane auctorem Pōponium in attellana quæ hoc eodem uocabulo inscripta est. Sed matrona

nõ eẽ appellatã:nisi quæ semel peperit. neq3 matrẽ familias:nisi q̃ sæpius:nullius ueterum scriptorum auctoritatibus cõfirmare potest. Enĩuero illud compendio ꝓbabilius ẽ:qđ idonei uocũ antiquarũ enarratores tradiderunt. Matronã dictã esse ꝓprie que ĩ matrimoniũ cum uiro cõuenisset:ꝑ ĩ eo matrimonio maneret etiã si sibi liberi nõdum nati forent:dictam q3 esse ita a matris nomine non adepto iam:sed cum spe & omine mox adipiscendo unde ipsum quoq3 matrimonium dicitur. Matrẽ aũt familias appellatam esse eam solã:quæ in mariti manu mancipioq3: aut in eius in cuius maritus manu mãcipioq3 eẽt:quoniam non in matrimonium tantum sed in familiam quoq3 mariti:& in sui hæredis locum uenisset.

Matrõa

Mater familias.

Quem in modum Phauorinus tractauerit intempestiuum quẽdam de uerborum ambiguitatibus quærentẽ. atq3 ibi quot significationes capiat concio. Cap. VII.



Domitio homini docto celebriq3 in urbe Roma grammatico:cui cognomentũ insano factũ est:qm̃ erat natura intractabilior & morosior. Ei Domitio Phauorinus noster quũ forte apud phanum Carmentis obuiam uenisset atq3 ego cum Phauorino essem. Quæso (inquit) te magister dicas mihi:nũ errarui ꝑ quũ uellem δημηγορίας latine dicere:conciones dixi? dubito quippe & requiro an ueterum eorum q elegantius locuti sunt pro uerbis & oratione:dixerit quis cõcionem? Tum Domitius uoce atq3 uultu atrociore.

Domitius insanus.

Concio

Nulla (inquit) prorſus bone ſalutis ſpes reliqua eſt:
quum uos quoq; philoſophorum illuſtriſſimi: nihil
iam aliud ꝙ̃ uerba: auctoritateſq; uerborum cordi
habeatis. Mittã autẽ librũ tibi in quo id reperias q̃d
quæris. Ego enim grammaticus uitæ iam atq; mo-
rum diſciplinas quæro. Vos philoſophi mera eſtis
(ut. M. Cato ait) mortuaria gloſſaria. Nam qui col-
legiſti & lectitaſti res tetras: & inanes: & friuolas:
tanꝗ mulierum uoces præficarum. Atq; utinam (in
quit) muti omnes homines eſſemus: minus improbi-
tas inſtrumenti haberet. Cumq; digreſſi eſſemus: nõ
tempeſtiue (inquit Phauorinus) hunc hominem ac-
ceſſimus. Videtur enim mihi εϖιμαιμεσθαι.
id eſt furere & inſanire. Scitote tamen intemperiẽ Melan-
iſtam: quæ μελαγχολια. id eſt atrabilis dici- cholia.
tur: nõ paruis nec abiectis ingeniis accidere αλλα
ειμαι ςχεδον τι τὸϖαθοσ τουτο ηρῶι
κον. id eſt ſed affectionem fere hanc heroicam eſſe.
& ueritates plærunq; fortiter dicere: ſed reſpectum
non habere μητε καιρου μητε μετρου. id
eſt neq; temporis: neq; modi. Vel ipſum hoc quale
hoc exiſtimatis: quod nunc de philoſophis dixit. Nõ
ne & ſi Antiſthenes: aut Diogenes dixiſſet: dignum
memoria uiſum eſſet. Miſit autem paulopoſt Pha-
uorino librum quem promiſerat. Verriũ opinor Flac
ci erat: in quo ſcripta ad hoc genus quæſtionis perti-
nẽtia hæc fuerunt. Senatũ dici & ꝑ loco: & ꝑ homi Senatus
nibus. Ciuitatem & ꝑ loco: & ꝑ oppido: & ꝑ iure Ciuitas.
quoq; omniũ: et ꝑ hoĩm multitudine. Tribus quoq; Tribus
& decurias dici & ꝑ loco: & ꝑ iure: & ꝑ hoibus.

Concio Concionem autem tria significare: locũ suggestũq; unde uerba fierẽt: item significare cœptum populi assistentis: itẽ orationẽ ipsam q̃ ad populum diceretur: Sicut. M. Tullius in oratiõe quæ inscripta est: cõtra cõcionẽ. Q. Metelli. Essendi (inquit) in cõcione cõcursus est populi factus. Sicuti idẽ. M. Tullius in oratore ait. Cõciones sæpe exclamare uidi: quũ apte uerba cecidissent. Eteni expectant aures: ut ex uerbis colligeẽ sentẽtia. Exẽpla in eo libro scripta nõ erat sed nos postea Phauorino desyderãti harũ omniũ: significationũ monumẽta: et apud Ciceronẽ sicut supra scripsi: et apud elegãtissimos ueterũ reperta exhibuimus. Id aũt potissimũ expectabat: concionẽ esse dictã pro uerbis et oratione docuit titulus tulliani libri qui a. M. Cicerone inscriptus est. Contra cõcionẽ Q. Metelli: quo nihil profecto significatur aliud q̃ ipsa quæ a Metello dicta est oratio.

ομοιοτελευτα: και ομοιοπτωτα id est similiter finiẽtia et similiter cadẽtia. Atq; alia id genus: quæ ornamẽta orationis putanẽ inepta esse et puerilia Lucilij quoq; uersibus declarari. Cap. VIII.



μοιοτελευτα και ισοκαταληκτα: και παρισα και ομοιοπτωτα. i. similiter finientia: et æqualiter desinentia: et comparia et similiter cadẽtia. Cæteraq; huiusmodi scitamẽta: quæ isti απειροκαλοι: id est inhonesti & sordidi qui se Isocraticos uideri uolunt: in collocandis uerbis immodice faciunt et rãcide: q̃ sint insipida et iner-

tia:et puerilia facetissime hercle significat in quinto satyrarum Lucilius. Nam ubi est cũ amico cõquestus ꝙ ad se ægrotũ nõ uiseret:hæc ibidẽ addit festiuiter.

Quo me habeam pacto tametsi nõ quæris docebo.
Quando in eo numero mansi quo in maxima nõ est
Pars hominũ:ut periisse uelis:quẽ nolueris:cũ
Debueris:hoc nolueris:et debueris:te.
Si minus delectat.ꝙ ἄτεχνον isocraticũ hoc est.
ὀχληρῶδες quæ simul totũ καὶ συμμειρά-
κιῶδης:
Non operam perdo Si tu huc.

Quid significet apud. M.Catonem uerbũ insecenda.ꝙq; insecẽda potius legẽdũ sit:ꝙ q̃d plærinq; existimãt:insequẽda. Cap.IX.

Insecenda.



Et sequor et item secta:ꝙ secutio consuetudine loquendi differunt:sed qui penitus ĩspexerit origo et ratio utriusq; una est. Doctores quoq; et interpretes uocum græcarũ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα:id est Dic mihi musa uirũ καὶ ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι.id est Pandite nunc musæ mihi:dictum putant:quod latine insequi dicitur. Nanq; in altero enim geminum in alteros esse translatũ dicunt. Sed etiam ipsum illud ἔπη:id est carmina:quod significat uerba aut uersus non aliunde esse dictũ tradũt ꝙ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν:id est ab eo,quod est sequi et dicere:eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesq; insectiones appellitauerunt

Lege in altero n geminũ

Insectiones.

Errare istos qui in exploranda febri pulsus uena-

rum pertẽtari putant:nõ arteriarũ. Cap.X



N Herodis Cl. V. uillam: quæ est in agro attico loco qui appellatur cephysiæ:aquis et lucis & nemoribus frequentem:æstu anni medio concesseram. Ibi aluo mihi cita:& accedente febri rapida decubueram:eo caluisius Taurus philosophus:& alij quidã sectatores eius:quum athenis uisendi mei gratia uenissent:medicus qui tum in ijs locis repertus assidebat mihi:narrare Tauro cœperat:quid in commodi paterer:et:quibus modulis:quibusq; interuallis accederet febris:decederetq;. Tum in eo sermone quum iam me synceriore corpusculo factum diceret. Potes (inquit) Taure tu quoq; idipsum compræhendere εαμ αψηαυτου τησ φλεβοσ: id est si attrectaris uenam eius. Quod nostris uerbis profecto ita dicitur. Si attigeris uenam illius. Hanc loquendi imperitiam φ uenam pro arteria dixisset:quum in eo docti homines qui cum Tauro erant:tanq̃ minime utili medico offendissent:atq; id murmure & uultu ostenderent. Tum ibi Taurus ut mos eius fuit:satis leuiter:certi (inquit) sumus uir bone:non ignorare te quid uena appelletur:& quid arteria:φ uenæ quidem suapte ui immobiles sint & sanguinis tantũ demittendi gratia explorentur. Arteriæ autem motu atq; pulsu suo habitum & modum febrium demonstrent. Sed ut uideo peruulgate magis q̃ inscite locutus es. Non enim te solum:sed alios quoq; itidem errantis audiui:uenam pro arteria dicere: Fac igitur ut experiamur elegãtiorem esse te in medẽdo

Vena.
Arteria

q̄ in dicēdo: et cū dis beneuolētibus opera tua sistas hunc nobis sanum: atq; ualidum q̄pcitissime. Hoc ego postea quum in medico repræhensum esse meminissem: exstimaui non medico soli: sed omnibus quoq; hominibus liberis: liberaliterq; institutis: turpe esse: ne ea quidem cognouisse ad notitiam corporis nostri pertinentia: quæ non altius occultiusq; remota sunt: & quæ natura nobis tuendæ ualitudinis causa: & in promptu esse: & in propatulo uoluerit. Ac propterea quantum habui temporis succisiui: medicinæ quoq; disciplinæ libros attigi: quos arbitrabar esse idoneos ad docendum. Et ex ijs cū alia plæraq; ab isto humanitatis usu nō aliena: tum de uenis quoq; & arterijs didicisse uideor ad hunc ferme modū. Vena ē cōceptaculū sanguinis: quod α γγειον: id est uas & conceptaculum medici uocant: misti cō fusiq; cum spiritu naturali: in quo sanguinis est: minus spiritus. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis: misti confusiq; cum sanguine. in quo plus spiritus est minus sanguinis. σφυγμος: id est pulsus. Pulsus autem est intentio motus: & remissio in corde: & in arteria naturalis non arbitrarij. a medicis autē ueteribus oratione græca ita definitus est. σφυγμος εστι διαστολη: και συστολη αδιαιρετος αρτηριας και καρδιας: id est pulsus est disperatio: & contractio indiuisibilis arteriæ & cordis: uel σφυγμος εστι παλμος. εζεσιος. φλεβος. η αρτηριας: id est pulsus est subsultio et palpitatio: uel ebulitio uenæ & arteriæ.

Vena

Arteria

Pulsus.

Verba ex carminibus Furij antiatis inscite a Cesellio uindice repræhensa.uersusq; ipsi in quibus ea uerba sunt:subscripti. Cap.XI.

On hercle idem sentio cũ Cesellio Vindice grãmatico (ut mea opinio ẽ) haud quaq; inerudito. Verum hoc tamen petulanter insciteq; q Furium ueterẽ poetam dedecorasse linguã latinam scripsit huiuscemodi uocum fictionibus:quæ mihi quidem neq; abhorrere a poetica facultate uisæ sunt neq; dictu profatu q; ipso tetræ aut insuaues esse. Sicuti sunt quædam alia ab illustribus poetis ficta dure et rancide:quæ repræhẽdit autem Cesellius furiana hæc sunt:q terram in lutum uersam lutescere dixerit. Et tenebras in noctis modũ factas noctescere. Et pristinas recipere uires uirescere. Et q uẽtus mare cæruleum crispicans:nitescere facit purpurat dixerit. Et opulentum fieri opulescere. Versus autem ex poematis furianis: in quibus hæc uerba sunt subdidi.

Lutescere Noctescere. Purpurat Opulescere.

Sanguine diluitur tellus:caua terra lutescit:
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ
Increscunt animi uirescit uulnere uirtus.
Sicut fulica leuis uolitat super æquora classis.
Spiritus eurorũ uirides cum purpurat undas.
Quo magis in patrijs possunt opulescere campis.

Moram istum ueteribus nostris fuisse uerbat patiendi mutare ac uertere in agendi modum. Cap.XII.

D quoq; habitum est in oratione faciẽda elegantiæ genus ut pro uerbis habentibus pa

tiendi figuram: agentia ponerent: ac deinde hæc
inter sese mutua inuerterēt. Terentius in comœdia.
Pallium (inquit) Flacci: ut splēdeat. Nōne hoc impē
dio uenustius gratiusq; est: q̄ si diceret: ne macule-
tur. Plautus etiam nō dissimiliter. Quid est hoc: ro
gat pallium. Amictus nō sum cōmode. Itidem Plau
tus pulueret dicit nō ꝙ puluere impleat: sed ꝙ ipm̄ Pulue-
pulueris plenū sit. Exi tu Daue: age: sparge. Mūdū ret.
esse hoc uestibulū uolo. Venus uētura est nostra: no
lo hoc pulueret. In Asinaria quoq; cōtēples dicit ꝓ
cōtēpleris. Meū caput cōtēples: siquidē e re cōsultes Contem
tua. Cn. Vellius in annalibus. postq̄ tēpestas seda- ples
uit. Atherbal taurū immolauit. M. Cato in origini-
bus. Eodē noīe cōplures ex agro accessitauere: eo res
eorū auxit. Varro in libris quos ad Marcellū de lin-
gua latina fecit. In priore uerbo graues prosodiæ:
quæ fuerunt manent: reliquæ mutant (inquit) elegā Mutāt
tissime ꝓ mutātur. Potest etiā id quoq; ab eodē Var
rone in .vij. diuinarū. similiter dictum uideri. Inter
duas filias regū q̄d mutet inter Antigonā et Tulliā: Mūeror
est enim aduertere. Verba autē patiendi pro agenti Signi-
bus in oībus ferme ueterū scriptis reperiūtur. Ex qui ficor.
bus sunt pauca ista quæ nūc meminimus. Muneror Sacri-
te pro munero: & significor ꝓ significo: & sacrifi ficor.
cor ꝓ sacrifico: & assentior ꝓ assentio: & fœneror Assen-
ꝓ fœnero: et pigneror ꝓ pignero: et alia istiusmodi tior.
plæraq; ꝓinde ut in legēdo fuerint obuia notabunt. Fœne-

Quali talione Diogenes philosophus usus sit: ror.
pertentatus a dialectico quodā sophismatico im Pigne-
pudenti. Cap. XIII. ror.


Aturnalibus athenis alea quadam festiua: & honesta lusitabamus huiuscemodi ubi conueneramus compluscu li eiusdem studij homines: ad leuandum tempus captiones quæ sophismata appellantur mẽte agitabamus. Easq; quasi talos: aut tesserulas in mediũ uice sua quisq; iaciebamus. Captionis solutæ aut parũ intellectæ præmiũ pœnaue erat: nummus sestertius. Hoc ære collecto quasi manuario cœnula parabat̃ oĩbus q eũ lusum luseramus. erãt aũt captiones ad hoc fere exẽplũ: tametsi latina oratione nõ satis scite: ac pene etiã illepide exponũtur. Quod nix est: hoc grãdo nõ est. Nix aũt alba est: grando igitur alba non est. Itẽ aliud nõ dissimile. Quod homo est: hoc nõ est equus: homo autẽ aĩal est: equus ergo aĩal nõ est. Dicere ergo debebat qui ad sophisma diluendũ: ac refellendũ ritu aleatorio uocatus erat: in qua parte quoq; in uerbo captio foret. Quid dari concedique nõ oporteret: nisi dixerat nummo singulo mulctabatur: ea mulcta cœna iuuabat. Libet autem dicere quã facete Diogenes sophisma id genus: quod supra dixi: a quodam dialectico, ex Platonis diatriba per contumeliam propositum remuneratus sit. Nam quum ita rogasset dialecticus. Quod ego sum tu non es: & Diogenes annuisset atq; ille addidisset. Homo autem ego sum: quum id quoq; assensus esset: & cõtra dialecticus ita conclusisset. homo igit̃ tu non es. Hoc quidẽ Diogenes (inquit) falsum est: et si uerum id fieri uis. a me incipe. & eris tu bestia.

Diogenes.

Quid sit numerus hemiolios: quid epitritos: &

Quod uocabula ista non facile nostri ausi sunt uertere in linguam latinam. Cap.XIIII.



Igurae quaedam numerorum: quas graeci ceteris nominibus appellant uocabula in lingua latina non habent. Sed qui de numeris latine scripserunt graeca ipsa dixerunt. fingere autem nostra (quoniam id absurde futurum erat) uoluerunt. Quale enim fieri nomen posset hemiolio numero: aut epitrito? Est autem hemiolios qui numerum aliquem totum in se habet: dimidiumque habet eius ut tres ad duo: quindecim ad decem: triginta ad uiginti. Epitritos autem est qui habet totum aliquem numerum & eiusdem partem tertiam: ut quattuor ad tres: duodecim ad nouem: quadraginta ad triginta. Haec autem notate: atque meminisse non ab re uisum est: quoniam uocabula ista numerorum: nisi intelliguntur: rationes quaedam subtilissimae in libris philosophorum scriptae percipi non queunt. Hemiolios Epitritos.

Quod. M. Varro in herois uersibus obseruauerit rem nimis anxiae & curiosiae obseruationis. Caput. XV.



N longis uersibus qui hexametri uocantur: item in senarijs animaduerterunt metrici duos primos pedes: item extremos duos habere singulas posse integras partes orationis: medios haud unquam posse. Sed constare eos semper uerbis aut diuisis: aut mistis atque confusis. M. etiam Varro in lib. disciplinarum scripsit obseruasse se in uersu hexametro: quod omni modo

quintus semipes uerbũ finiret: & quod priores quinque semipedes æque magnã uim haberent in efficiendo uersum: atque alii posteriores septẽ. Idque ipsum ratione quadam geometrica fieri disserit.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVSNONVS.

Responsio cuiusdã philosophi interrogati quã ob cãm maris tẽpestate palluerat. Caput. I.



AVIGABAMVS a cassiopeia ad brũdusiũ mare ioniũ uiolẽtũ: & uastũ: & iactabundũ. Nox deinde quæ diẽ primũ secuta est: in ea fere tota uẽtus a latere sæuiẽs nauẽ undis cõpleuerat. Tum postea quũ plorantibus oĩbus nostris atque in sentina satis agentibus: dies quidẽ tandẽ illuxit. Sed nihil de periculo: de sæuitiaue remissum. Quin turbines etiã crebriores: et cœlũ atrũ: & fumigãtes globi: & figuræ quædã nubiũ metuẽdæ: quas typhonas uocabãt: impẽdere imminereque: ac depressuræ nauem uidebãtur. In eadem fuit philosophus in disciplina stoica celebratus: quẽ ego athenis cognouerã: non parua uirum auctoritate satisque attente discipulos iuuenes continentẽ. Eum tunc in tantis periculis: inque illo tumultu cœli marisque requirebam oculis: scire cupiens quonam statu animi: & an intrepidus interritusque esset. Atque ibi hominem conspicimus impauidum & extrilidum: ploratus quidem nullos; sicut cæteri oẽs: nec illas

eiusmodi uoces cientem:sed coloris & uultus turbatione:non multũ a cæteris differentẽ. At ubi cœlum enituit & deferbuit mare:& ardor ille periculi deflagrauit:accedit ad stoicum græcus quispiã diues ex asia:magno(ut uidebamus)cultu paratuq; rerũ et familiæ atq; ipse erat multis corporis animiq; delitiis diffluẽs. Is quasi illudens. Quid hoc est(inquit) o philosophe. q quum in periculis essemus: timuisti tu & palluisti? Ego neq; timui nec pallui. Et philosophus aliquãtulum cõtatus:an respõdere ei cõueniret. Siquid ego(inquit)in tanta uiolẽtia tempestatũ uideor paulum pauefactus:nõ tu istius rei ratiõe audienda dignus es. Sed tibi sane aristippus ille discipulus pro me respõderit qui quũ in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus:quare philosophus timeret quum ille cõtra nihil metueret? Non eandẽ esse causam sibi atq; illi respõdit. quoniam is quidem esset nõ magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis. Ipsum aũt pro Aristippi anima timere. His tũc uerbis stoicus diuitem illũ asiaticum a sese amolitus est. Sed postea quũ brundusium aduentaremus mollitiq; essent uenti maris:percõtatus eũ sum:quænã illa ratio esset pauoris sui:quã dicere ei supersedisset:a quo fuerat nõ satis digne cõpellatus. Atq; ille mihi placide & comiter: quoniam(inquit)audiendi cupidus es:audi quid super isto breui quidẽ sed necessario et naturali pauore:maiores nostri cõditores sectæ stoicæ senserint:uel potius(inquit) lege. Nã & facilius crediderris si legas:& memineris magis. Atq; ibi coram ex sarcinula sua librũ per

tulit Epicteti philosophi quintum διαλεξεων. Id est disputationũ quas ab Ariano digestas cõgruere scriptis ζηνωνος .i. Zenonis & Chrysippi nõ dubium est. In eo libro .s. græca oratiõe scriptum ad hãc sententiam legimus. Vires animi quas φαντασιας .i. imagines philosophi appellãt: q̃bus mẽs hois prima statĩ specie accidẽtis ad animum rei pellitur: non uoluntatis sunt neq; arbitrii sed ui quadã inferũt sese hominibus. Noscitandæ ꝓbationes autẽ: quas συγκαταθεσεις: id est assensiones uocant: quibus eadem uisa noscuntur ac diiudicãtur: uoluntariæ sunt fiuntq; hominũ arbitratu. Propterea quum sonus aliq̃s formidabilis aut e cœlo aut ex ruina: aut repẽtinus nescius ꝑiculi nũcius: uel q̃d aliud eiusmodi factũ est sapientis quoq; aĩm paulisꝑ moueri: & cõtrahi: & pallescere: necessum ẽ nõ opinione alicuius mali præcepta: sed quibusdam motibus rapidis & incõsultis officium mẽtis atq; rationis ꝑuertentibus. Mox tamẽ ille sapiẽs ibidẽ τας τοιουτας φαντασιας .id est eiusmodi imagines uisa istæc animi sui terrifica non approbat: hoc ẽ ου συγκατατιθεται ουδε προσεπιδοξαζει .id est non assentit: neq; coopinatur: sed abiicit respuitq;: nec ei metuendum esse in iis quicq̃ uidetur: atq; hoc inter insipiẽtis: sapiẽtisq; animum differre dicũt. Quod insipiẽs qualia sibi esse primo animi sui pulsu uisa sunt: sæua & aspera: talia uere esse putat: & eadẽ incepta tãq̃ si iure metuẽda sint: sua quoq; assensione approbat και προσεπιδοξαζει .i. coopinat̃. Hoc enĩ uerbo stoici quũ suꝑ ista

re disserũt utunť. Sapiẽs aũt quũ breuiter ac strictim
colore atq; uultu motus est: ου συγκατατίθε-
ται .i. nõ approbat: sed statũ: uigorẽq; sentẽtiæ suæ
retinet: quã de huiuscemodi uisis semꝑ habuit: ut de
minime metuẽdis: sed fronte falsa & formidine ina-
ni territãtibus. Hæc epictetũ philosophũ ex decretis
stoicorũ sensisse atq; dixisse in eo (quo dixi) libro le-
gimus: annotãdaq; esse icirco existimauimus: ut re-
bus forte id genus ꝗbus dixi ab ortis: pauescere sen-
sim & quasi albescere: nõ insipientis esse hoĩs neq;
ignari putemus. Et in eo tamen breui motu naturali
magis infirmitati cedamus: ꝙ ꝗ esse ea qualia uisa
sunt censeamus.

Ex quinq; corporis sensibus duos esse cũ beluis
maxĩe cõmunes: ꝙq; turpis & improba ẽ uolu-
ptas: q̃ ex auditu: uisu: odoratuq; procedit: q̃ uero
ex gustu tactuq; est: rerũ oĩm fœdissima ẽ quum
hæ duæ bestiarũ etiam sint: reliquæ hominum tã-
tum. Cap. II.



QVinq; sunt hominum sensus: quos græci
αἰσθήσεις .i. sensus appellant per
quos uoluptas aĩo: aut corpori quæri ui-
deť: gustus: tactus: odoratus: uisus: audi-
tus. Ex his oĩbus q̃ ĩmodice uoluptas capiť: ea turpis
atq; ĩproba existimatur. Sed cũ q̃ nimia ex gustu at- Gustus
q; tactu ẽ: ea uoluptas sicuti sapiẽtes uiri censuerunt et tactus
oĩm rerum fœdissima ẽ. Eosq; maxĩe ꝗ duabus istis
beluinis uoluptatibus sese dediderũt grauissimi ui-
tiĩ uocabulis græci appellant ἀκολάστους .i.
libidinosos et intẽperãtes uel ἀκρατεῖς .i. incõti-

nẽtes. Nos eos uel incõtinentes dicimus: uel intempe
rantes. ακολαστουσ enim. i. incastigatos si in
terpretari coactus uelis: nimis id uerbũ insolẽs erit.
Istæ autem uoluptates duæ gustus atq; tactus. i. libi-
dines in cibos atq; in uenerem prodigæ solæ sunt ho
minibus communes cum bestijs & iccirco in pecudũ
ferorumq; animalium numero habetur quisquis est
his ferinis uoluptatibus p̃uinctus. Cæteræ ex tribus
alijs sensibus proficiscentes: hominum eẽ tantũ pro-
priæ uidentur. uerba super hac re Aristotelis philo-
sophi scripsi: ut uel auctoritas clari atq; inclyti uiri
tam infamibus nos uoluptatibus deterreret.

διατι οι κατα την τησ αφησ η γευσε-
ωσ ηδονην γινομενην. αν υπερ
βαλλωσιν. ακρατεισ λεγονται. οιτε
γαρ περι τα αφροδισια ακολαστοι
οιτε περι τασ τησ τροφησ απολαυ-
σεισ. των δε κατα την τροφην. απε-
νιων μεν: εν τη γλωττη το ηδυ: απε-
νιων δε εν τω λαρυγγι. διο και φιλοξε-
νοσ γερανου λαρυγγα ευχετο εχει-
νοι δε κατα την οψιν: και την ακοην.
ουκετι: η δια το τασ απο τουτων γι-
νομενασ ηδονας κοινας ειναι ημιν.
και τοισ αλλοισ ζωοις ατε ουν ουσ
αι κοιναι ατιμοταται εισι και μα-
λιστα η μοναι επονειδιστοι: ωστε
τον υποτου τον ηττωμενον ψε γο-
μεν. και ακρατη και ακολαστον λε-
γομεν δια τουποτων χειριστων η-

δονων ηττασθαι:ουσων δε των αις θησεων πεντε.η τα αλλα ζωα απο δυο μονων των προειρημενων ηδεται: κατα δε τασ αλλασ.η ολωσ ουκ ηδεται:η κατα συμβεβηκοσ τουτο πασχει.ορων μεν γαρ το ορων η οςφαινομενον χαιρει.οτι απολαυει και οταν πληρωθη.ουδε τα τοιαυτα ηδεα αυτω ωςπερ ουδε ημι νη του ταριχου σοδμη οταν αδην εχωμεν του φαγειν:οταν δε ενδεεις ωμεν ηδεια η δε του ροδου αει ηδεια.Id est Cur incontinētes eos appellare solemus:qui uoluptate contrectandi:aut gustandi exuperantur? Nam qui immodice re utuntur uenerea:et qui luxu delectātur ciborū incontinentes uocamus.Ciborum tamen non eadem ratio est:sed partim linguam partim gulam:sua mouent suauitate.Vnde philoxenus gruis collū a dijs immortalibus sibi dari optabat.At uero eos qui in uidendo audiendoue modum excedunt:non eodem uocabulo significamus.An quoniam uoluptates sensibus hisce accommodatas:communes cum cæteris animantibus habemus:Ergo ut communes spernimus & notamus:solasq; omnium aut maxime probro damus:Itaq; hominem ijs deditum repræhendimus et incontinentem intemperantemq; appellamus:ꝙ uictus a teterrimo uoluptatū genere ducitur. Sed quū sentiendi genera quinq; sint:cætera animalia duobus tantum quæ modo dixi uoluptatem sibi acquirunt:cæteris uel nihil omnino delectantur:uel per

Philoxenus

accidens ita afficiuntur. Quod enim uidet: aut olfacit: tãtisper gaudet: quoad gustus tactusue fruiscat. Cumq; genus idipsum cõcupiscendi expleuit: illorum quoq; suauitas desĩt: ut nobis salsamenti odor: quũ indigemus: suauis ẽ: ubi satiati repletiq; sumus amplius suauis non est. Rosæ aũt odor semper suauis est. Quis igitur habens aliquid humani pudoris uoluptatibus istis duabus coeundi atq; comedendi: quæ sunt homini cũ sue atq; asino cõmunes gaudeat. Socrates quidem dicebat multos homines ꝑpterea uelle uiuere: ut ederent: & biberẽt. sese bibere atq; esse: ut uiueret. Hippocrates aũt diuina uir sciẽtia: de coitu uenereo ita existimabat: partẽ esse quandam morbi teterrimi: quem nostri comitialem dixere. Nãq; ipsius uerba hæc traduntur: Την συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν: id est Coitũ: morbum esse comitialem leuiorem.

Quod turpius ẽ frigide laudari: q̃ acerbius uituperari. Cap. III.



Turpius esse dicebat Phauorinus philosophus exigue atq; frigide laudari: q̃ insectãter & grauiter uituperari. Quoniam (inquit) qui male dicit: & uituperat: quanto id acerbius facit tam maxima mole pro iniquo & inimico ducitur: et plærunq; propterea fidẽ non capit. Sed qui infœcũde atq; ieiune laudat destitui a causa uidetur. et amicus quidẽ creditur eius: quem laudare uult: sed nihil posse reperire: quod iure laudet.

Quamobrē uenter repētino timore effluat: quare etiam ignis urinam lacessat. Cap. IIII.



Ristotelis libri sunt: qui problemata physica inscribuntur: lepidissimi & elegātiarū omne genus refertis: in his quærit. Quā ob cām eueniat: ut q̄bus inuasit repētinus rei magnæ timor. plærūq; aluo statim cita fiant? ītē quærit cur accidat ut eū qui ꝓpter ignē diutius stetit: libido urinæ lacessat: ac de aluo quidē inter timēdū ꝓna atq; præcipiti cām esse dicit: ꝙ timor oibus sit algificus: quem ille appellat ψυκροποιητικην .i. frigore laborantē: quæ uis frigoris sanguinē caldorēq; omnē de summa coporis cute cogat penitus: & depellat: faciatq; simul ut ĩ qui timeāt sanguine ex ore decedēte pallescāt. Is aūt (inquit) sanguis & caldor in intima coactus: mouet plærūq; aluū et incitat. De urina crebra ex igni ꝓximo fctā: uerba hæc posuit το δε πυρ διαχαλατο πεπηγοσ · ωσπερ ηλιοσ την χιονα .i. ignis aūt cōcretū resoluit & gelu constrictū: ut niuem sol.

Ex Aristotelis libris sumptū: ꝙ niuis aqua potui pessima sit: et ꝙ ex niue chrystallus cōcreatur. Ca. V.



N tyburte Rus concesseramus: hominis amici diuitis: æstate anni flagrantissima: ego & quidam aliĩ æquales & familiares mei: eloquentiæ & philosophiæ sectatores. erat nobiscum uir bonus ex peripatetica disciplina bene doctus: & Aristo. unice studiosissimus. Is nos aquam multam ex diluta

niue bibentis coercebat seueriusq; increpabat. adhibebat nobis auctoritates nobilium medicorum: & cũ primis Aristotelis philosophi rei omnis humanæ peritissimi: qui aquam niualem frugibus sane & arboribus fœcundam diceret: sed hominibus potu nimio insalubrem esse: tabemq; & morbos sensim: atq; in diem longam uisceribus inseminare. Hæc quidẽ ille ad nos prudenter: & beniuole: & assidue dictitabat. Sed cum bibendæ niuis pausa fieret nulla: ꝓmit e bibliotheca Tyburti: quæ tunc in Herculis tẽplo satis commode instructa libris erat: Aristotelis librum: eũq; ad nos affert. Et huius saltem uiri sapiẽtissimi (inquit) uerbis credite: ac desinite: ualitudinẽ uestram profligare. In eo libro scriptum fuit. Deterrimam esse potui aquã e niue. Itemq; solidius latiusq; concretam esse eam: quam Χρυσταλλον græci appellant. Causaq; ibi adscripta ẽ huiuscemodi: quoniã cũ aqua frigore aeris duratur et coit: necessum est fieri uaporationẽ & quãdam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea: & emanare. Id autem (inquit) in ea leuissimum est quod euaporatur. Manet autem quod est grauius: & sordidius: & insalubrius: atq; id pulsu aeris uerberatũ: in modum coloremq; spumæ candidæ oritur. Sed aliquantũ quod ẽ salubrius diffiari: atq; euaporari ex niue: indicium illud est: ꝙ minor fit illa quæ ante fuerat: q̃ concresceret. Verba ipsa Aristotelis ex libro pauca sumpsi. et adscripsi. διατι τα απο χιονος : και Χρυσταλλων υδατα: φάυλα εστιν οτι πάντος υδατος πηγνυμενου. Το-

λεπτοτατον διαπνειταῖ. και κου-
φοτατον εξατμιζει. σημειον δε οτι
ελαττον γινεται. ηπωστερον οταν
τακηπαγεν. απεληλυθοτος ουν του
υγεινοτατου. αναγκητο καταλειπο-
μενον χειρον εἶναι: id est Cur aquæ ex ni-
ne glatiæue liquatæ sint uitiosæ. An quia cum aqua
quæuis gelu concrescit pars tenuissima difflatur: & tempus
leuissima euaporatur. Indicium illud est: quod deliqua-
ta fit minor: quam ante fuerit: quam concresceret. Cũ itaq;
quod salubrius est: defuerit: deterius sit quod relin-
quitur necesse est. Hoc ibi legimus: placuit honorem
doctissimo uiro haberi Aristoteli. atq; ita postea ego
bellum & odium niui indixi. Aliĩ inducias cum ea
uarie factitabant.

Aliĩ tñ uis pro tempus legunt.

Q'd pudor sanguinem ad extra diffundit: timor
uero contrahit. Cap. VI.



N problematis Aristotelis philosophi
ita scriptũ est Διατι οι μεν αισ-
χυνομενοι ερυθριωσιν. οι
δε φοβοιμενοι. ωχριωσιν
παραπλησιων των παθεων οντων. ε-
τι των μεν αισχυνομενων διαχει-
ται το αιμα εκ της καρδιας εις α-
παντα τα μερη του σωματος. ωστε
επιπολαζειν τοις δε φοβηθεισι συν-
τρεχει εις την καρδιαν ωστε εκλει-
πειν εκ των αλλων μερων. i. quã ob cau-
sam erubescunt quos puduit: pallent qui metuunt:
quum istæ affectiones similes inter se sint. An quo-

niam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur: ita ut superficiẽ occupet. Metu uero perculsis cõtrahitur ad cor: ita ut cæteris partibus desiat. Hoc ego athenis cum Tauro nostro legissem percunctatusq; essem: quid de ratione ista reddita sentiret. Dixit quidem (inquit) probe et uere quid accideret: diffuso sanguine: aut contracto. Sed cur ita fieret non dixit. Adhuc enim quæri potest: quam ob causam pudor sanguinẽ diffundat: timor contrahat: quum sit pudor species timoris: atq; ita definiatur. Pudor est timor iustæ repræhensionis. Ita enim philosophi definiunt. αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου: Id est pudor iustæ uituperationis est timor.

Pudor.

Quid sit obesũ. nõnullaq; alia prisca uocabula. Cap. VII.



IN agro uaticano Iulius Paulus poeta uir bonus: & rerum literarumq; ueterum impense doctus prædiolum tenue possidebat. Eo sæpe nos ad sese uocabat: & holusculis pomisq; satis comiter copioseq; inuitabat. Atq; ita molli quodam tempestatis autumnæ die: ego & Iulius Celsinus: quum ad eum cœnassemus: & apud mensam eius audissemus legi Næuij Alcestin. rediremusq; in urbem sole iam fere occiduo figuras habitusq; uerborum noue aut insigniter dictorum in Næuiano illo carmine ruminabamur. et ut quæq; uox indidẽ animaduerti digna sub

uenerat: qua nos quoq; possemus uti memoriæ man-
dabamus. Erant autem uerba: quæ tunc suppetebant
huiuscemodi. Corpore (inquit) pectoreq; undiq; obe- Obesus
so: ac mēte exsensa: tardigemulo senio oppressum. Oblitera gens
Obesum hic notauimus proprie magis q̄ usitate di-
ctum. pro exili atq; gracilēto ακυρως η κατα Fœdi-
αντιφρασιν. i. improprie: uel per oblocutionē fragus
obesum propingui atq; ubere dicitur. Item notaui- Pudori
mus ꝙ obliteram gentem pro obliterata dixit. item color.
ꝙ hostis qui fœdera frangerent fœdifragos: nō fœ- Fortesce
derifragos dicit. item ꝙ rubētem auroram. pudoris re-
colorē appellauit & menonē nocticolorē itē ꝙ for Dolēta
te dubitanter. et ab eo quod ē sileo silenta loca dixit: Mancio
& puluerulenta: & pestilenta & carendum tui est la.
pro te. quo ꝑ magno impete pro impetu. itē ꝙ forte- Carēdū
scere posuit pro fortem fieri. ꝓq; dolentiam pro do- tui.
lore & auens pro libens. Item curis intolerantibus
pro intolerandis: ꝓq; manciolis (inquit) tene illis ꝑ
manibus: & quiescam siliceo: & fiere (inquit) impē
dio infit id est impense fieri incipit. ꝓq; accipitret
posuit pro iaceret. His nos inter uiam uerborum Næ
uianorum annotatiunculis oblectabamus. Cætera
enim quæ uidebantur nimium poetica explosæ ora-
tionis usu alieniora prætermisimus ueluti ꝙ sic de
Nestore ait. trisæclisenex & dulciori loquus. item
ꝓ tumidis magnisq; fluctibus (inquit) multigru-
mis & flumina gelu concreta tegmine esse ony- Vitupe-
chino dixit & quæ multiplica ludens composuit. rones.
Quale illud est: ꝙ uituperones suos subducti super
cilij cartores appellauit.

Quæstio an arena cœlũ triticũ pluralia inueniantur atq; ibi de quadrigis inimicitũs:nonnullis præterea uocabulis:an singulari numero comperiantur. Cap.VIII.



Dolescentulus romæ priusq̃ athenas cõcederem:quãdo erat a magistris auditionibusq; obeundis ocium:ad Frontonem Cornelium uisendi gratia pergebã. Sermonibusq; eius purissimis bonarumq; doctrinarum plenis fruebar. Nec unq̃ factũ est:quoties eum uidimus:loquentemq; audiuimus quin rediremus fere cultiores doctioresq;. Veluti fuit illa quodã die sermocinatio illius leui quidẽ de re:sed a latinæ tamen linguæ studio non abhorrẽs. Nã quum quispiam familiaris eius:bene eruditus homo:& tum poeta illustris:liberatum se esse aquæ intercutis morbo diceret q̃ arenis calentibus esset usus:Tum illudens Fronto morbo quidem(inquit)cares:sed uerbi uitio non cares. C.Cæsar ille perpetuus dictator. Cn.Ponpeii socer:a quo familia & appellatio Cæsarum deinceps propagata est:uir ingenũ precellentis:sermonis præter alios suæ ætatis castissimi:in libris quos ad.M. Ciceronẽ de analogia conscripsit:arenas uitiose dici existimabat:q̃ arena nũq̃ multitudinis numero appellanda sit:sicuti neq; cœlum neq; triticum. Contra autem quadrigas etiam si currus unus equorum quattuor iunctorum agmen unum sit:pluratiuo semper numero dicendas putat:sicut arma & mœnia & comitia:& inimicitias ni quid cõtra ea dicis poetarum pulcerrime:quo & te purges:& non esse id

Cæsarũ familia

Arena.

Cœlum

Triticũ.

uitium demonſtres. De cœlo (inquit ille) & tritico nõ inficias eo: quum ſingulo ſemper numero dicẽda ſint: neq; de armis: et de mœnis: et comitijs ꝗn figura multitudinis perpetua cenſeant. Videbimus autẽ poſt de inimicitijs & quadrigis: ac fortaſſe an de quadrigis ueterũ auctoritati conceſſero. inimicitiã tñ ſicut inſcitiam & impotẽtiã et iniuriã quæ ratio eſt quãobrẽ. C. Cæſar uel dictã eſſe a ueteribus: uel dicẽdam a nobis nõ putat. Quãdo Plautus linguæ latinæ decus: deliciam quoq; ενικῶς .i. ſingulariter dixit ꝓ delitijs. Mea (inquit) uoluptas: mea delitia. inimicitiã autẽ. Qu. Ennius in illo memoratiſſimo libro dixit. Eo (inquit) ingenio natus ſum amicitiã atq; inimicitiam in fronte promptam gero. Sed enĩ arenas parũ latine dici quis (oro te) aut alius ſcripſit aut dixit. Ac propterea peto: ut ſi. C. Cæſaris liber præ manibus eſt: promi iubeas: ut ꝗ͂ confidẽter hoc dicat: æſtimari a te poſſit: Tũ prolato libro de analogia primo uerba hæc ex eo pauca memoriæ mandaui. Nam quum ſupra dixiſſet neq; cœlũ triticumue: neq; arenã: multitudinis ſignificationẽ pati. Num tu (inquit) harũ rerum natura accidere arbitraris: ꝙ unã terrã: & pluris terras: & urbẽ & urbes: & imperiũ & imperia dicamus. Neq; quadrigas in unã nõis figurã redigere: neq; arenam in multitudinis appellationẽ cõuertere poſſimus. His deinde uerbis lectis Fronto ad illũ poetã. Videtur ne tibi (inquit) C. Cæſarẽ de ſtatu uerbi cõtra te ſatis aperte ſatiſq; cõſtanter ꝓnunciaſſe? Tunc permotus auctoritate libri poeta. Si a Cæſare (inquit) ius prouocandi foret Delicia

ego nūc ab hoc Cæsaris libro prouocassem. Sed quō
niam ipse rationē sententiæ suæ reddere supersedit:
uos te nūc rogamus: ut dicas quam esse causam uitij
putes: & in quadriga dicēda: & in arena. Tum Frō
Quadrigæ. to ita respōdit. Quadrigæ semper: & si multiiugæ
nō sunt: multitudinis tamē tenētur numero: quoniā
quattuor simul equi iūcti: quadrigæ quasi quadriia
gæ uocantur. Neq; debet prorsus appellatio equorū
plurīū includi in singularis numeri unitatē. Eandē
quoq; de arena rationē habendā: sed in specie dispa
rari. Nam quū arena singulari numero dicta: multi
tudinē tamē & copiam significet minimarū: ex qui
bus constat partium: indocte & inscite arenæ dici ui
dentur: tanq̄ id uocabulū indigeat numeri amplia
tudine: quū ei singulariter dici ingenita sit natura
lis sui multitudo. Sed hæc ego (inquit) dixi: non ut
huius sententiæ legisq; fundus subscriptorq; fierē:
sed ut ne Cæsaris uiri docti opinionē αϖαραμη
θειτον: id est absq; consolatione destituerē. Nam
quum cœlum semper ενικωσ: id est singulariter
dicatur: mare & terra non semper: & puluis & uē
tus: & fumus non semper: cur inducias & cerimo
nias scriptores ueteres nonnunq̄ singulari numero
appellauerunt ferias & nūdinas & inferias & exe
quias nunq̄. Cur mel & uinū atq; id genus cætera
multitudinis numerū capiūt: lac non capiat? Quæri
inq̄ ista oīa & enucleari & excudi ab hoībus nego
ciosis in ciuitate tam occupata non queunt: quin ijs
quoq; ipsis quæ iam dixi: demoratos uos esse uideo:
alicui (opinor) negocio destinatos. Item ergo nūc: &

quando forte erit ociũ:quærite an quadrigã & arenas dixerit e cohorte illa dũtaxat antiquiore:uel oratorũ aliq̃s uel poetarũ.i.classicus assiduusq́ aliquis scriptor nõ ꝓletarius. Hæc q̃dẽ Frõto requirere uos iussit uocabula non ea re(opinor) ꝙ scripta esse in ullis ueterũ libris existimaret:sed ut nobis studium lectitandi in quærendis rarioribus uerbis exerceret. Quod unũ ergo rarissimũ uidebatᷣ: inuenimus quadrigã numero singulari dictã: in libro satyrarum M.Varonis:qui inscriptus est:exdemetricus.Arenas aũt πληθυντικῶς.i.pluratiue dictas minore studio quærimus: quia præter.C.Cæsarẽ q̃d equidẽ meminerim:nemo hoc doctorũ hominũ dedit.

Scriptor classicus.

Quadriga.

Antonij Iuliani in cõuiuio ad quosdã græcos lepidissima responsio. Cap.IX.



Dolescens e terra asia de equestri loco: lætæ indolis: moribusq; & fortuna bene ornatus:& ad musicam facili ingenio ac libenti cœnã dabat amicis ac magistris in tusculo celebrandæ lucis annuæ: quam sibi principem uitæ habuerit. Venerat tum nobiscum ad eam cœnam Antonius Iulianus rhetor docendis publice iuuenibus magister hispano ore:florentisq́ homo facundiæ: & rerum literarumq; ueterum peritus. Is ubi edulijs finis & poculis mox sermonibusq; tempus fuit:desyderauit exhiberi quos habere eum adolescentem sciebat scitissimos utriusq; sexus: qui canerent: uoce & qui psallerent.Ac posteaq̃ introducti pueri puellæq; sunt:iucundũq; in modum ἀνακρεόντεια:id est anacreontea hoc est ana-

creontis uersus plæraq; & sapphica: & poetarum quoq; recẽtiũ ελεγεια.i.elegos: hoc est lugubria carmina: quædã ἐρωτικα.i.amatoria dulcia et ue-nusta cecinerunt. Oblectati aũt sumus præter multa alia uersiculis lepidissimis Anacreontis senis: quos equidẽ scripsi: ut interea labor hic uigiliarũ: et ingẽs suauitate paulisper uocũ atq; modulorũ acquiesceret.

Τον αργυρ υμ τορευσασ ηφαιστε
μοι ϖοιησ ομ
ϖαμοπλίασ μεν ουχι τι γαρ μακαι-
σι και μ ι?
ϖοτηριωμ δε κοιλομ ὸσ ὸν δυν ηβὰ
θυνον.
και μη ϖοιει κατ αυτο μητε αστρα:
μητ αμαξασ.
τι πλειαδωμ μελλει μοι: τι δ' ασ-
τεροσ βοωτεω?
ϖοιησ ομ αμϖελουσ μοι. και βοτρυ
ασ κατ αυτο.
και χρυσ ουσ πατουντας ομου κα-
λωσ λυαϊω.
ερωτα και βαθυνόμ id est

Argentum tornans fabrica uulcane mihi.
Non hominẽ armatum: quid enim cum bellis mihi?
Sed cauum poculum cude: quantum uales maxime.
Inq; eo neq; astra: nec plaustra facias
Nam quid cum pleiadibus: quid cum boote mihi?
Vites fabrica quæso intus: & racemos pariter
Aureosq; pulcre calcantis comites lyæi.
Amoremq; profundum simul.

Tum græci pluſculi qui in eo conuiuio erant: homi-
nes amœni: & noſtras quoq; literas haud incurioſe
docti. Iulianum rhetorē laceſſere: inſectariq; adorti
ſunt: tanq̃ prorſus barbarum & agreſtem: qui ortus
terra hiſpania foret. Clamatorq; tantum: & facun-
dia rabida iurgioſaq; eſſet. Eiuſq; linguæ exercita-
tiones doceret: quæ nullas uoluptates: nullāq; mulce
dinē ueneris atq; muſæ haberet. Sæpeq; eum percū
ctabantur: quid de Anacreōte cæteriſq; id genus poe
tis ſentiret. Et ecquis noſtrum poetarum tam fluētes
carminū delitias feciſſet? Niſi Catulus (inquiūt) for
te pauca: & Caluus itidem pauca. Nā Neuius impli
cata: & Hortenſius inuenuſta: & Cinna illepida:
& Mēmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt
atq; abſona. Tū ille pro lingua patria: tanq̃ ꝑ aris:
et focis animo irritato indignabundus. Cedere equi
dem (inquit) uobis debui: ut in tali ασοτια .i. lu-
xu prodigalitate: atq; nequitia artiū nos uinceretis.
Et ſicut in uoluptatibus cultus atq; uictus: ita in can
tilenarū quoq; multis ante iretis. Sed ne nos: id ē no-
men latinū: tanq̃ profecto uaſtos quoſdā & in ſubi
dos αμαφροδισιασ: id ē inuenuſtatis condēne
tis permittite mihi quæſo operire pallio caput: quod
quadā parū publica oratione Socratem feciſſe aiūt.
Et audite ac diſcite noſtros quoq; antiquiores āte eos
quos nominaſtis: poetas amaſios: ac uenerios fuiſſe.
Tū reſupinus capite cōuelato uoce admodū q̃ ſuaui
uerſus cecinit Valerĳ Aeditui ueteris poetæ. Itē Por
cĳ Licinĳ: & Q. Catuli: quibus mūdius: uenuſtius:
limatius: preſſius: græcum latinūue nihil quicq̃ re

Iulia-
nus hiſ-
panus
rhetor.

Alĳ p̄
feſtos
uel pu-
dica.

periri puto Versus Aeditui.

Dicere cum conor curam tibi pamphila cordis
Quid mihi abs te quæram: mẽbra labris abeunt.
Per pectus miserum manat mihi subito sudor.
Si tacitus subidus: duplo ideo pereo.

Atq; item alios uersus eiusdem addidit: nõ hercle minus dulcit q̃ priores.

Quid faculâ præfers phileros: qua nil opus nobis?
Ibimus: hic lucet pectore flamma satis.
Istam non potis est uis sæua extinguere uenti:
Aut hymber cœlo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem ueneris: nisi uenus ipsa:
Nulla est quæ possit uis alia opprimere.

Item dixit uersus Porcii Licinii hosce.

Custodes ouium uidere propaginis agnum.
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo ẽ:
Si digito attigero: incendam syluam simul omnẽ:
Omne pecus flamma est: omnia quæ uideo.

Q. Catuli uersus illi fuerunt.

Aufugit mi animus: credo (ut solet) ad theotimum
Deuenit. sic est: perfugium illud habet.
Quid si non interdixissem ne illud fugitiuum
Mitteret ad se intro? sed magis eiiceret?
Ibimus quæsitum uerum: ne ipsi teneamur:
Formido. quid ago? da uenus consilium.

Verba hæc præter propter: in usu uulgi ꝑdita etiam Ennii fuisse. Cap. X.

m Emini me quondam & Celsinum Iulianũ Numidã ad Frontonẽ Corneliũ: pedes tũc grauiter ægrũ ire uisere: atq; ibi ꝙ ĩtroducti

sumus: offendimus eũ cubantem in symphodio græ
ciensi: circum undiq; sedentibus multis: doctrina: aut
genere: aut fortuna nobilibus uiris assistebant fabri
ædium complures balneis nouis moliendis adhibiti
ostendebantq; depictas in membranulis uarias spe
cies balnearum Ex quibus quum elegisset unam for
mam: speciemq; ueris: interrogauit: quantus esset pe
cuniæ conspectus ad id totum opus absoluendũ. Cũ
q; architectus dixisset necessaria uideri esse sestertia
ferme. ccc. unus ex amicis Frõtonis: & præter ppter Præter
(inquit) alia qnquaginta. Tum fronto dilatis sermo ppter.
nibus quos habere de balnearũ sumptu instituerat:
aspiciens ad eum amicum: qui dixerat quinquagin
ta esse alia præter propter. at ille amicus non meum
(inquit) hoc uerbum est: sed multorum hominũ: quos
loquẽtis id audias. Quid autem id uerbũ significet
non ex me sed ex grammatico quærẽdũ est. ac simul
digito demõstrat grammaticũ haud incelebri nomi
ne romæ docentem. sedẽtem Tum grammaticus usi
tati puulgatiq; uerbi obscuritate motus. Quærimus
(inquit) quod honore quæstionis minime dignum ẽ.
Nam nescio quid hoc prænimis plæbeium est: et in
opificum sermonibus q̃ notius. at enim Fronto iam
uoce atq; uultu intentiore: ita ne (inquit) magister de
honestum tibi: deculpatumq; hoc uerbum uidetur:
quo & M. Cato. & M. Varro & pleraq; ætas
superior ut necessario & latino usi sunt. At ibi Iu
lius Celsinus admonuit in tragœdia quoq; Quinti
Ennij: quæ Iphigenia inscripta est: idipsum de
quo quærebatur: scriptum esse: & a grammaticis cõ

taminari magis solitum: q̃ enarrari. Quocirca stati proferri Iphigeniam. Q. Ennij iubet: in eius tragœdiæ choro inscriptos esse hos uersus legimus.

Ocio qui nescit uti: plus negocij habet.
Quã quum est negocium in negocio.
Nam cui quid agat institutum est: nullo negocio
Id agit studet ibi mentem atq; animum delectat suũ
Ocioso initio animus nescit quid uelit
Hoc idẽ ẽ em̃ neq; domi nũc nos nec militiæ sumus
Imus huc: hic illuc: quũ illuc uentũ ẽ ire illinc lubet.
Incerte errat animus præter ꝓpter uitã uiuitur.

Hoc ubi lectum est. tum deinde Fronto ad grammaticum iam labẽtem: audisti ne (inquit) magister, optime Ennium tuum dixisse præterpropter? & cum sententia quidẽ tali quali seuerissimæ philosophorũ esse obiurgationes solent. Petimus igitur dicas (quoniam de Enniano iam uerbo quærit) quid sit notus eiusce uersus. sensus incerte errat animus: præterpropter uitam uiuitur. Et grammaticus suadẽs multum ac rubens multũ quum id plærisq; prolixius riderẽt exurgit. Et abiẽs. Tibi (inquit fronto) postea uni dicam ne insicitiores audiant ac discant. atq; ita omnes relicta ibi quæstione uerbi consurreximus.

Ponit uersus platonis amatorios: quos admodũ iuuenis lusit: dũ tragœdijs cõtẽdit. Cap. XI.



CElebrãtur duo isti græci uersiculi: multorumq; doctorũ hominum memoria dignãtur: ꝙ sint lepidissimi & uenustissimæ breuitatis. Neq; adeo pauci sũt ueteres scriptores: qui eos Platonis esse philosophi affir

mant quibus ille adoleſcens luſerit:cum tragœdijs
quoq; eodē tp̄e faciendis præluderet.
Την ψυχην αγαθωνα φιλων επι χει-
λεσιν εσχον.
ηλθε γαρ η τλημων:ως διαβησομενη.i.
Sauia dans agathoni animam ipſe in labra tenebā.
Aegra etenim pperaus tanq̄ abitura fuit. Amicus
meus ουκ αμουσοσ.id eſt non inelegans ado
leſcens:in plures uerſiculos licentius liberiuſq; uer
tit:qui quoniam mihi quidem uiſi ſunt non eſſe me-
moratu indigni:ſubdidi.

Dum ſemihiulco ſauio meum puellum ſauior.
Dulcemq; florem ſpiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium:& labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus:ut tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ fuiſſet in cœtu oculi:
Amoris ignis percita tranſiſſet:& me linqueret.
Et mira prorſus res maneret:ut ad me fierem
Mortuus:ad puerum intus uiuerem.

Diſertatio Herodis attici ſuper ui & natura do-
loris: Suæq; opiniōis affirmatio per exemplum
indocti ruſtici:qui cum rubis fructiferas arbores
præcidit. Cap.XII.



Erodem atticum conſularem uirū athe-
nis diſſerentem audiui græca oratione
in qua fere omnis memoriæ noſtræ uni
uerſos grauitate atq; copia:& elegan-
tia uocum longe præſtitit. Diſſeruit artē cōtra απα

θιαν id est tranquillitatem stoicorum lacessitus a quodam stoico: tanq̃ minus sapienter & parũ uiriliter dolorem ferret: ex morte pueri: quẽ amauerat. In ea disertatione quantulũ memini: huiuscemodi sensus est: q̃ nullus usq̃ homo qui secundum naturam sentiret: & saperet affectiõibus istis animi: quas πάθη id est passiones appellabat ægritudinis cupiditatis: timoris: iræ uoluptatis carere: et uacare totis posset: & oĩno non dolere. Atq; si posset ẽt obniti ut totis careret nõ ex re id esse melius: qm̃ langueret animus: et torpet affectionũ quarũdã adminiculis ut necessario plurimũ impio priuatus. Dicebat em̃ sensus istos motusq̃ animi: q̃ quũ ĩmoderatiores sunt: uitia fiunt innexos implicatosq̃ esse uigoribus quibusdã mentiũ & alacritatibus. Ac pp̃terea si oĩno omnis eos imperitius cõuellamus periculũ eẽ: ne eis adhærentes bonas quoq̃ & utiles animi indoles amittamus. Moderãdos eẽ igitur & scite cõsyderateq; purgandos censebat: ut ea tantũ quæ aliena sunt: cõtraq̃ naturã uiderentur: & cum pernicie agnata sunt: detrahantur. Ne p̃fecto id accidat: qd̃ cuipiã Thracio insipiẽti & rudi in agro quem emerat: p̃curando uenisse usu fabula ẽ. Homo Thracius (inq̃t) ex ultima barbaria ruris colẽdi insolẽs: quũ in terras cultiores humanioris uitæ cupidine cõmigrasset: fundũ mercatus ẽ olea atq̃ uite cõsitũ: qui q̃a nihil admodũ super uite aut arbore colẽda sciret uidet forte uicinũ rubos late atq; alte obortos excidentẽ. Fraxinos ad summum prope uerticem deputantẽ. Suboles uitium e radicibus caudicum super terram fusas reuellentem



Stolones in pomis aut in oleis proceros: atq; decerptos amputantem. Acciditq; prope: & cur tantam ligni atq; frondiũ cædem faceret: percontatus est. Et uicinus ita respondit: ut ager (inquit) mundus purusq; fiat: eiusq; arbor atq; uitis fœcundior. Discedit ille a uicino gratias agens: & lætus tanq; adeptus rei rusticæ disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit: atq; ibi homo miser imperitus: uites suas sibi omnis & oleas detruncat. Comasq; arborum lætissimas: uberrimosq; uitium palmites decidit. & fructeta atq; uirgulta simul omnia pomis frugibusq; gignendis fœlicia: cum sentibus & rubis: purificandi agri gratia conuellit: mala mercede doctus audaciã fiduciamq; peccandi imitatione falsa eruditus. Sic (inquit) isti apathiæ sectatores: qui uideri se esse trãquillos: & intrepidos: & immobiles uolunt: dũ nihil cupiunt: nihil dolent: nihil irascuntur: nihil gaudẽt oĩbus uehemẽtioribus animi officiis ãputatis: in corpore ignauæ et quasi eneruatæ uitæ cosenescunt.

Quos pumiliones dicimus: græce ναυους appellari. Cap. XIII.


Tabãt forte una in uestibulo palatii fabulãtes Fronto Cornelius et Festus Posthu. & Apolli. Sulpitius. Atq; ibi ego assistens cum quibusdam aliis sermones eorum: quos de literarum disciplinis habebant: curiosius captabam. Tum Fronto Appollinari. Fac me (inquit) magister ut sim certus: an recte supersederim nanos dicere: parua nimis statura homines: Nanus.

maluerimꝗ eos pumiliones appellare: quoniã hoc
scriptum esse in libris ueterũ meminerã. Nanos autẽ
sordidũ esse uerbum et barbarũ credebã. Est quidem
(ĩquit) hoc Apollinaris in cõsuetudine imperiti uul
gi frequens sed barbarũ nõ est: cẽseturꝗ liguæ græ
ce origine. Ναμουσ em̃ græci uocauerunt bre-
ui atq; humili corpore homines: paulũ supra terram
extantes. Idq; ita dixerunt adhibita quadam ratio-
ne etymologiæ cum sententia uocabuli cõpetente. Et
si memoria (inquit) mihi non labat scriptũ hoc est in
comœdia Aristaphanis: cui nomen est: ακλαιησ
id est minime plorãs. Fuisset autem uerbum hoc a
te ciuitate donatũ: aut in latinam coloniam deductũ
si tu eo uti dignatus fores. Essetq; impendio proba-
bilius: ꝗ quæ a Laberio ignobilia nimis & sorden-
tia in usum linguæ latinæ intromissa sunt. Tum Fe
stus Posthumius grammatico cuipiam latino Fron
tonis familiari Docuit (inquit) nos Apollinaris
nanos uerbum græcum esse. Tu nos doce in quo de
mulis aut equuleis humilioribus uulgo dicitur: an
ne latinum sit: & apud quem scriptum reperia-
tur. Atq; ille grammaticus: homo sane perꝗ in no-
scendis ueteribus scriptis exercitus. Si piaculum (in-
quit) non cõmittitur præsente Apollinare: quid de
uoce illa græca latinaue sentiam dicere audeo tibi
Feste quærẽti respondere: esse hoc uerbum latinum.
Scriptumꝗ inueniri in poematis Heluij cinæ non
ignobilis neq; ĩdocti poetæ. Versus eius ipsos dixit
quos quoniam memoriæ mihi aderant: adscripsi.

At nunc me genij nana per salicta



Bigis rheda rapit citata Nanis.

Contemporaneos fuisse Cæsari et Ciceroni. M. Varronem et. P. Nigidiũ ætatis suæ doctissimos Romanos. Et ꝙ Nigidij commẽtationes propter earũ obscuritatẽ: subtiliatẽq; ĩ uulgus nõ exeũt. Cap. XIIII.



Etas. M. Ciceronis et. C. Cæsaris præstanti facundia uiros paucos habuit. Doctrinarum autem multiformiũ uariarũ q; artium quibus humanitas erudita ẽ: culmina habuit. M. Varronem: et. P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum: quæ per literas condidit in propatulo frequentiq; usu feruntur. Nigidianæ autem cõmentationes nõ perinde in uulgus exeũt: et obscuritas subtilitasq; earum tanq̃ parũ utilis derelicta est. Sicuti sunt quæ paulo ante legimus in commentarijs eius: quos grammaticos inscripsit. Et quibus quædã ad demonstrandum scripturæ genus exempli gratia sumpsi. Nam quũ de natura atq; ordine literarũ dissereret: quas grammatici uocales appellant: uerba hæc scripsit. Quæ relinquimus inerrata ad exercendam legentium intentionem. a & o semper principes sunt. i & u semper subditæ. e & subit & præit. In euripo præit: et subit in æmylio. Si quis putat praire u in his uerbis Valerij: Venuoni: Volusi. Aut in his iã pridẽ: iecur: iocũ: iucũdũ: errabit ꝙ hæ literæ quum præeunt: ne uocales quidem sũt. Itẽ ex eodẽ libro uerba hæc sunt. Inter literam n & g est alia uis: ut in nomine anguis: & angaria. & anchoræ. & increpat:

M. Cicero. C. Cæsar. M. Varro. P. Nigidius.

Nota de ... [illegible]

& incurrit: & ingenuus. In omnibus enim his non uerũ n ſed adulterinũ ponitur. Nã n non eſſe: lingua inditio eſt. Nam ſi ea litera eſſet lingua palatum tangeret. Alio deinde in loco eſt ſcriptum. Graecos nõ tantæ inſcitiæ arceſſo q̃ ου ex o et u ſcripſerunt: quantæ qui ei ex e & i. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VIGESIMVS.

Diſceptatio Sex. Cæcilij iureconſulti: & Phauorini philoſophi de legibus duodecim tabularũ.

Caput primum.



Ex. Cecilius in diſciplina iuris atq; legibus po. Romani noſcẽdis: interpraetendiſq; ſciẽtia uſu auctoritateq; illuſtri fuit. Ad eũ forte in area palatina quum ſalutationẽ Cæſaris operiremur philoſophus Phauorinus acceſſit. Collocutuſq; eſt nobis multiſq; alijs præſentibus. In illis tunc ſermonibus: orta mentio eſt legum decẽuiralium: quas decemuiri eius rei gratia a populo creati compoſuerũt. Inq; duodecim tabulas conſcripſerunt. eas leges quũ Sex. Cecilius inquiſitis exploratiſq; multarum urbium legibus: eleganti atq; abſoluta breuitate uerborũ ſcriptas diceret. Sic (inquit) hoc Phauorinus in pleraq; earum legum parte ita uti dicis. Non enim minus cupide tabulas iſtas. xii. legi: q̃ illos decem librbs Platonis de legibus. Sed quædam iſtic ani

inaduertuntur: aut obscurissima aut leuia: contra dura nimis et remissa: aut nequaquam ita ut scriptū est consistentia. Obscuritates (inquit Sex. Caecilius) non assignemus culpae scribentium sed insciciae non assequentium: quanquam ii quoque ipsi qui quae scripta sunt minus percipiūt: culpa uacant. Nam longa aetas uerba atque mores ueteres obliterauit. quibus uerbis moribusque sententia legum comprahensa est. Trecentesimo nanque anno post Romam conditam tabulae composite scriptaeque sunt. A quo tempore ad hunc diem anni esse non longe minus. dcc. uidentur. Dure autem scriptum esse in istis legibus: qui existimari potest? Nisi duram esse legem putas: quae iudicem arbitrū ue iure datum: qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est: capite punit. Aut quae furē manifestū: ei cui furtum factū est in seruitutem tradit. Nocturnum autem furem ius occidi tribuit. Dic enim quaeso: dic uir sapiētiae studiosissime: an tu aut iudicis illius perfidiam contra omnia iura diuina atque humana iusiurandum suum pecunia uendentis: aut furis manifesti intolerandam audaciam: aut nocturni grassatoris insidiosam uiolentiam: nō dignam esse capitis poena existimas? Noli (inquit Phauorinus) ex me quaerere quid ego existimem. Scis enim solitum esse me pro disciplina sectae quam colo inquirere potius: quam decernere. Sed non leuis aestimator: neque aspernabilis est populus Romanus cui delicta quidem istaec uindicanda: poenae tamen huiuscemodi nimis durae esse uisae sunt. Passus est enim leges istas de tam immodico iudicio: situ

atq; senio emori. Sicut illud quoq; non humaniter
scriptum improbauit: ꝙ si homo in ius uocatus mor-
bo aut ætate æger ad ingrediendũ inualidus est: ar-
cera non sternitur: sed ipse aufertur: & iumento im
ponitur: atq; ex domo sua ad prætorẽ in comitium
noua funeris facie effertur. Quam enim ob causam
morbo affectus: & ad respondendum pro sese ido-
neus iumẽto adhærens in ius aduersario deportatur.
Quod uero dixi uideri quædam esse impẽdio mol-
liora: nõne tibi quoq; uidetur esse dilutum: quod ita
de iniuria punienda scriptum est. Si iniuria alteri
faxit. xxv. æris pœnæ sunto. Quis em̃ erit tam inops
quem ab iniuria faciẽda. xxv. asses deterreant? Itaq;
quũ eam legẽ. Q. quoq; Labeo uester in libris: quos
L. Neratius. ad. xij. tabulas conscripsit: nõ probaret inquit. L. Ne
ratius fuit egregie homo improbus: atq; immani ue
cordia. Is pro delectamento habebat os hominis libe
ri: manus suæ palma uerberare. Eum seruus seque-
batur crumenã plenã assium portitans: & quẽcunq;
depalmauerat numerari statim secundum. xij. tabu-
las. v. & xx. asses iubebat. Propterea (inquit) præto-
res postea hanc abolescere & relinqui censuerunt in
iuriisq; æstimandis recuperatores se daturos edixe-
runt. Nonnulla autem in istis legibus: nec consiste-
re quidem sicuti dixi uisa sunt. Velut illa lex talio-
nis: cuius uerba (nisi memoria me fallit) hæc sunt.
Si membrũ rupit meũ e pacto talio esto. Præter em̃
ulciscendi acerbitatem: ne procedere quoq; executio
iustæ talionis potest. Nam cui membrũ ab alio ruptũ
est: si ipsi itidem rumpere per talionem uelit: quæro

an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium? In qua re primũ ea difficultas est inexplicabilis. Quid si membrũ (inquit) alter imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiã factũ est: retaliari per imprudentiã debet. Ictus quippe fortuitus: & consultus: non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterit imitari: qui in exequẽda talione non licentiae ius habet sed imprudentiae? Sed & si prudens ruperit: nequaq̃ patietur: aut altius se laedi: aut latius quod cuiusmodi libra atq; mensura caueri possit nõ reperio. Quinetiam si quid plus erit aliterue cõmissum: res fiet ridiculae atrocitatis: ut cõtraria actio mutuae talionis oriatur: & adolescat infinita quaedam reciprocatio talionum. Nam de immanitate illa secandi partiendiq; humani corporis: si unus ob pecuniã debitam adiudicatus: addictusq; sit pluribus: non libet meminisse: & piget dicere. Quid enim uideri potest effrenatius: quid ab hominis ingenio diuersius: q̃ ꝙ membra & artus inopis debitoris breuissimo laniatu distrahantur? sicut nunc bona uenum distrahũtur. Tum Sex. Caecilius amplexus utraq; manu Phauorinum. Tu es (inquit) unus profecto in nostra memoria: non graiae modo: sed & romanae rei peritissimus. Quis enim philosophorum disciplinae suae leges: tam scite atq; docte callet: q̃ leges tu nostras decẽuirales percalluisti? Sed quaeso te: quũ tamen digrediare paulisper e curriculis istis disputationum uestrarũ academicis: omissoq; studio quicquid libitum est arguendi tuendiq; consyderes gra

uius cuiusmodi sint ea quæ repræhendisti. Nec ideo contẽnas legum istarũ antiquitates: q̃ plærisq; ip sis iam Po. Ro. desiuerit. Nõ eñ profecto ignoras legũ opportunitates: & medelas ꝑ temporum moribus: & pro rerum publicarum generibus: & pro utilitatum præsentium rationibus: proq; uitiorum quibus medendum est feruoribus mutari: atq; flecti. Neq; uno statu consistere: quin ut facies cœli & maris: ita rerum atq; fortunæ tempestatibus uarientur. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis iugerũ de numero præfinito? Quid utilius plæbiscito uoconio de coercendis mulierum hæreditatibus? Quid tam necessarium æstimatum est propulsandæ ciuiũ luxuriæ: q̃ lex licinia & fannia: aliæq; item leges sumptuariæ? Omnia tñ hæc obliterata & operta sunt ciuitatis opulentia: quasi quibusdam fluctibus exæstuantis. Sed cur tibi uisa est inhumana omniũ mea quidem sententia humanissima quæ iumentũ dari iubet ægro aut seni in ius uocato? Verba sunt hæc de lege. Si in ius uocat: si morbus æuitasue uitium extitit: qui in ius uocabit: iumentum dato. Si nolet arceram ne sternito. An tu forte morbum appellari hic putas: ægrotationem grauem cum febri rapida & quercera? Iumentũq; dici pecus aliquod unicum tergo uehens. Ac propterea minus fuisse humanum existimas ægrotum domi suæ cubantem: iumento impositum in ius rapi. Hoc mi Phauorine nequaq̃ ita est. Nam morbus in lege ista non febriculosus neq; nimium grauis: sed uitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonstratur: nõ p ericu

lum uitæ ostenditur. Cætero qui morbũ uehementio
rẽ uim grauiter nocẽdi habentẽ: legũ istarũ scripto-
res alio in loco nõ per se morbũ: sed morbũ sonticũ Morbus
appellant. Iumẽtũ quoq; nõ id solũ significat: quod sonticus
nũc dicit̃: sed uectabulũ etiã: quod a iũctis pecoribus Iumẽtũ
trahebatur. Veteres enim nostri iumentũ a iungẽdo
dixerunt. Arcera autem uocabatur plostrum tectum Arcera
undiq; & munitũ: quasi arca quædam magna uesti
mentis instrata: qua nimis ægri aut senes portari cu
bantes solebat. Quænam ibi igitur acerbitas esse ui-
sa est: quod in ius uocato pauperrimo homini uel in
opi: qui aut pedibus forte ægris esset: aut quo alio ca
su ingredi non quiret: plostrum esse dandum cẽsue-
runt: neq; instrui tamen delicate arceram iusserunt:
quoniam satis esset inualido eiusmodi uectaculum.
Atq; id fecerunt ne accusatio ista ægri corporis per
petuam uacationem daret fide tractantibus: iurisq;
actiones declinantibus. Sed enim ipsum uide ꝙ in
iniurias factas. v. & .xx. assibus sanxerunt nõ omni-
no oĩs mi Phauorine iniurias ære isto pauco dilue-
runt. Tametsi hæc ipsa paucitas assium graue pon-
dus æris fuit. Nam librariis assibus in ea tempesta-
te populus usus est: sed iniurias atrocioris: ut de osse
fracto non liberis modo: uerumetiam seruis factas
impensiore damno uindicauerunt. Quibusdam au-
tem iniuriis talionem quoq; apposuerunt. Quam
quidem tu talionem uir optime iniquius paulo in-
sectatus es. Acne consistere quidem dixisti: lepida
quadam solertia uerborum: quoniam talioni par
non sit talio: neq; rumpi membrum facile possit. ad

alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. Verum est mi Phauorine talionem rarissimum fieri difficillime. Sed decemuiri minuere atq; extinguere uolentes huiuscemodi uiolentiã pulsandi atq; lædẽdi talione: eo quoq; metu coercendos esse homines putauerunt. Neq; eius qui membrum alteri rupisset: & pacisci tamen de talione redimenda nollet: tantam esse habendi rationem arbitrati sunt: ut an prudens imprudensue rupisset: spectandum putarent. Aut talionem in eo uel adamussim æquipararent: uel in libili penderent. Sed potius eundem animum: eũdemq; impetum in eadem parte corporis rumpendi: non eundem quoq; casum exigi uoluerunt. Quoniã modus uoluntatis præstare posset: casus ictus non posset. Quod si ita est: ut dico: & ut ipse æquitatis habitus demonstrat: taliones illæ tuæ reciprocæ argutiores profecto q̃ ueriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoq; esse hoc genus pœnæ putas. Quæ obsecro te: ista acerbitas est: si idem fiat in te: quod tu te in alio feceris? Præsertim quum habeas facultatẽ paciscendi: & non necesse sit pati talionem: nisi eã tu elegeris? Quod edictum autẽ prætorium de æstimãdis iniuriis probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores hanc quoq; ipsam talionem ad æstimationẽ iudicis redigi necessario solitã. Nã si reus qui depacisci noluerat iudici talionem imperãti nõ parebat: æstimata lite iudex hoiem pecuniæ dãnabat: atq; ita si reo et pactio grauis & acerba talio uisa fuerat: seueritas legis ad pecuniæ multã redibat. Restat ut ei quod de sectione pactioneq; corporis immanissimũ

Talio.

esse tibi uisum est: respondeam. Omnibus quidẽ uirtutum generibus exercendis colendisq; populus Romanus e parua origine ad tãtæ amplitudinis instar emicuit. Sed omniũ maxime atq; præcipue fidẽ coluit: sanctãq; habuit: tam priuatim: q̃ publice. Sic cõsules clarissimos uiros hostibus confirmandæ fidei publicæ causa dedit. Sic cliente in fidẽ acceptũ cariorem haberi: q̃ ppinquos tuendũq; esse cõtra cognatos cẽsuit. Neq; prius ullũ facinus æstimatũ est: q̃ si cui probaret̃ cliẽtẽ diuisui habuisse. Hãc autem fidẽ maiores nostri nõ modo in officiorũ uicibus: sed in negociorum quoq; contractibus sanxerunt: maximeq; in pecuniæ mutuaticæ usu atq; commercio Adimi enim putauerunt subsidium hoc inopiæ temporariæ quo communis hominum uita indiget: si perfidia debitorum sine graui pœna eluderet. Confessi igitur æris ac debiti iudicatis. xxx. dies sunt dati cõquirẽdæ pecuniæ causa: quam dissoluerent: Eosq; dies decem uiris iustos appellauerunt: uelut quoddã iustitiã. i. iuris inter eos quasi interstitionẽ quandam & cessationem: quibus diebus nihil cum iis agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerant ad prætorem uocabantur. & ab eo q̃bus erant iudicati addicebant̃. Neruo quoq; aut cõpedibus uinciebãtur. Sic. n. sunt opinor uerba legis: Aeris cõfessi: rebusq; iure iudicatis. xxx. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto. in ius ducito. ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo in iure: uim dicit: secum ducito. uincito aut neruo: aut cõpedibus. xv. põdo ne minore: aut si uolet: maiore uincito. Si nolet suo uiuito. ni suo uiuit: qui eum uinctũ

Dies iusti.

habebit libras farris in dies dato. Si uolet plus: dato. Erat autem ius interea paciscendi. Ac nisi pacti forent: habebantur in uinculis dies. lx. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitiũ producebantur: q̃tæq; pecuniæ iudicati essent: prædicabatur. Tertijs autem nundinis capite pœnas dabant. Aut trans tyberim peregre uænum ibant. Sed eam capitis pœnam sanciendæ (sicut dixit) fidei gratia: horrificam atrocitatis ostentu: nouisq; terroribus metuendã reddiderũt. Nã si plures forent: quibus reus esset iudicatus: secare si uellent atq; partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Et quidem uerba ipsa legis dicam: ne existimes inuidiam me istã forte formidare. Tertijs (inquit) nũdinis: partis secanto. si plus minusue secuerunt se fraude esto. Nihil profecto immitius: nihil immanius: nisi ut re ipsa appareret: eo consilio tanta immanitas pœnæ denũciata est: ne ad eam unq̃ perueniretur. Addici nanq; nunc & uinciri multos uidemus: quia uinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. Dissectum esse antiquitus neminem equidẽ neq; legi: neq; audiui: quoniam sæuitia ista pœnæ contẽni non quita ẽ. An putas Phauorine si nõ illa etiam ex. xij. tabulis de testimonijs falsis pœna aboleuisset: & si nũc quoq; ut antea qui falsum testimoniũ dixisse conuictus esset: e saxo tarpeio deijceretur: mentituros fuisse pro testimonio tam multos: q̃ uidemus? Acerbitas plærunq; ulciscendi maleficij: bene atq; caute uiuendi disciplina est.

Metij Sufetij historia.

Historia de Metio Sufetio albano nobis quoq; nõ admodũ numero istiusmodi libros lectitãtibus igno

ta non est. Qui quoniã pactum atq; cõdictũ cũ rege po. Ro. perfide ruperat: binis quadrigis euinctus: in diuersa nitẽtibus laceratus ẽ. Nouum atq; asperum supplicium quis negat. Sed quid elegãtissimus poeta dicat: uide. At tu dictis albane maneres. Hæc atq; alia ubi Sex. Cecilius omnibus qui aderant: ipso quoq; Phauorino approbante: atq; laudante disseruit: nũciatũ ẽ Cæsarẽ iã salutari: et separati sumus.

Vocabulũ siticinum in. M. Catonis oratiõe quid significet. Quam ob causam. L. Accius poeta in grammaticis sicinistas nebuloso nomine esse dixerit. Cap. II. Siticines

Siticines scriptum est in oratione. M. Catonis: quæ inscribitur. Ne imperium sit ueteri ubi nouus ueuerit. Siticines (inqt) & liticines & tubicines. Sed Cesellius Vindex in commẽtarijs lectionũ antiquarum: scire q̃dem se ait: liticines lituo cantare: & tubicines tuba. Quid istuc antem sit: q̃ siticines cantant homo ingenuæ ueritatis scire se negat. Nos autem in Capitonis Attei coniectaneis inuenimus siticines appellatos q̃ apud sitos canere soliti essent: hoc est uita functos: & finitos: & sepultos. Eosq; habuisse proprium genus tubæ: qua canerent a cæterorum tubicinum proprietate differens: quos sicinistas uulgus dicit. Qui rectius locuti sunt: sicinnistas litera n gemina dixerunt. Sicinnium eñ genus ueteris saltatiõis fuit. Sal Sicinnium.
tabũdi aũt canebãt quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc uerbũ. L. Accius poeta in pragmaticis. Appellariq; sicinnistas ait nebuloso nomĩe: credo ꝓpterea ne

bulofo: q̄ ſicinnium cur diceretur obſcurum eſſet.

Artificiũ ſcænicorum ſtudiũ: amoreq́ꝫ inhoneſtũ: probroſumq́ꝫ eſſe. Et ſuper ea re uerba Ariſtotelis philoſophi adſcripta. Cap. III.



Omœdos quiſpiam & tragœdos: & tibicines diues adoleſcens Tauri philoſophi diſcipulus liberos homines: in deliciis atq́ꝫ in delectamentis habebat. Id genus autem artifices græce appellantur οι περι τον Διονυσον τεχνιται. id eſt Liberi patris artifices. Eum adoleſcentem Taurus ſodalitatibus conuictuq́ꝫ hominum ſcænicorũ abducere uolẽs: miſit ei uerba ex Ariſtotelis libro exſcripta q̄ προβληματα εγκυκλια. i. q̄ſtiones circulares inſcriptus eſt. Iuſſitq́ꝫ uti ea quotidie lectitaret.

Διατι οι Διονυσιακοι τεχνιται ως επι το πολυ πονηροι εισιν; οτι ηκιστα λογου και φιλοσοφιας κοινωνουσι; δια το περι τας αναγκαιας τεχνας το πολυ μερος του βιου ειναι και οτε εν ακρασιαις τον πολυν χρονον εισιν. οτε δε εν απορiαις αμφοτερα δε φαυλοτητος παρασκευαστικα. id eſt Cur genus id hominum quod dionyſiacos technitas: id eſt artifices bacchanales appellamus: improbis eſſe moribus magna ex parte cõſueuerũt? An quia minime ſeſe ſtudio ſapiẽtiæ dedũt) eo ſcilicet q̄ in artibus neceſſariis magnã partẽ æta-

tis suæ cõsumunt: uitã plurimũ traducũt incõtinẽter partim etiam cum inopia: quod quidem utrunq; uitia & gignit & auget.

Exẽpla epistolarum alexandri regis: & aristotelis philosophi: ita uti sunt edita: eaq; in linguam latinam uersa. Cap. IIII.



Commentationũ suarum artiũq;: quas discipulis tradebat Aristoteles philosophus regis Alexãdri magister duas species habuisse dicitur. Alia erant quæ nominabat εξοτερικα. id est extraria uel extrinseca. Alia quæ appellabat ακροαματικα id est auscultatoria. εξοτερικα dicebantur: quæ ad rhetoricas meditationes: facultatem argutiarum ciuiliumq; rerum notitiam conducebant: ακοαματικα autem uocabantur in quibus philosophia remotior subtiliorq; agitabatur: quæq; ad naturæ contẽplationes: disceptationisue dialecticas pertinebãt. Huic disciplinæ quam dixi ακροαματικην: id ẽ auscultatoriam: tempus excercendæ dabat in lycio matutinum. Nec ad eam quẽq; temere admittebat nisi quorũ ante ingeniũ & eruditionis elementa: atq; in discendo studiũ laborẽq; explorasset. Illas uero εξοτερικας. i. extrarias auditiones: exercitiũq; dicendi: eodem in loco uesperi faciebat. Easq; uulgo iuuenibus sine delectu dabat. Atq; eũ δειλινον περιπατον: id est post meridiariam ambulationẽ appellabat. Illũ alterum supra εοτυνον. i. diluculari a (utroq; enĩ tpe ambulãs disserebat) περιπατον. i. deambulationem. Librosq; suos earum oium

Exercitium

cōmentarios seorsum diuisit: ut alij ἐξωτερικοί .i. extrarij dicerentur: partim ἀκροαματικοί .i. auscultatorij. Quos quum in uulgus ab eo editos rex Alexāder cognouisset atq; ea tempestate armis exercituq; omnē ꝓpe asiam teneret: regemq; ipsum Darium prœlijs & uictorijs urgeret: in illis tamen tantis negotijs literas ad Aristotelem misit: Nō eum recte fecisse: ꝙ disciplinas ἀκροαματικάς: idē auscultatorias: quibus ab eo ipse eruditus foret libris foras editis inuulgasset. Nam qua (inquit) alia re præstare cæteris poterimus: si ea que ex te accepimus: omnium prorsus fient cōmunia? Quippe ego doctrina ante ire malim ꝙ̄ copijs: atq; opulentijs. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam ἀκροαματικούς id est auscultatorios libros: quos editos quereris: & non perinde ut arcana absconditos neq; editos scito esse neq; non editos quoniam ijs solis qui nos audiunt cognobiles erunt. Exempla utrarumq; literarum sumpta ex andronici philosophi libro subdidi. Amaui autem prorsus in utriusq; epistola breuitatis elegantissimæ filum tenuissimum.

αλεξανδροσ αριστοτελει ευπραττειν: ουκορθωσ εποιησασ εκδουσ τουσ ακροαματικουσ των λογων. τινι γαρ ετι διοισομεν ημεισ των αλλων ει καθ ουσ επαιδευθημεν λογουσ: ουτοι παντων εσονται κοινοι εγω δε βουλοιμην αν ταισ περι τα αριστα εμπειριαισ. η ταισ δυναμεσι διαφερειν: ερρωσο. Αριτοτελεσ



βασιλειαλεξανδρω ευ πραττειν. ε-
γραψασ μοι περι των ακροαματι-
κων λογων οιομενοσ δειν αυτουσ
φυλαττειν εν απορρητοισ. ισθι ουν
αυτουσ και δεδομενουσ: και μη εκ-
δεδομενουσ. ξυνετοι γαρ εισι. μονο-
ισ τοισ ημων ακουσασιν. ερρωσο.
Id est Alexander Aristoteli salutē. Haud recte feci-
sti ꝗ auscultatorios libros ediderís. In qua enim re Alexandri epistola.
a cæteris nos item præstabimus: si disciplinæ in qui-
bus eruditi sumus: omniū omnino sint cōmunes? Eq̄
dem malim in rerū usu optimarū: ꝗ̄ in falcultatibus
anteire. Vale. Aristoteles regi Alexādro salutē. Scri-
psisti ad me de libris auscultatoriis iter arcana illos Aristoteles epistola.
cōdi putās oportere. Sed tu eos et esse eidictos: et mi-
nime editos scito. cognobiles em̄ iis tātū erūt: qui nos
audierint. Vale. Hoc ego uerbum ξυνετοι γαρ
εισι quærēs uno itidē uerbo dicere: aliud non rep
peri ꝗ̄ quod scriptū est a. M. Catone in. vi. origine.
Itaq; ego (inquit) cognobiliorem cognitionem esse
arbitror.

Quæsitum atq; tractatū utrū sit rectius dicere ha
beo curā uestri: an uestrum. Cap. V.

DEercontabar Apollinarem Sulpitium
cum eum romæ adolescentulus sectarer
qua ratione diceretur: habeo curā uestri:
aut misercor uestri. Et iste casus uestri
in eo loco quē uideretur habere casum rectum. Istic
mihi ita respondit. Quæris (inquit) ex me quod mi
hi quoq; est iamdiu in perpetua quæstione. Videtur

enim non uestri oportere dici: sed uestrum sicut græci loquuntur ἐπιμελουμαι υμῶν. καὶ κηδομαι υμων. Id est habeo curam uestrum et cōsulo rebus uestris: quo in loco υμων aptius uestrū dicitur q̄ uestri: et habet casum nominādi quem tu rectum appellasti. Inuenio tamen (inquit) non paucis in locis nostri atq; uestri dictū nō nostrū aut uestrum. L. Sylla rerum gestarum libro secundo quo si fieri potest: ut etiā nūc nostri uobis in mētem ueniat. Nos magis dignos creditis quibus ciuibus q̄ hostibus utamini quiq; pro uobis potius: q̄ cōtra uos pugnemus neq; nostro neq; maiorū nostrorū merito nobis id continget. Terētius in Phormione. Ita plærique ingenio sumus oēs: nostri nosmet pœnitet. Afranius in togata. nescio q̄ nostri miseritus est: quo dicit̄ mei oblitus est: mei miseritus est. Mei autem casus interrogandi est quem genitiuū gramatici uocant. et ab eo declinatur: quod est ego. huius deinde pluratiuum est nos. Tui æque declinatur ab eo quod est tu. huius itidem pluratiuum est uos. Sic nanq; Plautus declinauit in pseudulo in hisce uersibus.

Nostri Vestri.

Si ex te tacente fieri possem certior here:
Quæ miseriæ te tam misere macerent.
Duorum labori ego hominum parcissem lubens
Mei te rogādi: et tui respodendi mihi.

Mei em̄ Plautus hoc in loco non ab eo dixit q̄d est meus: sed ab eo quod est ego. Ita si dicere uelis patrem mei ꝓ patrē meū: quo græci modo τομ πατερα εμου dicūt inusitate quidē: sed recte profecto: eaq; ratione dices qua Plautus dixit labori mei: pro labori meo. Hæc

autem ipsa ratio est in numero plurativo: qua Graecus miserere uestrum dixit. et qua. M. Cicero contentio uestrum: & contentio nostrum dixit. Quaq; itē ratione quadrigarius in annali undeuigesimo uerba haec posuit. C. Mari ecquando te nostrum & reipublicae miserebitur? Cur igitur Terentius pœnitet nostri: & non nostrum: & Afranius nostri miseritus non nostrum? Nihil hercle (inquit) mihi de ista re in mentem uenit: nisi auctoritas quaedam uetustatis nō nimis anxie: neq; superstitiose loquētis. Nam sicuti multifariam scriptum est uestrorum pro uestrum: ut in plauti mustellaria in hoc uersu. Verum illic esse maxima pars uestrorum intelligit: cū uellet maxima pars dicere uestrum. Ita nōnunquā uestri quoque dictum est uestrum. Sed proculdubio qui rectissime loqui uolet: uestrum potius dixerit quā uestri. Et iccirco importunissime (inquit) fecerūt: q in plaerisque Salustij exēplaribus scripturā istā syncaerissimā corruperūt. Nā cū ita in Catilina scriptum esset. Saepe maiores uestrū misertι plaebis romanae: uestrū aboleuerunt: & uestri superscripserūt. ex quo in pluris libros mendae istius indoles inoleuit. Haec memini mihi Apollinarem dicere: eaque tunc ipsa ita ut dicta fuerant: notaui.

Quam diuersae graecorū sententiae super numero Niobae filiorum. Cap. VI.


Ira & prope adeo ridicula diuersitas fabulae apud graecos poetas depraehenditur: super numero Niobae filiorū. Nā Homerus pueros puellasque eius senos

dicit fuisse: Euripides bis septenos: Sappho bis nouenos: Bacchilides & Pindarus bis denos. Quidam alij scriptores tres fuisse solos dixerunt.

De ijs quæ habere συμπάθειαν: id est consensum uidentur cum luna augescente ac senescente. Cap. VII.



ANnianus poeta fundo suo quē in agro Falisco possidebat: agitare erat solitus uindemiā hilare atq; amœniter. Ad eos dies me & quosdā itē alios familiares uocauit. Ibi tū cœnantibus nobis magnus ostrearū numerus roma missus est. Quæ quū appositæ fuissent & multæ quidē: sed inuberes macræq; essent. Luna (inquit Annianus) nunc uidelicet senescit: ea re ostrea quoq; sicuti alia quædam tenuis exuctaq; est. quū quæreremus q̄ alia senescēte luna tabescerent. Nōne Lucillium (inquit) nostrū meministis dicere. Luna alit ostrea: implet & echinos: muribus fibras: et pecu addit. Eadē aūt ipsa q̄ crescente luna gliscūt:
Aeluri. deficiēte cōtra luna defiūt. Aelurorū quoq; oculi ad easdē uices lunæ: aut ampliores fiūt: aut minores. Id etiam (inquit) multo mirandū est magis quod apud Plutarchū in .iiij. in Hesiodū cōmētatio legi. Cæpe enī reuirescit: & cōgerminat decedēte luna: cōtra autem inarescit adolescēte. Eā causam esse dicūt sacerdotes ægyptij cur pelusiotæ cæpe nō edāt: quia solū holerum omniū cōtra lunæ aucta: atq; damna uices minuēdi & augendi habeat contrarias.

Qualibus uerbis delectari solitus sit Antonius Iulianus: positis quos. C. Martius mimiambis: in

scripsit de adulesce̅tia sua: qu̅u ita dictitat nunq̅ uestimenta a populo posci. Cap.VIII.


Electari mulcerique aures suas dicebat Antonius Iulianus figme̅tis uerboru̅ nouis. Cn. Martij hominis eruditi: qualia hæc quoq; essent: quæ scripta ab eo in mimiambis memorabat. Sinuq; amica̅ recipere frigida caldo Columbatim labra conserens labris. Ite̅ id quoq; iucu̅de lepideq; fictum dictitabat.

Iam tonsiles tapetes ebrij fuco:
Quos concha purpura imbuens uenenauit.

Quid uocabulum ex iure manu consertum significet. Cap.IX.


Ex iure manu consertu̅ uerba sunt ex antiquis actionibus quæ cum lege agitur: & uindictæ co̅tinentur dici nunc quoq; apud prætore̅ sole̅t. Rogaui ego Romæ gra̅maticu̅ celebri homine̅ fama et multo noi̅e: q̅d hæc uerba ee̅nt. Tum ille me despiciens: aut erras (inquit) adolescens: aut ludis. Re̅ e̅m doceo grammatica̅ no̅tius respo̅deo. Siquid igi̅t ex Vergilio Plauto Ennio quærere habes: quæras licet. Ex Ennio ego (inqua̅) e̅ magister q̅d q̅ro. Ennius e̅m uerbis hisce usus est. Cu̅q; ille demiratus aliena hæc esse a poetis: & haud usq̅ i̅ueniri i̅ carminibus Ennij diceret: tu̅ ego hos uersus ex octauo annali absentis dixi. Nam forte eos ta̅q̅ insigniter præter alios factos meminera̅.

Pellitur e medio sapientia. ui geritur res
Spernitur orator bonus. horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes. sed male dictis

Miscent inter sese inimicitias agitantes
Non ex iure manu consertum: sed magis errore
Res repetunt: regnumq; petunt: uadũt solida ui.

Quũ hos uersus ennianos dixissem. Credo (inquit) grãmaticus iã tibi. Sed tu uelim credas mihi. Q. Ennium didicisse hoc nõ ex poeticæ literis: sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoq; (inquit) & discas unde Ennius didicit. Vsus cõsilio sum magistri: qđ docere me debuerat: a quo discerẽ prætermõstrãtis. Itaq; id quod ex iureconsultis: ex libris quoq; eorum didici inserendũ his commentariis existimaui. Quoniam in medio rerũ & hominum uitam qui colũt ignorare non oportet uerba actionum ciuilium celebriora manum conserere. Nã de qua re disceptabatur in iure præsenti: siue ager: siue quid aliud est cũ aduersario simul manu præhendere. In ea re oĩbus uerbis uindicare: id est uindicia correptio manus in re atq; in loco presenti apud prætorem ex. xii. tabulis fiebat. In quibus ita scriptum ẽ. Si qui in iure manum conserunt. Sed postq̃ prætores propagatis italiæ finibus datis iurisditionibus: negociis occupati: pacisci uindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est contra. xii. tabulas tacito sensu: ut litigantes non ex iure apud prætorem manum consererent: sed ex iure manum consertum uocarent. Id est alter alterum ex iure ad conserendã manum in rẽ de qua ageretur uocaret. Atq; ꝓfecto simul in agrũ de quo litigabãt: terræ aliqđ ex eo uti unã glebã ĩ ius ĩ urbẽ ad prætorẽ deferrẽt.

Ex iure manu cõsertũ





et ī ea gleba tāq̃ in toto agro uindicarēt. Iccirco Ennius significare uolens bellū nō ad prætorē solitū ē legitimis actionibus: neq; ex iure manu cōsertū: sed bello ferroq;: et uera ui atq; solida: quod uidetur dixisse cōferens uim illā ciuilē et festucariā: quæ uerbo diceretur nō quæ manu fieret cū ui bellica et cruēta.

Quid sit sculnæ uerbum positum apud. M. Varronem. Cap. X.


.Lauinij liber est nō incuriose factus. Is inscriptus est de uerbis sordidis. In eo scripsit sculnam uulgo dici quasi sequulnā: quē qui elegātitius (inquit) loquuntur sequestrē appellāt. Vtrunq; uocabulum a sequēdo factū est q̃ eius qui electus sit utraq; pars fidē sequatur. Sculnā aūt scriptū esse ī historico. M. Varronis q̃ inscribitur Catus. Idem Lauinius in eodem libro admonet. Sed quod apud sequestrē depositum erat: sequestro positum per aduerbium dicebatur. Cato in Ptolemæo cōtra Termum. Per deum immortalem nolite uos sequestro ponere.

Sculna Sequester.

Auctoritas tanq̃ præfationis admonitio in operis totius summa de noctium ordine. Cap. XI.


T qui iucundiora alia requiri queunt. ipse autem ad hoc scripsi: ut liberis quoq; meis paratæ istiusmodi remissiones essent: quādo animus eorum interstitione aliqua negociorum data laxari indulgeriq; potuisset. Vsi autem sumus ordine rerum fortuito: quem antea in excerpendo feceramus. Nam perinde

ut librum quenque in manus ceperam: seu græcum: seu latinum: uel quid memoratu dignum audieram: ita ut quoque libitum erat: cuius generis cunque erat indistincte atque promiscue annotabam. eaque mihi ad subsidium memoriæ quasi quoddam literarum penus recondebam. Vt quando usus uenisset: aut rei: aut uerbi: cuius me forte repens obliuio tenuisset: et libri ex quibus ea sumpseram: non adessent: facile inde nobis inuentu: atque depromptu foret. Facta igitur est in his quoque cōmentarijs eadem rerum disparilitas: quæ fuit in illis annotationibus pristinis: quas breuiter et indigeste et incondite annotationibus tractationibus lectionibusque uarijs feceramus. Sed quoniam longinquis per hyemen noctibus in agro (sicuti dixi) terræ atticæ commentationes hasce ludere: ac facere exorsi sumus: iccirco ea inscripsimus noctium esse atticarū nihil imitati festiuitates inscriptionum: quas plærique alij utriusque linguæ scriptores: in id genus libris fecerunt. Nam quia uiam & miscellā: et quasi confusaneam doctrinam conquisiuerant: eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt.

Noctiū atticarū

Namque alij musarum inscripserunt: alij syluarum Ille κηριον. id est fauum Alius κερασ αμαλθειασ: id est copiæ cornu. Quidam lectionis suæ. Alius antiquarū lectionum. Atque alius. πινακιδιον. id est catinulum. & item alius εγχειριδιον: id est pugionē aut tabellā. Sūt etiā qui pandectas: id est omnium receptacula inscripserunt. Sunt autem qui διατριβασ. id est exercitationes & studia: sunt adeo de disciplina & de regia

philosophia: & de natura humana: & epistolicarũ quæstionum. Et qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiosorum: & de ridiculis. &

Est qui historiæ naturalis. Est
Est præterea qui paratum. Est itidem qui
Est qui scripsit.

Sunt item multi qui coniectanea. Neq; item desunt: qui indices libris suis fecerunt. aut epistolarum moralium. aut epistolicarum quæstionum. aut confusarum. Et quædam alia inscripta nimis lepida: multasq; prorsus concinnitates redolentia. nos uero ut cœptus noster est incuriose: & immeditate: ac prope etiam subrustice: ex ipso loco ac tempore hybernarũ uigiliarum: atticas noctes inscripsimus: tantum cæteris omnibus: in ipsius quoq; inscriptionis laude cedẽtes quantum cessimus in cura et elegãtia scriptionis. Sed ne consilium quidẽ in excerpendis: notandisq; rebus idem mihi: quod plærisq; illis fuit. Nanq; illi omnes et eorum maxime græci multa & uaria lectitantes in quas res cunq; inciderant: alba (ut dicitur) linea sine cura discriminis: solam copiam sectati conuertebant: quibus in legendis ante animus senio aut tedio languebit: q̃ unum alterumue reppererit quod sit aut uoluptati legere: aut cultui legisse: aut usui meminisse. Ego uero cũ illud Heracliti Ephesii uiri summe nobilis uerbũ cordi haberẽ: quod profecto ita est: introite: nam et hic di sunt. Ipse quidem uoluẽdis trãseũdisq; multis admodum uoluminibus per omnia semper negociorũ interualla in quibus furari ociũ potui exercitus defessusq; sum. Sed modica

ex iis: eaq; sola accepi: quæ aut ingenia prompta
expeditaq; ad honestæ eruditionis cupidinem: uti-
liumq; artium contemplationem celeri faciliq; com
pendio ducerent: aut homines aliis iam uitæ nego-
ciis occupatos: a turpi certe agrestiq; rerum atq; uer
borum imperitia uindicarent. Quæ erunt autem in
his cōmētariis pauca quædam scrupulosa: & anxia
uel ex grammatica: uel ex dialectica: uel etiā ex geo
metria: quæq; erunt item paucula remotiora super
augurio: & iure pontificio: non oportet ea defuge-
re: quasi aut cognitu non utilia: aut perceptu diffi-
cilia. Non enim fecimus altos nimis: & obscuros in
his rebus quæstionū sinus: sed primitias quasdam:
& quasi libamenta ingenuarum artium dedimus:
quæ uirum ciuiliter eruditum neq; audisse unq̃:
neq; attigisse si non utile: haud quidem certe inde-
corum est. Ab his igitur: si cui forte nonnunq̃ tem-
pus uoluptasq; erit lucubratiunculas istas cognosce-
re: petitum impetratumq; uolumus: ut in legendo
quæ pridem scierint: non aspernentur quasi nota in-
uulgataq;. Nam & quid tam remotum in literis
est: quin id tamen complusculi sciant? Et satis hoc
blandum est non esse hæc neq; in scholis decantata:
neq; in commentariis protrita. Quæ porro noua si-
bi ignotaq; offenderint: æquum esse puto: ut sine ua
no obtrectatu considerent: ac minutæ istæ admoni-
tiones pauxillulæ nequaq̃ tamen sint: uel ad alen-
dum studium honestæ: uel ad oblectandum frigi-
dæ fouendumq; animum. Sed eius seminis gene-
risq; sint ex quo facile adolescant: aut ingenia ho-

minum uegetiora: aut memoria adminiculatior: aut oratio solertior: aut sermo incorruptior: aut delectatior motio: aut in ludo liberalior. Quæ autem parũ plana uidebuntur: aut minus plena instructaq; petimus inquã ut ea non docendi magis q̃ admonendi gratia scripta existiment: & quasi demonstratione uestigiorum contenti persequantur ea post: si libebit: uel libris repertis: uel magistris. Quæ uero putauerint reprehendenda ijs: si audebunt: succenseant: unde ea nos accepimus. Sed enim quæ aliter apud alium scripta legerint: ne iam statim tempore obstrepant: sed tractationes rerum: & auctoritates hominum pensitent: quo illi: quosq; nos secuti sumus. Erit autem id longe optimum: ut qui in lectitando: scribẽdo: commentando: nunq̃ uoluptates: nunq̃ labores cœperunt: nullas hoc genus uigilias uigilarunt: neq; ullis inter eiusdem musæ æmulos certationibus: disceptationibusq; elimati sunt: sed intemperiarum negociorumq; plebi sunt: abeant percontando: scribendo a noctibus his procul: atq; alia sibi oblectamenta quærant. Vetus adagiũ est. Nihil cum fidibus graculo. Nihil cum Amaracino sui. At qui etiam quo sit quorundam maledoctorum hominum sæuitas: & inuidentia irritatior: mutuabor ex Aristophanis coronopesta pauca. Et quam ille homo festiuissimus fabulæ suæ spectandæ legem dedit: eandem ego cõmẽtarijs his legendis dabo: ut ea ne attingat: neue adeat profestum: & profanũ uulgus a ludo musico diuersum.

Vel maledictorum.

Versus legis datæ hi sunt.

Volumina commentariorũ ad hunc diem uiginti iam facta sunt. Quantum autem uitæ mihi deinceps deum uoluntate erit quantũq; a cura publica: & a re familiari: procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur ocium: ea omnia succisiua & subsecundaria tempora ad colligendas huiuscemodi memoriarũ disceptatiunculas conferam. Progredietur igitur numerus librorum dijs bene iuuantibus cum ipsis uitæ quãtuli quiq; fuerint progressibus. Neq; longiora mihi dari spatia uiuendi uolo: q̃ dum ero ad hanc quoq; facultatem scribendi commentandiq; idoneus. Capita rerum quæ cuiq; commentario insunt exposuimus hic uniuersa ut iam statim declaratur. quid quo in libro quæri inueniriq; possit.

ΤΕΛΟΣ.

Egidij Maseriensis ad ingenuum bonæq; indolis adolescentem. M. C.

Carmen.

Dulci pierios auli de fonte liquores
Hauri: quo in toto dulcius orbe nihil.
Ebibe pampineo refluentia palmite uina
Collige dulce uirens quod mel hymetus habet.
Cinge caput nitidum florenti fronde: repelle
Mirthum: sub uiridi floreq; cinge caput.

M.C.Responsio.

Pungit Apollineum mea pectora fortius œstrum
Sentio & aonios fundere corda lacus.
Haud aliter uisa ardescit pascente iuuenca
Taurus: & accedens fortior efficitur.

Io.Connellus lectoribus.

Accipite Romanæ militiæ studiosi adolescētes q̄ di
ligētissimi Auli Gellij noctes micātissimas. In
quibus uigilias somnūq; uestrum reponatis
pacatissimæ. Sint uobis manuale enchi
chiridionq;.(Nihil em̄ Gellio duce
in latialis eloquij floribus occur
ret expetēdū) Impressas rur
sum ad exēplar Beroal=
dinæ recognitionis im
pēsis Bartholomei
Trot. Anno sa=
lutis nostræ
M.D.
XII.



